VAS

Quod, quæ contineat, versa pagella docet.

OPVS

vtile, & necessarium, nedum personis Ecclesiasticis inferioribus, sed Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, ac omnibus fidelibus maximè fructuosum.

AVTHORE

Illustriss. & Reuerendiss. D. Scipionis Card. Burghesij Abbat. & Perpet. Commendat. Sanctæ Sophiæ Vicario, & Illustriss. & Reuerendiss. D. Alexandri de Sangro Patriarchæ Alexandrini Archiep. Beneu. Visitatore, & Auditore Gener. & Beneuenti Appellatiunum Iudice ordinario, Vt olim sub prædecessorib. Archiep. Maximiliano de Palumbaria, & Pompeio Cardinali Arigonio.

Apud Octauium Beltranum. XV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur.

Lælius Taſtius Vicarius Generalis.

Alexander Ruſſus Canonicus Deput. Vid.

Mag. F. Fælix Milentius Ord. S. Auguſt. Theol. Dep. Vid.

Digitized by Google

Præcipua Capita, cum declaratione casuum particularium.

De Præceptis Diuinæ legis.
De blasphemia.
De sortibus.
De diuinatione per ignem.
De contumelia.
De sususrratione.
De irrisione.
De execrationibus.
De mendacio.
De temerario iudicio.
De curiositate, & virtute eutropoliæ.
De obligato ad eleemosynas.
De odio.
De vigiliis, ieiuniis, & stationibus
De ientaculo, vulgo, la colatione.
De voto, votis Religiosorum, obligatione voti, & effectu.
De tempore adimplendi votum.
De stupro, & adulterio.
De simonia in communi.
De simonia ex parte causæ efficientis, materialis, & formalis.
De simonia ab obsequio, ex parte causæ finalis.
De resignatione benificiorum, & permutatione.
De pensione super beneficiis.
De confidentia in beneficiis.
De pænis confidentiæ.
De superstitione, speciebus.
De idolatria, magia, vanis incantationibus, & vana obseruatione.
De arte notoria, obseruatione temporum, & maleficio.
De strygibus, vulgo le ianare, & de Nuce Beneuentana.
De fascinatione.
De ebullitione sanguinis, ex vulnere occisi.
De diuinatione.
De ludo, & eius speciebus, & licitis vel illicis, in eo, tam Clericis, quam laicis.
De sanctificatione festorum.
De vtilibus pro futuris Episcopis, Archiepisc. & Patriarchis.
De potestate Episcopi in Ecclesia Dei, & modis quibus posset peccare.
De iurisdictione Episcopi ordinaria, & extraordinaria, foro Iudici ab ipso & de eo in communi, & in particulari.
De Archiepiscopis aliqua, & de Patriarchis.
De scientia Episcopi, & residentia, & principali, seu præcipua potestate.
De officio Episcopi, & de residentia tempore pestis, vel persecutionis.
De dubiis curiosis nempè.
De accedente ad ordinationem Episcopi contra prohibitionem sub pæna excommunicationis factam.
De muliere, quæ concepit ex adulterio, an teneatur reuelare.
De dante remedia empta à vendentibus in platea, an incurrat irregularitatem.
De muliere prægnante.
De esu carnis in infirmitate.
De cõstituto in extrema necessitate

Digitized by Google

De infirmo nolente comedere.
De peccato carnis, ob vitæ conſeruationem.
De exercente ludum periculoſum.
De damnato ad mortem.
De occidente inuaſorem ad ſui defenſionem, & de occidente parantem inſidias.
De occidente inuaſorem ad defenſionem ſi dedit occaſionem.
De occidente pro defenſione proximi, vel Reipubl.
De occidente, vel mutilante pro defenſione honoris, vel bonorum.
De muliere offendente hominem, violare volentem illam.
De priuata perſona occidente aliam priuatam perſonam.
De occidente vxorem adulteram.
De iudice condemnante ad mortem innocentem.
De grauitate fornicationis.
De concupiſcente mulierem in Templo.
De ieiunante indiſcreto.
De exponente ſe periculo mortis ob charitatem.
De procurante cibos delicatos.
De condemnato ad bibendum venenum, vel ad mortem famis.
De occidente ſeipſum.
De frangente carcerem, vel exeunte ex apertis.
De appetente beneficia.
De famulo ægrotante, vel diſcedente à Domino.
De non obtemperante legi humanæ.
De muliere ſe ornante.
De occidente vulneratum iam moriturum.
De rapiente in extrema neceſſitate.
De excommunicatione.
De eo qui poteſt excommunicare, & quot conditiones requirantur.
De verbis, quibus exprimatur excommunicato.
De fine excommunicationis, & malis, quæ infert. & qui ſint euitandi.
De abſolutione in articulo mortis, & de modo abſolutionis ab excommunicatione.
De monitoriis ad finem reuelationis.
De ſuſpenſione, interdicto, & de ceſſatione, & aliis quamplurimis ſcitu digniſſimis.
De debito, & reſidentia tempore peſtis, vel perſecutionis.
De præcedentia in ſynodo.
De aduertendis in viſitatione Græcorum.

Digitized by Google

S.MO PATRI, ET DOMINO N.

D. VRBANO VIII.

TER OPTIMO, TER MAXIMO,

TER BEATISSIMO,

VNIVERSALIS ECCLESIAE PASTORI VIGILANTISSIMO.

Antonius Ragucius Canonicus, & Maior Pœnitentiarius S. Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuentanæ, Perpetuam Fælicitatem.

INTER omnes huius vitæ lætitias, quæ humanitùs mihi possent euenire, Beatissime Pater, illa præcipua est, dum in mentem venit, (& sæpe quidem venit) me benignitatis tuæ, dum scilicet existens Camer. Apost. Cler. pro Sedis Apostol. tuendis iuribus Beneuenti fuisti, aliquando fuisse participem. Huius rei cogitatione, in bonam spem facile deueni labores hos meos pro publica vtilitate susceptos humanitatis tuæ oculis perspiciendos. Ego vero ad testificandū veteris meæ, ab eo scilicet tempore conceptæ obseruantiæ famulatum, atq; animo continuatæ humilis, sed deuotæ seruitutis obsequium, clementia tua cunctis obuia fretus, missi prę-

terito

Digitized by Google

terito anno Sanctitatis Tuæ pedibus duos tractatulos, nunc mitto alium eiusdem animi mei testem, quem etiam, vt, sub tuo augustissimo nomine in lucem veniat, pari animi demissione, atq; ardore exopto, eidemq; do, defero, dedico. Quis enim non excipiat, vel non complectatur, aut quis audeat obtrectare, quod dedicatum est VRBANO VIII. Papæ? nomen Papæ, qui in terris post Deum immediatus est Iudex, & Christi Vicarius Generalis, admirabile est, & potestas incomparabilis, sed nomen VRBANI Virtutem sonat, Octaui verò Virtutum perfectionem.

Operi ergo de supremo patrono, & omnium potentissimo optimè consului, officio quantum potui satisfacere studui, vt propterea quærere non debeant officiorum arbitri, quare dederim, imo omni ratione quærere potuissent, cur non dedissem. Vale Beatissime Pater ad multos felices annos, & cum à maximis orbis terræ curis animum deflexeris, libellum clementissimo oculo dignare. Beneuenti die primo Augusti. MDCXXV.

Digitized by Google

Illustrissimo Principi

FRANCISCO BARBARINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Antonius Ragucius Canonicus,& Maior Pœnitentiarius Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuentanæ, Perpetuam Fælicitatem.

QVOD præterito anno,(quæ tua fuit humanitas) duos tractatulos meos benigne exceperis,Franciſce Cardinalis ampliſſime, id ad hunc alium elaborandum animum fecit. Habet hoc principum felicitas, quod diuinitus eis datum cenſeo, vt, vel minimo beneuolentiæ ſigno, ſubditorum animos ſubleuare, illorumq; ingenia ad præclarum aliquod peragendum valeant excitare. Hunc itidem, vt in manus hominum feliciter deueniat, dedicaui patruo tuo Vrbano VIII. Papæ,dedico & tibi,quem ſummæ Virtutes Vrbi, & Orbi notiſſimæ, ad eum ordinem, quo nullum Orbis terrarum habet auguſtiorem, meritò extulerunt, eundemque apud omnes ita reddunt clariſſimum, vt faciant omni laudatione maiorem. Quamobrem omni ratione ſperandum eſt Vrbano Pontifice,Optimo optimorum omnium Mœcenate, & te nepote egregio, ſtudioſorum omnium patrono, felici hoc tempore,ſua litteris, ſua virtutibus præmia non defutura.

Accipe,Cardinalis ampliſſime,(qualecunque illud ſit) humillimi ſerui hoc ingenij munuſculum, nec mireris, ſi minimum ſit, nam maieſtas habet in ſuis laudibus hoc ſingulare præconium,vt ſi dare magna conſueuit, minima tamen non nouerit aſpernari. Et Deus illam, vt oro, diù conſeruet felicem, & incolumem. Beneuenti die primo Auguſti. 1625.

Digitized by Google

Author ad benignum Lectorem, & in malignum.

Luide fac melius, post nostros carpe labores
Lector amans salue, Lector inique vale.

Anagramma Petri Piperni Philosophi, & Protomed. Beneu.

VNGAT VAS SACRI IVRIS, CONVIVIO.
ANTONIVS RAGVCIVS VICARIVS.

VAS Sacri vngat, conuiuio, pinguedine iuris
Alloquitur populus: iam patefacta vides.

AD PRAESVLES.

FIctile vas istud Praesul nè candide credas,
Continet æterni iura suprema Dei.

Author ad benignum Lectorem.

HAbes, benigne Lector, Vas Ecclesiasticæ Disciplinæ, tibi promissum in fronte tractatuum de Iure Canonicorum in Capitulo, & Lucernæ Parochorum, propediem habiturus hæc alia opera nostra, Deo iuuante, Tractatum de Statu Animarum in hac vita, & in altera, qui sub prælo est, literalem, & germanam expositionē sacræ Geneſis, Tractatū de Visitatione, & de Nobilitate Ecclesiæ Beneuentanæ, roga Deum pro me, & vale in Dño.

Submitto omnia correctioni S. Matris Eccles.

Ego Antonius Ragucius.

DE-

Digitized by Google

DE PRAECEPTIS DIVINÆ LEGIS IN COMMVNI.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta diuinæ legis decem, & quæ.*
2 *Quare præcepta diuinæ legis Decalogi esse dicantur.*
3 *Præcepta diuinæ legis, quæ sint negatiua, et q̃ affirmatiua*
4 *Quæ præcepta legis diuinæ obligant ad sẽper, quæ vero secus.*
5 *Præcepta legis diuinæ, quæ sunt primæ, & quæ secundæ tabulæ.*
6 *Præcepta legis diuinæ à quo, cui, per quem, & quo in loco data fuerint, & an sint abrogata per mortẽ Christi, & n.7*

Quot sunt præcepta diuinæ legis, & an obligent eodem modo ad eorũ obseruationẽ?

1 DIC. † quod sũt decẽ, vt Nõ habeas Deos alienos coram me, (vel) Vnum cole Deum, &c. & dicuntur
2 præcepta † Decalogi, idest decem verba, seù sententiæ, nã logos Græcè, interpretatur latinè verbum, seù sententia,
3 & quia diuiduntur † in negatiua, & sunt, quæ incipiunt à particula negatiua, & in affirmatiua,
4 ideo dicas † negatiua obligare semper, & ad semper ad eorum obseruationẽ. Affirmatiua verò obligare semper, sed non ad semper. Obligatio autem semper, & ad semper, est, quod in omni loco, & in omni tempore tenemur illa obseruare sub pœna peccati, nisi imperfectio actus, vel paruitas materiæ, aut defectus deliberationis, aut iudicij sufficientis excusaret. Obligatio verò sẽ-

Digitized by Google

per,ſed non ad ſemper eſt, quod tenemur obſeruare loco,& tempore debitis. Hinc ſequitur, quòd nunquam licet comittere idolatriam,nũquam mœchari,&c. quia sũt negatiua,ſed non ſemper tenemur in omni loco,& tempore honorare patentes, & ſim. quia ſunt affirmatiua,ſed tenemur ad illa loco, & tempore congruo, vt dictum eſt.

5 Hæc præcepta aliqua pertinent ad honorem Dei,vt sũt tria prima,& dicuntur primæ tabulæ, alia ſemptem, quæ dicuntur ſecundæ tabulæ, proximi vtilitatem reſpiciũt,

6 & fuerũt data à Deo populo Iſraelitico per Moyſen in monte Synai, nec ſunt abrogata per mortem Chriſti, vt cæremonialia,& legalia,quia hæc ſunt præcepta moralia, & naturalia, Ideo non ceſſarunt,neque vnquã ceſſabũt, & fuerunt in euangelio confirmata,quia dirigunt mores hominum, & docent quæ facienda, & quæ fugienda ſint; licet tertium præ-

7 ceptum, quantum ad obſeruationem ſabbati fuerit etiam cæremoniale,ideo optimè mutatum in diem Dominicum. Vide Cathe.Rom. ſuper 3.præcepto,& Nauar. de præceptis.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis quiſq; tenetur potius mori,& quodcũq; mortis genus ſufferre quam contra legẽ Dei mortaliter peccare, quid autem contra legem humanam num.2.*

3 *Diuina præcepta an omnia poſſimus ſine gratia obſeruare in ſtatu naturæ corruptæ.*

4 *Præcepta dilectionis Dei, & proximi quare non numerentur, nec fuerint in Decalogo tradita hominibus,et vbi continentur num.6.*

5 *Præceptum amandi Deum omnium præceptorum maximum, cui proximum eſt præceptum dilectionis proximi.*

An teneatur fidelis obſeruare præcepta Decalogi cum periculo vitæ?

1 DIC. quòd ſic,hinc ſequitur, quemq; fidelẽ teneri potius mori, & quodcunq; mortis genus ſufferre, quàm cõtra legẽ Dei mort.

pec-

Digitized by Google

peccare,& est cõmunis Theologorum opinio, Imò Caiet.
2 tenet idem esse de quacunq; lege humana in 1.2.q.96.art: 4.sed contrarium tenent omnes alij scilicet tũc legem humanam quamcunq; eodem modo obligare,cùm eius obseruantia ad bonum publicũ pertineret,& illius transgressio publicum damnum, aut sanctæ fidei, vel diuinæ legis iacturam respiceret; et notãdum, quòd diuina hæc præcepta non possumus omnia
3 obseruare sine gratia in statu naturæ corruptæ,non solum quantum ad substantiam, sed neq; quoad modum.f.ex charitate D.Tho.p.2.q.109. a.4. Quoad substantiam tamen operis, potest homo facere aliqua bona opera, & seruare aliqua præcepta,sine gratia ex eod. D.Thom. vnde existens in peccato mor. potest non furari, vel non fornicari, & ita aliquod ex his præceptis adimplere;non tamẽ omnia dicta præcepta, vt dictum est, & adde, quod
4 inter hæc decem præcepta nõ numerantur præcepta dilectionis Dei super omnia,& proximi, quia hæc duo non fuerunt tradita hominibus in decalogo, sed fuerũt præsuppositа tanquam prima principia, & à quibus tanquã à fonte, & origine præcepta Decalogi deriuent. Itaque
5 præceptũ Matt.c.22. amandi Deũ super omnia est maximũ omnium præceptorum, & illi proximum est præceptum
6 de dilectione proximi: præceptum autẽ dilectionis Dei, & proximi habetur Deuterono. c. 6.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Dominus qualiter sit diligendus ex eius præcepto.*
2 *Plures doctorum opiniones in hoc quæsito, & quæ magis authori arrideat num. 3.*
4 *Homo fidelis in periculo mortis tenetur ad actum dilectionis Dei supra omnia, & qualiter hoc intelligatur nu.5.*

Quando tenemur exercere actũ dilectionis in Deum sub pœna noui pec.mor.stãte quod
1 vt dictum est præcipit Dominus,vt eum diligamus ex to-

Digitized by Google

ta mente, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus, quod eſt dicere, vt eum interius, & exterius diligamus præ cæteris omnibus?

2 DIC. diuerſas † eſſe ſententias Theologorum aliqui dicunt teneri, cum primum homo peruenit ad vsũ rationis; ideſt in ipſo inſtanti, quo incidit vti ratione, & idem videtur dicere D. Tho. 1.2.q.89. art. 6. alij dicunt teneri ad id omnibus feſtiuis diebus, & hæc etiam eſt ſent. Scoti 3. ſent. diſt. 27. alij dicunt teneri quando quis aliquod beneficium à Deo recipit, alij dicunt teneri, quando quis communicat, alij aliter ſentiunt, & auget dubitationem, quod præceptum eſt affirmatiuum, & obligat aliquo tempore, itaq; non erit inutile, vt ſciatur tempus obligationis, alij dicunt teneri, cum quis obligatur ad habendam contritionem extra ſacramentum pœnitentiæ, &
3 alij aliter ſentiũt. † Mihi ſatis arridet ſententia D. Thom. quæ videtur interpetranda, vt intelligatur eo tempore, quo incipit, quis diſcernere inter bonum, & malum, & cũ facit aliquem humanum actũ deliberatum, etiã ſi hoc poſt aliquod tempus, quo incipit vti ratione, & ita ſentiunt Caiet. 2.2.q.10.ar.4. & 1.2. q.89. Sot. lib.1. de natura, & gratia. c.22. qui etiam dicunt cum puer facit aliquem actũ virtutis, tunc implicitè, & virtualiter diligit Deũ ſuper oĩa. Hic nota, quòd in articulo, ſeù
4 periculo mortis tenetur † homo fidelis ad hunc actũ dilectionis Dei ſuper omnia, & eſt communis ſententia. Sot. loc. cit. Tabien. verb. charitas §.20. Nauar. c.9. nu.6. & 20. cap.11. num.7. & 16. in Manual. quod intellige † ſi homo dubitat, vel cognoſcat ſe
5 in tali articulo, vel periculo eſſe in ſtatu peccati mortalis, & non habet copiam confeſſoris, vt virtute abſolutionis, vel alterius ſacramenti fiat ex attrito contritus, tunc enim tenetur, ſicut ad contritionẽ, ſic etiam ad diligendũ Deum ſuper omnia, ad quem actum etiam tenetur ſecundum Sotum in tali articulo, etiam ſi cognoſcat ſe eſſe in ſtatu gratiæ extra peccatum mortale,

Digitized by Google

& ratio est, quia præceptum dilectionis obligat in articulo necessitatis, licèt alij Doctores sentiant contrarium, & hæc breuiter de præceptis in communi. Videat Parochus Cathechis. Rom.

Super 1. præcepto.

QVAESITVM IV.

SVMMARIVM.

1 *Latriæ cultus, & honor cui debetur.*
2 *Deus quid sit.*
3 *Angeli an sint eiusdem incorporeitatis qua Deus.*
4 *Quare Deus, & Angeli pingantur in corpore cum sint incorporei.*
5 *Adorationis species quotuplex.*
6 *Dulia cultus, & honor cui debetur.*
7 *Hyperdulia cultus, & honor cui debetur.*
8 *Idolatriæ peccatum quis committit.*
9 *Deus quibus actibus, & qualiter sit adorandus, & qualiter, etiam Sancti.*
10 *Vsus Ecclesiæ quæ offert sacrificia Sanctis qualiter intelligatur.*
11 *Templa Sanctis dicata qualiter intelligantur.*
12 *Gratiam nos recepisse à Beata Virgine alijsq; sanctis qualiter intelligatur.*
13 *B.V. alijq; Sancti licèt in gloria, tanto interuallo a nobis distant cognoscunt tñ nostras petitiones in Deo in quo vident omnia, quæ ad eos pertinent.*
14 *Sanctis quos Ecclesia canonizauit possumus, & debemus publicè nostras necessitates cõmendare alijs vero secus, nisi priuatim, & an possimus eas reliquias nobiscum deferre num.* 15.

Qua adoratione teneantur fideles adorare Deum?

DIC. quòd teneantur adorare cultu latriæ, † qui est
1 supremus honor, & reuerẽtia, quæ ipsi soli, tamquam omnium Domino debetur, sicut per hoc primum præceptũ præcipitur cultus Diuinus, sic prohibetur Idolatria, & notetur pro rudibus
2 Deum † esse purum spiritum incorporeum omnino, & materiæ cuiuscumq; expertem, iuxta illud. Deus spiritus est;

Digitized by Google

3 an autem Angeli ſint eiuſdē incorporeitatis, vide ſecundam Synodum Nycenam actione 5. & concil. lateran. ſub Innocent. III. & Pint. ſupra Daniel. cap. 9. & curioſa
4 inuenies; & cùm Deus, aut Angeli pingantur in corpore, id fit, ad deuotionem excitandam nam magis mouent ſenſibilia, quam intelligibilia, ad inſtructionem fidei vide Catech. Rom. ſupr primo præcepto.

Et notandum etiam triplicem
5 eſſe ſpeciem adorationis, latrie, quæ ſoli Deo competit,
6 Dulie, quæ eſt honor, qui debetur creaturæ, ob aliquā excellentiam, quæ in ea relucet, & hęc debeē Sanctis, &
7 amicis Dei, & Hyperdulię, quæ eſt honor, qui debetur creaturæ ob aliquam ſingularem excellētiam, & hac veneramur Beatā Virginem ob tot, & tantas excellentias. Hinc ſequitur peccatum Ido
8 latriæ committere, qui ſupremum illum honorem latriæ tribueret creaturæ. Tol. in ſum. lib. 4. c. 14.

Et notandum etiam Deum
9 eſſe adorandum actibus interni, vt fidei, charitatis, pęnitentiæ, & ſimilibus, ac etiā externis, vt genuflexionibus, tunſione pectoris, & ſimil., qui tamen actus externi genuflexionis, & reuerentiæ poſſunt, & ſanctis, ēt adhiberi, ſed vt interceſſoribꝰ apud Deum, & vt præcipuè per illos actus honoretur Deus.
10 Atq; hoc modo intelligitur vſus Eccleſiæ, quæ offert ſacrificia Sanctis, vt miſſa de B. V. & aliorum Sanctorū, quia fit tantùm memoria eorum ſed ſacrificium offertur Deo, & cum dies feſtos legimus dicatos ſanctis, intelligitur, vt in illis diebus celebretur memoria factorum per ſanctos in Dei obſequium, idem cū
11 videmus templa ſanctis etiā dedicata, dic, illa præcipuè fuiſſe ad cultum Deo perſoluendum, dicata, ſecundariò verò in honorem Sanctorum
12 & cum dicimus nos recipiſſe talem gratiam à B. V. vel alijs ſanctis, intelligēdum eſt per eorum interceſſionem à Deo obtinuiſſe, non autem vti præcipuis largitoribus.

Itaq; debemus ad B. V. & aliorum ſanctorum interceſſio-

nem

13 nem confugere, qui, licet in gloria tanto interuallo à nobis distant, cognoscunt tamẽ petitiones nostras in Deo, in quo vident omnia, quæ ad eos pertinent, Bellar. to. 2. controuer. lib. 1. & c. 20. de Beat.

14 Et hic sciendum, quod Sanctis, quos Ecclesia canonizauit, possus, & debemus publicè necessitates nostras cõmendare, sed alijs non canonizatis, non nisi priuatim,

15 possumus etiam illorum reliquias deuotionis causa nobiscum ferre, & est communis opinio, licet id neget Angel. in verb. reliquiæ, sed coïs opinio tenenda, vnde Lucilla quedam reprehensa legit apud Oper. Meleuitanum quod auderet ferre reliqas cuiusdam martyris non dum adhuc vindicati .i. approbati.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis gerẽdo reliquias Sanctorum peccet mortaliter.*

2 *Transferens reliquias Sãctorum de loco ad locum sine licẽtia Superioris, & priuatim sacrilegium committit.*

An qui gerit reliquias SS. & peccet, grauiùs peccet?

1 DIC. quòd non, nisi cõmitteret peccatum cõtra reuerentiam, quæ debet reliquijs Sanctorum, vt maculando eas, vel alio modo deturpando, vel reponendo in loco luxuriæ, vel in loca vulneris, & simil. Clauis re.

2 lib. 3. c. 1. Et hic scias sacrilegium committere, qui reliquias sine licentia superioris & priuatim de loco ad locũ trãsferre audeat, vel si ad secum retinendũ furatur. Azor lib. 1. §. 5.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Crucis lignum quo cultu sit adorandum.*

2 *Imago Christi quo cultu sit adoranda, & quo Imagines Sanctorum.*

3 *Materia non est consideranda in Imaginibus, sed persona quam representant.*

An sancta crux sit adoranda eodem cultu, quo Christus, & quid de imaginibus SS.?

1 DIC. quòd si lignũ sanctæ crucis, considere-

mus

mus coniunctum cum corpore Chriſti, tunc debemus adorare cultu latriæ, vt Dominum adoramus, quia tunc res, quæ adoratur p̄cipuè eſt Chriſt⁹ in cruce poſit⁹, ſed ſi cōſideratur crux ſeparatim à corpore Crucifixi, tūc adorāda eſt cultu hyperdulie, vel,

2 vt alij volunt dulie. † Imago Chriſti eſt adorāda cultu latrie, vt ipſe Chriſtus, ſicut imagines SS. eodem cultu, quo honorantur, & colūtur perſonę ipſorum, Azor. lo. c.

3 §. 4. ſed tamē† in imaginibus non eſt conſideranda materia, ex qua coſtant, ſed perſona, quam repreſentant, quæ eſt cauſa adorationis, & honoris, vnde verſus.

Effigiem Chriſti, qui tranſis pronus honora,
Non tamen effigiem, ſed quē deſignat, adora.
Azor. §. 5.

De Blaſphemia.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemiā inferre Deo quando quis dicatur.*

2 *Dicens Deum non curare hęc mortalia, aut mundum non gubernare, & alia, quæ in tex: peccat mortaliter peccato blaſphemiæ.*

3 *Idem eſt ſi vocet eum iniuſtum, & partialem.*

4 *Maledicens creaturis etiam inſensibilibus, vt aquæ, vento, ſoli, &c. peccat eodem peccato blaſphemiæ tanto magis maledicens ſensibilibus.*

5 *Maledicens alicui Sancto, vel eius imaginem ſuppeditans, aut laceras an peccet mortal.*

Cum hoc primo Præcepto pro
1 hibeatur blaſphemia. † An ſit Balſphemia inferre Deo, quodcumq; genus maledictionis, vel auferre ab eo, q̄ eius proprium eſt, vt potentia, bonitas, & ſimil. & tribuere, quod ab eo abeſt, vt crudelitas, negligentia, & ſimil.?

2 DIC. quod ſic. † Hinc ſequitur peccare mort. peccato blaſphemię ſi aduertens dicat Deum non curare hæc mortalia; aut non gubernare mundum, ſi vocet eum impotentem, ſi dicat à diſpecto, quod eſt negare

omnipo

omnipotentiam, si dicat non velle credere in eum, nisi talem, vel talem vindictam faciat, qa ei crudelitatē tribuit, & si id ex corde dicat, est hæreticus, Suarez. de religione, li. 1. de irreligio. c. 4. de blas-
3 phemia num. 8. Si † vocet eum iniustum, aut partialem, eodemmet peccato peccat
4 mor. qui † maledicit creaturis sensibilibus, vel insēsibilibus, vt aquæ, vento, soli, terræ, aut brutis, aut etiam hominibus, vt creaturis Dei, quia maledicere his, est maledicere earum creatori.
5 Qui alicui † Sancto maledicit, peccat mort. nisi esset in primo motu, vel ex ira, ita vt non aduerteret, & qui imagines sanctorum suppeditaret, aut qui laceraret, aut deturparet, si in primo motu, excusaretur, vt supra, secus peccaret mort. peccato impietatis, & si crederet non esse eis tribuendum honorē & propterea perpetrauit, vt hæreticus puniendus est, Toletus in sum. l. 4. cap. 23. in fine.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Audiens blasphemantem, & non corrigens eum fraternè, etiam sine spe emendationis, an peccet.*

An obligetur quis fraternè corrigere blasphemantem, etiam sine spe emendationis?

1 NAuarrus dicit, quòd sic c. 12. numer. 83. sui manualis, & probat ex concil. Lateren. alij dicunt contrarium, quòd non teneatur sine spe emendationis, vt Azor. §. 8. l. c. qui dicit, quòd si hoc fuit præceptum in concilio Laterensi, non fuit vsu receptum, & sic non obligari.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia contra Deum an sit diuersæ speciei à blasphemijs Sanctorum.*
2 *Peccatum cōtra Spiritum sanctum, & blasphemia in Spiritum sanctum maximè differunt.*
3 *Peccatum contra Spiritū sanctum, quid sit.*

Digitized by Google

An Blaſphemia contra Deum ſit diuerſæ ſpeciei à blaſphemijs Sanctorum, ita vt in cõfeſſione oporteat exprimere circumſtantiam?

1 AZor. in claui. Reg. l. 6. c. 13. n. 4. dicit quòd ſic, alij dicunt quod non, vt Suarez. l. c. c. 6. nu. 18. & ratio ipſius eſt, quia blaſphemię tàm contra Deum, quã contra illius Sanctos, eſt contra religionem, cuius ratione honor Deo, & cauſa ipſius ſanctis exhibendus eſt. Itaq; huiuſmodi blaſphemiæ non mutant ſpeciem, licet grauis peccatum ſit Deo maledicere, quàm ſanctis, ſed iuxta eorum ſententiam, qui volũt circũſtantiam notabiliter aggrauantem intra eandẽ ſpeciem, debere exprimi, eſſet exprimenda.

Et hic ſciat peccatum † contra
2 Spiritum ſanctum, & blaphemiam in Spiritum ſanctum maximè differre, quia aliud eſt peccatum, quod eſt contra diuinam legem facere, aliud eſt blaſphemare, quod eſt tribuere, quod non ei cõpetat, Deo, & auferre, quod
3 debetur ei; Itaq; † peccatum contra Spiritum ſanctum eſt impugnatio agnitæ veritatis, inuidere fraternæ correctioni, & ſimil. & blaſphemia eſt finalis impenitentia. Aug. de V. D. tract. 2. vide Tolet. in c. 12. ſummæ.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia in Spiritum ſanctum quare ſit irremiſſibilis.*
2 *Blaſphemia in Spiritum ſanctum, quæ ſit ſecundum aliquos, & vide nu. 3. & 4.*

An blaſphemia in Spiritum ſãctum remittatur in hoc ſeculo, cum dicat Chriſtus nõ remitti, neq; in hoc, neq; in futuro, & quæ illa ſit?

DIC. primo diuerſas eſſe ſententias Doctorum, aliorum ſententia eſt, quod
1 ideo † ſit irremiſibilis, quia eſt finalis impenitentia blaſphemia in Spiritum ſanctum non quia Deus nõ poſſit remittere, ſed quia ita diuina ſententia decretũ eſt, vt moriens in peccato mortali, remiſſionem non obtineat, alij

dicunt

2 dicunt † irremisibile hoc peccatum, non quia non possit remitti à Deo, sed quia sit indignum remissione ob sui malitiam intrinsecam, & odium in Christum, & secũdum hos blasphemia in spiritum sanctũ, de qua loquebatur Christus, est tribuere virtutem miraculorum, qua ipse diuinitus operabatur, dæmonis, ob quam calumnia maxima inferebatur iniuria Spiritui sancto. Alij dixerunt ideo † irremisibilem
3 non quia non remittatur omnino, sed quia de difficili remittitur, non ex parte Dei, sed hominis peccatoris, qui non de facili surgit, cum hæc blasphemia videatur claudere viam ad confessionem diuinitatis Christi. Alij dixe-
4 runt ideo † irremisibilem in hoc secundo, & in futuro nõ quo ad culpam, sed quo ad pœnam quasi quòd hanc blasphemiam vindicet Dominus in hac vita, & in futura, quod intellige secundum præsentem statum; nam tanta posset esse contritio sufficiens, vt Dominus totam ei pœnam, aut partem condonaret, vide Tolet. in c. 12. super Luc. annot. 17. 19. & 20.

Et quod fuerit, hæc blasphemia de qua ita minaciter loquebatur Christus, communiter concludunt esse tribuere Demoni virtutem, qua Christus Dominus miracula operabatur, quando dicebant in Belsabuch, &c.

De superstitione.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Superstitio quid sit?*
2 *Si quis in recitatione diuini Officij non ex deuotione, sed ad aliquem malum finem addit plura verba quam ibi legantur an peccet mortaliter.*
3 *Exponens in Ecclesia falsas reliquias, vel falsa miracula prædicans, aut pingit, peccat mortaliter.*
4 *Qui canit lasciuas cantilenas inter Missarum solemnia, & in diuino officio peccat mortaliter peccato superstitionis.*
5 *Sabbatum obseruant, vt faciebant Iudæi, peccat mortaliter peccato superstitionis, imò est suspectus de hæresi, nisi ie-*

ſanet in ſabbato, vel aliqua opera pia faciat in honorem B. M.

Quid ſit ſuperſtitio?

DIC. vltra ea, quæ inferius habebit Parochus diffuſè, quod † eſt vana religio, & veræ religionis falſa imitatrix, (vt ait PP. Leo I.) quæ, vel Deo ſuperfluũ cultũ, qui ei non competit, tribuit, vel debitum diminuit. Azor. l. 9. c. 11. Nota hic infraſcriptos caſus, † ſi quis in recitatione diuini officij, non ex deuotione, ſed ad aliquem finẽ malum addit plura verba, quã ibi legãtur, vt ſi repetat pluries alleluia, vel pluries Amen, vel pluries Ieſus, pec. m. peccato ſuperſtitionis, ob malum finem, ſed ſi non habeat malum finem, p.v. Tol. lo.c. in ſum. li. 4. c. 14. Caiet. v. ſuperſtitio † qui in Eccleſia falſas reliquias exponit, vel falſa miracula prædicat ad aucupandas eleemosinas, aut falſa miracula pingit p. m. Caiet. lo.c. qui canit † cãtilenas laſciuas inter Miſſarũ ſolemnia, & in diuino officio peccat m. hoc peccato ſuperſtitionis, & qui obſeruaret † ſabbatum, vt faciebãt Iudei, pec. m. hoc peccato ſuperſtitionis, imò eſſet ſuſpectus de hæreſi, quia videretur iudaizare. Non tamen reprehendendus eſt mos deuotus † ieiunare in ſabbato vel aliqua pia opera facere in honorem B.M. qui habuit originem à miraculo, vt docent hyſtoriæ de miraculis Virginis.

De Aſtrologia.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Qui contemplando ſtellas prædicet particularia futura an peccat mort. & quid ſi prædicit inclinationem nu. 2.*

3 *Prædicens ex cantu gallinæ, vel bubonis aliquẽ certo moriturũ an peccat mort.*

4 *Prædicens ex vlulatu animalium mutationes ſtatus, vel ex galli cantu, vel ſaltibus delfinorum in mari temporis mutationes an peccet mortaliter?*

5 *Oues nimium auide paſcentes ſignificant pluuiam.*

An

Digitized by Google

An circa huiusmodi scientiam possit cadere peccatum?

1 NOta infrascriptos casus quod siquis † cõtemplãdo stellas prædicit particularia quædam alicui certò futura (quod vocant facere natiuitatem) est pec. m.

2 Astrologiæ Iudiciariæ, sed † si tantum prædicit inclinationem, non peccat Suarez. l. cit. c. 11. nu. 8. & 9.

3 Siquis † ex cantu gallinæ prędicat aliquem moriturũ certò in domo illa, peccat p. m. diuinationis Tol. l. 4. c. 15. idem si ex cantu bubbonis prædicat ægrum moriturum certè, & indubitatè, sed si id conijcit ex causa naturali, nõ certè, sed probabiliter, quia auis illa sentit putredinem, non peccat.

4 Siquis † ex vlulatu animaliũ in campis prædicit mutationes status in regione, non peccat, quia sunt ex causa naturali, Caiet. l. cit. Siquis ex galli cantu, vel saltibus delfinorum in mari prædicat mutationes temporis, non peccat, quia ex causa naturali, Mart. de Ria. to. 2. l. 4. cap. 3. q. 1. & 2. Caiet. 22. q. 95. art. 7. idem dic de quibusdã alijs animalibus, vt ex frequenti cantu siniſtræ cornicis, quæ pluuiam prędicit.

5 Idem dic si † oues nimium auide pascuntur, quia significat pluuiam, & hoc prædicere non est peccatum, quia ex causa naturali, nam natura id eis infudit, vt cognoscant, quæ sunt necessaria pro eorum vita, idem potest dicere de alijs quibusdam animalibus, seu auibus.

De Astronomia.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Gerens anulum cũ parte vnguis magnæ bestiæ, vel lapides ad impediẽdas infirmitates an peccat mort.*

2 *Gerens figuras, vel Imagines, & anulos sub cõstellationibus confectas an peccat mort.*

1 An quis gerendo anulum cum parte vnguis magnę bestię ad impediẽdas aliquas infirmitatis peccat; vel si gerat aliquos lapides ad eũdẽ finẽ?

DIc, quod non, quia hoc poteſt procedere ex cauſa naturali, ſed ſi quis gereret † figuras, vel imagines, aut anulos, aut ſtatuas paruas factas ſub conſtellationibus peccat mort. & eſt cõmunis opinio, licèt Caiet. teneat contrarium, dummodo non adſint characteres 22.q.96. art. 2.

2

De Chryomantia fiſonomia, hydromantia, ſomnijs, & alijs huiuſmodi vanitatibus.

QVAESITVM XIV.

SVMMARIVM.

2 *Diuinare per lineamenta manus an ſit pec. mor.*
3 *Futura prædicere per lineamenta vultus an ſit pec. mor.*
1 *Quærens furem rei ſubtractæ per anulum filo appenſum in aquam an peccat mort.*
4 *Somniorum quot ſunt ſpecies?*
5 *Somnia naturalia, quæ, & ex quibus cauſantur.*
6 *Somnia diuina, quæ & cuius ſint effectus.*
7 *Somnia demoniaca quæ?*

An ſit p. m. diuinare per lineamenta manuum, facici, vel pedum, vel per aquam, aut ſomnia?

1 DIc, quòd diuinare per lineamenta manus eſt chyromantia Aſtrologica, p. mor. & prohibita ab Eccleſia Azor. l. 9. c. 16. ſed prædicere, vel conijcere inclinationes naturales, eſt peccatum. Hinc ſequitur, q̃ qui quærit à Zyngaris per manus lineamenta, ſcire futura, & ex corde credit pec. mor. ſi iocò facit, Ven. Nau. c. 11. nu. 3.

2 Qui per linementa † vultus prædicit futura, pec. m. ſed ſi prædicit, vel annunciat compleſſionem, ſeù inclinationem naturalem, non pec. Azor. l. 9. c. 16. vnde Philoſophus ille dixit, ſapientia me caſtum fecit, cum ex eius vultus lineamẽtis fuiſſet dictum eum eſſe libidini deditum.

3 Similiter † qui per anulum filo appensũ in vaſe pleno aquæ, quærit ſcire furem ſubtractę rei, pec. mor. Azor. l. cit. c. 13. item ſiquis alio modo quouis quærit ſcire futta-

per

Digitized by Google

per aquam p.m.contra prim. hoc præceptũ, & debet prudens Confessor in examine huius præcepti, nisi pœnitens Confiteri præueniat, interrogare.

Circa somnia profani scriptores, vt Alacrobius, & alij asserunt plures esse species somniorum, sed nos ad nostrum præpositum, tres tantum facimus, † vt somnia sint naturalia; diuina, & Demoniaca, quam materiam diffusè tractat P. Benedictus Pererius de mag. l. 2. de obseru. somn. † Somnia naturalia sunt, quæ causantur, superfluus cibus, & potus, aut inedia, aut aliqua passio animi, vt amoris, odij, disperationis, & simil. vel prædominiũ alicuius humoris, vt flemmæ, vel coleræ, aut consuetudo, aut exercitatio.

Diuina sunt quæ veniũt ex reuelatione diuina, quæ possunt agnosci ob rei reuelatæ magnitudinem, & excellentiam, hæc illuminant intellectum, & inflammant voluntatem ad bonum, & ad intelligendum occulta aliqua mysteria fidei, & reuocant à malo. Demoniaca † vero sunt, quæ de rebus occultis, & malis, vt furtis, homicidijs, & similibus, vel quæ de futuris, quæ relinquũt in mentẽ somniantis, aliquod incentiuum ad malum, & eo peiora sunt hæc somnia, cum spirituali homini accidunt, ob periculosiorem casum, quem inducere possunt.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Somnis an sit licitum fidem adhibere?*
2 *Somnia quæ possunt obseruari, & nu. 3.*
4 *Orans oratione particulari ad somniandum futura an peccat mort.*
5 *Somniorum interpetratio an, & quibus permittatur.*
6 *Somniorum species plures.*
7 *Visio cui conceditur, & qd sit.*
8 *Oraculum quid sit.*
9 *Phantasma quid sit.*

1 An sit licitum fidem adhibere somnijs?

DIc, vt infra, quod somnia, quæ proueniunt ex superfluo

fluo cibo, vel potu, aut abſtinentia, aut exercitio, ſunt, & eſſe debent nullius ratio nis, & nil ſignificare poſſunt occulti, idem dic de ſomnijs, quæ proueniunt ex paſſionibus, ſeu cogitationibus præcidentibus.

2 Somnia † verò, quæ proueniunt ex prædominio humorum, aut quæ à Deo, vel à dæmone poſſunt, & debent attendi, & obſeruari, & ad acquirēdū bonū, vel ad euitādū malū, vnde ſiquis ſomniatur, aut nauigare, aut natare, aut impeditè, & tardè fugere ab aliquo perſequente, hæc ſomnia poſſunt obſeruari, vt remoueātur cauſæ, quia proueniunt ex humore flemmatico prædominātē, ſicut ſomniari eſſe inter mortuos, aut per loca obſcura de nocte ambulare, aut ſerpentes tangere, à prædominio melanconici humoris peruenire credendum eſt, & hoc ſinè vllo peccato, ſicut etiam ſomniari eſſe inter odoriferos flores, & ſignum bonorum humorum, ſicut eſſe in locis ſordidis, & putridis malorum humorum in corpore prædominantium, & credere huiuſmodi non eſt peccatum ſuperſtitionis, quia ex cauſis naturalibus.

3 Ita etiam, † quando quis nimis laboriosè dormit, poteſt inueſtigare cauſam ſine peccato ad remeuendum malum.

Hic ſcias, quòd qui, exceptis, vt ſupra, ſomnijs ex cauſis naturalibus prouenientibus, obſeruet ſomnia, vt nil agat, aut nil agere ceſſet, niſi quæ ei per ſomnia ſignificantur pec. mor. peccato ſuperſtitionis, quia eſt contra hoc prim. præceptum.

4 Similiter † p.m. qui, ſeu quæ orat oratione quadam particulari ad ſomniandum de aliqua futura re, ſibi grata, vt deducendo vxorem talem, vel talem, vel maritum, niſi hos ignorantia excuſaret, aut ſimplicitas, quia prohibitum eſt velle ſcire futura per ſomnia.

5 Interpetratio † autem ſomniorum non permittitur omnibus indifferenter, ſed quibus à Deo datum eſt, vt fuit caſtiſsimo Ioſepho, aut Danieli, & ſimil. ſed ſomniorum,

quæ

Digitized by Google

quæ cauſantur humores, poſſunt imperpetrari periti medicæ artis, eorum vero, quæ à demonibus prouenire timentur, ſunt interpetres prudentes confeſſarij, & cum dubitatur, an à Deo, vel à Demone ſit ſomnium, tũc à Demone eſſe dicẽdum eſt, quia ſignum cognoſcendi eſſe à Deo, eſt cum illuminatur intellectus cognoſcendi, quod lumen concedi ſolet.

6 Sunt etiam ſpecies ſomniorum, † viſio, oraculum, & phantaſma, viſio conceditur, † plerumq; homini pio, &
7 ſancto, & eſt cum aliquod; ita euenit in re, vt apparuit in viſione præterita, vt erat olim tempore prophetarum, qui vocabantur videntes, & prophetia vocatur viſio, vt viſio
8 Iſaie, &c. † Oraculum eſt quando apparet nobis in ſomno aliqua perſona grauis, & ſancta ad prænunciandum nobis aliquod certò futurum, aut ad prohibendum aliquod futurũ faciendum, aut ad præcipiendum,
9 vt fiat † Phantaſma eſt, quando quis inter dormiendum videt varias figuras, & formas inſolitæ magnitudinis, quæ eum turbant.

De Sortibus.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sortibus an liceat vti inter fratres ſuper diuiſione bonorũ?*
2 *Sortibus, an liceat vti ad ſciẽdum voluntatem diuinam circa aliquod?*
3 *Officiales, & magiſtratus an poſſint eligi per ſortes?*
4 *Iuuencula quæ reiectis palmæ benedictæ frondibus in prunis quærit ſcire ſponſum, vel alia ſimil. an peccet mort.*
5 *Sortibus quicunq; vtuntur ad malum finem pecc. mort.*

An liceat vti Sortibus?

DIc, vt infra, concurrentibus aliquibus circũſtantijs,
1 licet, vt † ad componendum diſcordiam inter fratres ſuper diuiſione facienda bonorum, dummodo fratres æquale habeant ius, & quis non vtatur in hoc libris, aut verbis ſacris, ſed ſi alicui fratrum non cõpeteret æqualis actio, nõ liceret vti ſortibus, Azor. l. cit. l. 9. c. 21. Suar. l cit. l. 2. c. 12. nu. 2.

Digitized by Google

2 Ita licitũ eſt † vti ſortibus ad ſciendã diuinam voluntatem circa aliquod faciendum, vel non faciendum, concurrentibus duabus conditionibus, ſcilicet grauis neceſſitas,& vt res à Deo per orationes, & preces petatur, vt v. g. naufragatur nauis,ex multis poſſunt aliqui in nauicula euadere, eo caſu poſſunt eligi per ſortes, vt dictum eſt, qui liberandi ſint. Azor. l. cit. Mar. de Rio l. cit.

3 Ita poſſunt † eligi officiales, & magiſtratus per ſortes, remota quacunq; fraude, ſed nota, quod in electione ſuperioris Eccleſiaſtici, cũ ſint diſcordes electores,non poſſunt fieri per ſortes,quia hoc prohibitum eſt, diſpoſitione Sacrorum Canonum. Mar. de Rio l. cit. Suar. & Azor. l. cit. Nec obſtat his, electio Sancti Matthiæ Apoſtoli, quia illa præmonitione,& diſpenſatione diuina facta eſt.

4 Circa huiuſmodi ſortes,pec. mor. iuuencula, † quę iniectis palmæ benedictæ frondibus in prunis quærit ſcire eius futurũ ſponſũ,vel matrimonij tempus,vel quę iniectis cartulis ſcriptis, aut liquefacto plumbo, obſeruat figuras, vel ſigna, quæ inde reſultent,& ſimil vel ex aperitione alicuius libri in ipſius principio, quærit obſeruare aliquod futurum, aut ſcire præteritum, vt circa furtum detegendum,& ſimil hoc eſt peccatum m. diuinationis, & interuenit tacita, vel expreſſa inuocatio demonum, excuſaret aliquando ignorantia inuincibilis, aut ſimplicitas. Mar. de Rio. c.2.q.7.ſect.3. num. 6.

5 Similiter † pec. m. quicunq; vtitur ſortibus ad malũ finẽ.

De Diuinatione per ignem.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quærens aliquod factum ſcire per ignem pecc. mor.*

2 *Idem ſi ex ſcintillis ſuſpicatur aliquid alicui malum obuenturum.*

1 An † qui quærit ſcire per ignem aliquod factum pec-

2 cet m. vt qui ex ſcintillis † ſuſpicantur eis aliquos obtrectare?

Digitized by Google

Dic, quod est pec.m.& vocatur grecè Pyromantia, Mar.de Rio l.cit. sect. 1. pro cæteris casibus, videat Parochus summistas.

Nũc super 2. præcepto. Non assumes, &c.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quicquid est in Deo Deus est.*
2 *Assumptio nominis Dei in vanum quot modis intelligitur?*
3 *Iuramenti circũstantiæ quot; & quæ.*
4 *Iurare dupliciter contingere potest.*

Quid intelligatur, per nomen Dei, quod ità expressè prohibemur non assumere in vanum?

Dic, intelligi Deum ipsum, & eius sanctissima attributa, quæ etiam Deus sunt,
1 quia † quidquid est in Deo, Deus est, vt omni potentia, scientia, bonitas, &c. similiter intelligitur nomen Domini nostri Iesu Christi Redemptoris, ac Beatæ V. & Sanctorum, ac creaturarum in quibus relucet ipse Deus. Azor. l.cit. & cum prohibe-
2 tur assumptio † nominis Dei in vanum, duobus modis intelligitur, vel vt non iuretur sine debitis circunstãtijs, vel, vt nec irreuerenter nominetur per quendam loquendi frequentem abusum, in do mesticis colloquutionibus.
3 Circumstantiæ † vero, quæ requiruntur, sunt veritas, Iustitia, & iuditium scilicet, vt verum sit, quod iuratur, & iustum, & cum debita Dei reuerentia, aliter peccatum est. Nau. c. 12. nu. 3. citans illud Ieremiæ c. 4. Iurabunt in veritate, Iudicio, & Iustitia. Et nota, quòd iurare potest contingere dupliciter, vel expressè, vt allego, vel duco, in testẽ Deum, &c. vel tacitè, vt viuit Deus per Deũ, &c. Nau. l. cit. nu. 1.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quid sit?*
2 *Iurare an sit licitum?*
3 *Iurandi mos qui sit?*
4 *Verba Iuramẽti exp̃ssiua an sint necessaria in iuramento?*
5 *Per quę verba fiat Iuramentum, & num. seqq.*

Digitized by Google

1 Quid eſt iuramentum, de quo noſter ſermo eſt?

Dic, quod eſt affirmare, vel negare aliquod teſtificando illud per Deum, qui eſt veritas infallibilis, & regulariter iurare non eſt illicitum, quia, eſt actus latriæ, ſed prohibitum eſt iurare in vanum, & eſt licitum tum ratione infallibilis veritatis Dei, quæ adducitur in teſtimonium, tum ratione finis, quia homines hoc medio veritate informantur, & terminantur lites, & controuerſiæ, ſed intellige, concurrentibus debitis circumſtantijs. Et quod habetur Matth. c. 5. vbi videtur Domino prohiberi iuramentum, & dicitur, ſit ſermo veſter, eſt, eſt, eſt intelligendum quandò non concurrunt requiſitæ conditiones, Azor. l. cit. c. 2. & alij, & licet
3 ordinarius † mos iurandi ſit vocare Deum, vel Sanctos in teſtimonium rei, de qua dubitatur, attamen, ſi in aliqua regione eſſet alius modus p alia verba, vel ſigna, iuramentum ſignificantia, dicendum eſſet de hoc, vt ſupra, quia attendenda eſt intentio iurare volentis, nec eſt neceſſa-
4 rium ſemper † vti verbis expreſſiuis iuramenti ad iurandum, vt iuro per Deum, quia aliquando per ſolum tactum alicuius libri, aut ſcripturæ eſt iuramentum, imo eſt tale,
5 ſi quis diceret, † ita eſt conſcientia mea, ſic ſi quis diceret, iuro ſine alia additione, eſt iuramentum, ita etiam, ſi quis diceret per cęlũ, p ſolẽ, per aerem, per Euangeliũ, aut per creaturas viſibiles, & inuiſibiles, eſt iuramentũ, ita ſi quis diceret, Deus ſc t, quod non mentior, vt iurauit Apoſtolus, Deus videt, quod dico veritatem, ſed diſtinguendum eſt, ſiqui ita dicit habeat voluntatem iurandi, alias nõ eſſet iuramentum, Azor. d. c. 3. Cla. Reg. c. 1. nu. 5. l. cit. ſed ſiquis diceret in veritate certe, certiſſimè non eſt iuramentũ, quia ſic loquens intelligit
6 de veritate humana; † Sed ſi quis diceret, à fè mia, à fè da gẽtil'huomo, à fè da Caualiero, à fè da Religioſo, à fẽ da Soldato, e ſimil. ſunt iuramentum, ſi qui loquitur, habeat animum iurandi per fidem Chriſti; Sed ſi eius intẽtio ſit

de

Digitized by Google

de fide humana, non est iuramentum, quia tunc intelligitur, vt sic loquens teneatur ad obseruandum, vt nobilis, vel, vt Religiosus, & simil. humano modo.

7 Qui † dicit per vita mia, per l'anima mia, p vita del Rè, & simil. sunt cõmuniter iuramẽta, quia ita accipiuntur, vt testimonia, in quibus relucet diuina bonitas. Azor. l. cit. sed non est iuramentum, si quis diceret in conscientia mia, parlò auanti Dio, che sà la conscientia mia, tunc verò esset iuramentum, quando sic dicens haberet animum vocandi Deum in testem.

8 Cùm † verò aliquis diceret, si ita non est, possim interfici, vel possa perdere l'honore, & simil. sunt iuramenta execratoria, ita etiam sunt iuramenta comminatoria, si quis diceret, possa renegare, &c. in mano di mori, ò tia maledetto il tal giorno, se te la farò passare, hæc est blasfemia.

9 Sunt † etiam iuramentum, si quis affirmando aliquod diceret, come Christo è nato di M. V. come Dio è trino, & vno, sed nimis temere in eiusmodi iurandi modum incideretur, ideo abstinendum. Azor. l. c.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium non est formaliter, sed materialiter.*

2 *Iurans per ignorantiã falsum credens verum non pec. mor.*

3 *Qui iurat dubitans, an ita sit an pec. mort.*

4 *Iurans per iocum an pec. m.*

5 *Iurans falsum pro saluanda vita alicuius, vel aliquod malum, vel scandalum vitandũ, an pec. mort.*

6 *Iurans de bonitate rei per ipsum vendendæ equiuocando an pec. mort.*

7 *Mercator non requisitus iurans rem sibi tanti, vel pluris ei costare, & an peccat teneatur restituere.*

9 *Iurans de mãdato superioris iuris ordine seruato qualiter iurare, & respondere debeat.*

10 *Iurans coactus ad promittendum equiuoce an pecc.*

11 *Qui redit à loco contagioso, & de peste diffamato cum re vera, ita non an possit iurare se esse sanus, & ab eo loco non discessisse.*

12 *Rogatus, vt aliquid donet, vel mutuet an poſſit iurare ſe non habere, ſe non vult mutuare, vel donare.*

13 *Promittens cum iuramento alicui centum, vt faueat ei apud Principem ſi ille non faueat non tenetur ſtare iurã.*

14 *Iurans perpetrari aliquod malum non tenetur ad obſeruantiam immo pec. mort. ob iuramentum de re mala.*

15 *Iurans aliquam ducere in vxurem quæ deinde infirmatur lunga infirmitate inſanabili non tenetur ad obſeruantiam.*

16 *Promittens cum iuramento intuitu promiſſionis ſibi factæ an teneatur ſi ſibi non ſeruatur promiſſio?*

17 *Promittens cum iuramento, & ex animo rem parui momenti ſi deficit an pecc. mort.*

18 *Iurans dare alicui centum abſq; animo dandi an pec. m.*

19 *Iurare qui fingit de aliqua iuuene in vxorem ducenda quam defloravit non animo adimplendi an pecc. mort.*

20 *Iurans laceſſitus importunis precibus ſe facturum &c. non animo adimplendi qualiter teneatur adimplere.*

21 *Iurans dare decem quolibet menſe alicui ſi quid honeſtum fecerit ſi is non fecerit, vel deueneret ad paupertatem promittens.*

22 *Receptus, vel electus ad aliquam ſoc. &c. vel offic. iurans ſeruare ſtatuta an debet ſeruare aliquod indecens.*

23 *Iurans verum ſine neceſſitate, vel quicquid in buccam venit qualiter pecc.*

24 *Iurans ſe nõ daturum elemoſinam pauperi an teneatur ad obſeruantiam.*

25 *Iuramentũ de re illicita non obligat.*

26 *Pater iurans verberare filium an non obſeruando peccet.*

27 *Iurans ſe non facturũ quid indifferens quando teneatur ad obſeruantiam*

28 *Iurans reuerentię, vel modeſtiæ cauſa quid puta non ire à deſtera manu an pecc. non obſeruando.*

Quid dicendũ, ſi quis iuret falſum, credens eſſe verum, an ſit periurus, & pecce t?

1 DIc, quod non, quia mendaciũ non eſt for-

Digitized by Google

maliter, sed materialiter, Cla. Reg. l. cit. c. 4. num. 2. Circa hæc nota infrascriptos casus

2 quod † si quis per ignorantiam iuret falsum, non tamen credebat certò esse verum, si ignorãtia est inuincibilis, idest si debitam diligentiam adhibuit ad discernendum, non peccat, sed si, vel mediocrem, vel non sufficientem, p. v. sed si nullam p. m. Clau. Reg. loc. cit. num. 18.

3 Si quis † iurat dubitans si ita sit, vt ipse iurat, pecc. m. Cla. Reg. l. cit.

4 Si quis † per iocum iuret falsum p. m. secundum communem opinionem ob reuerentiam iuramenti, Angelus tamen dicit, non peccare nisi venialiter, quod esset verum, quando iurans non haberet animum iurandi, sed omninò iocandi clau. Reg. l. cit. nu. 14 & 15.

5 Qui iurat falsum pro saluanda vita alicuius, aut aliquod malum euitandum, aut scandalũ p. m. quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, clau. Reg. l. cit. c. 4. nu. 14. & 15.

6 Qui iurat † de bonitati rei per ipsum vendẽdæ, æquiuocando peccat m. si damnum est notabile, & ratio est, quia fit iniuria, & damnum emptori per iuramentum. clau. Reg. vt

7 supra. Similiter † mercator, qui etiam non requisitus iurat rem sibi tanti, vel plurib. ei

8 constare p. m. & † tenetur etiã restituere si iurat æquiuocè, quia tenetur iurare requisitus iuxta intentionem emptoris.

9 Qui de mandato superioris iurat iuris ordine seruato, nõ potest æquiuocare, & debet respondere ad petita, dummodò Iudex sit competens, clau. Reg. loc. cit. num. 22. & cap. 6. num. 12.

10 Qui coactus ad promittendum aliquod iurat æquiuocè, non peccat dummodò cogẽs nullum ius habet cogendi, clau. Reg. loc. cit. Azor. loc. citat. cap. 4.

11 Qui † rediens ab aliquo loco, qui de peste diffamatus est cum re vera ita non sit, potest iurare se esse sanum, & æquiuocare ab eo loco nõ discessisse. Azor loc. cit. clau. Reg. loc. citat. & ratio est, quia custodes cogentes illum ad iurandum intelligunt si venit à loco peste infecto, quòd cùm

non

Digitized by Google

non ſit, bene poteſt, & licitè iurare, ſi non venire ab eo loco, intelligens tanquam contagio laborante.

11 Qui rogatus, † vel requiſitus, vt aliquid donet, vel mutuet, ſi non vult, donare, vel mutuare poteſt æquiuocare iurando, quando nullo iure ei deberet, aut donare, aut mutuare, ſed ſi aliquo iure teneretur, non poteſt æquiuocare, ſcilicet dicendo cum iuramento, quod nõ habeat, aliqui dicunt, quod nullo modo poteſt æquiuocare, quia nulla iuxta vis vrget, Lud. Lopez inſtruct. confeſ. p. 1. c. 42. Cla. Reg. loc. cit. nu. 26.

13 Qui † promittit alicui centum, vt faueat ei apud Principem, & iuret ſe daturum, ſi ille non faueat non tenetur ſtare iuramẽto, quia frangit fidem frangenti illam, ſimiliter, qui iurat perpetrari aliquod malum non tene-
14 tur, † imò peccauit m. ob iuramentum de re mala. Et ſi iurando non habuit animũ adimplendi, adhuc peccauit m. ob periurium Clau. Reg. l. cit. nu. 13. c. 16. nu. 2.

15 Qui † iurat ducere aliquam in vxorem, ſi illa poſtea infirmetur longa aliqua infirmitate, & inſanabili, non tenetur obſeruare quia res non eſt integra.

16 Qui iurat † alicui aliquod comodum, ſe facturum, & ille huius intuitu promittit è conuerſo, idem ſe facturum pro eo, ſi primus non maneat promiſſis, liberatur, hic ſecundus. Sed ſi promiſit ſine intuitu promiſſionis ſibi factæ, tenetur adimplere Cla. Reg. l. cit.

17 Qui † promittit cum iuramento dare alicui rem parui momenti, & promiſſio fuit ex animo, ſi poſtea deficit, aliqui dicunt, quod pec. m. Sed communis opinio eſt, quod p. v. vide Caiet. in ſum. v. periu. & Azor. l. cit. c. 5 §. 3. & qui iurat hanc rem parui momẽti animo nõ obſeruãdi p. m. ob defectum veritatis præſentis Cla. Reg. l. c. Azor. l. cit. c. 4.

18 Qui iurat † dare alicui centum abſq; animo dandi, ſeu ſe obligandi tali iuramento, ſi habuit intentionem iurandi, p. m. ob periurium, ſed ali-

qui

qui dicunt in conſcientia nõ teneri ad adimplendũ, ſed in foro exteriori teneri, alij dicũt teneri quoad vtrũq; forum, qa negãt poſſe ſeparari obligationẽ adĩplẽdi ab intẽtione iurandi Cl.Reg.c.6.n.7.& 8.

19 Qui fingit † iurare, & ꝓmittere in vxorẽ ducere iuuenẽ, quam defloravit, non animo adĩplẽdi, p.m.& tenetur adĩplere, non ex vi iuramenti, cũ in conſcientia ſit nullum, ſed ob iniuriam illatã illi mulieri.

20 Qui † importunis precibus laceſſitus iurat ſe daturũ, vel facturũ aliquod, non animo adimplẽdi, neq; animo iurandi, p.v. nec tenetur adĩplere, dũ nec iurare, nec adimplere intendebat, & fuit officioſum mendaciũ, Cla.Reg.c.6.nu.9

21 Qui iurat † dare, vel donare alicui duos aureos quolibet mẽſe, vt ille aliquod honeſtũ faciat, vt ſtudere, vel ſimil. ſi hic nõ ſtudebit, ille liberatur, & ſimiliter liberabitur, ſi pauper deuenerit ꝓmittẽs.

22 Qui † recipitur in aliquam ſocietatem, congregationem, collegium, & ſimil. ſi iuramento commiſerit, obſeruari ſtatuta, & illorum aliquod fuerit indecens, ſicut non debet obſeruare illud, ſic liberatus cenſetur à iuramento, idem dic de quolibet electo in magiſtratum, aut officialem, qui iurare debeat ſtatuta, & cautela eſt dicere in iuramento, dũmodo ſint in viridi obſeruantia, & ſacris Canonibus non aduerſentur, Clau. Reg. l. cit. nu. 18.

23 Qui † iurat verum ſine neceſſitate, & iuſta cauſa, p. v. ratione irreuerentiæ, & qui iurat quidquid in buccam venit, nihil aduertens p. m. Cla. Reg. l. cit. nu. 33.

34 Qui iurat † ſe non daturum eelemoſinam pauperi, nõ tenetur obſeruare, imò peccat v.quia iurat illicitum, nam iuramentum de re illicita non obligat, & q iurat offendere proximũ, nõ tenetur obſeruare, imò peccauit iurãdo, quia iurauit de re mala, & ſi res, de qua iurauit, eſt grauis, p.m.ſi

26 leuis.u.Pater † iurans verberare filiũ, ſi habuit animũ obſeruandi, & ex ira p.v. nec valet iuramentum, ſed ſi nõ habuit animũ adimplendi, nec iurandi, ſed tantum ad correptionẽ, p.v.& ſi habuit ani-

Digitized by Google

mũ adĩplẽdi,& filius ſe emẽdauit, nõ tenetur adimplere.

27 Qui iurat † ſe non iturum ad aliquem locum, vel cum illa, vel alia perſona non verſaturum, vel non facturum aliquam rem indifferentem, ſi conuerſatio illarum perſonarum futura fuerit illi nociua, tenetur obſeruare, ſin minus, non tenetur. Si verò conuerſatio futura illi eſſet vtilis pro ſalute animæ, & ſimiliter aditio loci, & ire correctus iurauit, non obligat iuramentum Cla. Reg. c. 4. nu. 37. c. 7. nu. 3. In communi ſciatur iuramentum tunc obligare, quando concurrunt tres iliæ conditiones, & ſit de re licita, honeſta, & poſſibili, quia ad impoſſibile nemo obligatur, vt vulgata eſt.

28 Si quis † reuerentiæ,& modeſtiæ gratia iurat, ſe nolle, vel ire à dextra manu, vel nolle præire, & poſtea non adimplet, non peccat, ſi non habuit animum obſeruandi, ſecus p.m. ſi habuit animum adimplendi,& non adimplet. Azor.l. cit.l.9.c.4. Cla.Reg. l.cit.c.20.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *In promiſſione, quæ conditiones requiruntur.*

2 *Quando quis ex promiſſione non impleta oblig. ad pec. m.*

3 *Promittens mutuare non obſeruans an pecc.*

4 *Promittens abſque animo ſe obligãdi an teneatur ſeruare ſub pecc. mort.*

5 *Promiſsio per vim dolum aut metum extorta non obligat.*

6 *Quantitas quæ requiritur in promiſsione ad obligandũ ad peccatum niſi ſeruetur.*

7 *Promittens infra ſemetipſum abſq; verborum expreſsione, an teneatur obſeruare.*

8 *Promiſsio, vt oblicet coram, quo fieri debet.*

9 *Promittens amico deinde facto inimico an teneatur ſeruare.*

10 *Promittens per humanitatem naturalem, & cæremonias an teneatur adimplere.*

11 *Promittens rogare Deum pro aliquo, vel ſalutare amicum an teneatur adimplere.*

12 *Promittens legitime impeditus non teneatur implere.*

13 *Quot,*

Digitized by Google

13 *Quot, & quæ sunt ad votum necessaria.*

14 *Votum in quo differat à promissione sponsione, & pollicitatione.*

15 *Vouens aliqua passione motus an obligetur.*

16 *Vouens non fide iubere an obligetur voto.*

17 *Fur vouens religionē timens curiam eum circumdantē an obligetur.*

18 *Votum factum ob aliquod malum quod vouenti ex sententia euenit an valeat?*

19 *Si quis vouet dare centum pro elemosina si concubina pariat masculū valet votum.*

20 *Votum de dando petienti quicquid petierit, vt indiscretum non tenet.*

21 *Votum de non mutuando nisi sibi mutuum restituatur an valeat.*

22 *Si quis vouet, & deinde peniteat se an peccet mor.*

23 *Vir si vouit habitum monacalem induere an vxor potest tale votum irritare, vel è contra.*

24 *Pater irritans votum filij ad religionem an pecc. mor.*

25 *Si quis vouens ob vanam gloriam erigere hospitale, &c. an valeat votum, & vouens pecc.*

26 *Mulier si vouet quid adimplendum post mortem viri an vir posset irritare votum.*

27 *Vouens ieiunare in die Sanctæ Luciæ qui dies occurrat in die Domin. an obligetur.*

28 *Obligatus ieiunare, ex voto, vel pœnitentia aliquibus diebus in ebdomada infirmus an teneatur seruare.*

29 *Ieiunare quis tenetur secundum consuetudinem loci etiam si cum lacticiorum esu ibi seruetur ieiunium.*

30 *Votum de eundo genibus flexis Beneuento ad heremum Sanctæ Mariæ, &c. qualiter intelligitur.*

31 *Vouens non vesci, vel ieiunare lacticinij diebus mercurij, &c. in quem diem venerit dies Santissimi Natalis an teneatur seruare, & nu. 32*

33 *Vouens quolibet die recitare Officium B. M. vel Rosarium, & ommittens ex neglig. an pecc. mor.*

34 *Mulier si vouens nō filare in die Sabbatho an valeat votū.*

35 *Vouens audire missā die festo non adimplens an peccet dupliciter.*

36 *Vouens decies in die genuflectere ſub pœna p. m. ommittens ex negl. an pecc. mor.*

37 *Vouens ingredi religionem non cogitans de hac, vel illa, qualiter obligetur.*

38 *Votum de non comedendo carnem in die Sanctæ Luciæ, &c. qualiter intellig.*

39 *Si nimis præcipitanter ſolitus vouere voueat non vouere, niſi inſeptis an valeat votũ.*

40 *Si quis vouit emere planetam Eccl. vel, &c. an poſſit commutare in aliud opus ſine ſuperioris authorit.*

41 *Subditus, vel vxor non poteſt vouere in præiudicium domini, vel viri, & è contra.*

42 *Dominus non poteſt annullare votum factum à ſeruo antequã ſit ſub eius poteſtate.*

43 *Vouens an poſſit propria authoritate votum commutare.*

44 *Votũ ex qb. cauſis nõ teneat.*

Circa promiſſiones, quæ fiunt ſine iuramento, an obligent ad p. m. & ad intereſſe.

1 DIc, ut infra, quod † in promiſsione requiruntur hæ condit. ut promittens habeat animum ſe obligandi, quæ ſit deliberata, & voluntaria promiſſio, ſit de rebus licitis, & honeſtis, & poſſibilibus, ſit res notabilis, & vt promittentis non ſit mutatus ſtatus, Cla. Reg. l. c. nu. 16.

2 Caietanus dicit † his conditionibus promittentem obligari ſolummodo ad p.v. non adimplendo 2.2.q.88.art.5. & in ſum. v. perfidia, communis aliorum ſententia eſt, obligare ad p.m concurrentibus debitis circumſtantijs, vt ſupra.

Nunc nota infraſcriptos caſus, qui poſſunt occurrere circa promiſſionem ſimplicem,

3 quod † qui promittit alicui mutuare centũ, ſi non adimplet peccat m. tum ratione graui dãni illati proximo, tũ ratione promiſſi, & hoc intellige, ſi promiſsio erat adimplenda in aliquo loco, vbi ille, cui facta eſt, erat vſurus in mercatura, vel alio negotio. Sed excuſatur promittens ab hoc peccato, ſi, vel quia deceptus à ſuo debitore, qui in eo loco promiſerat ſoluere, vel alia iuxta cauſa, nõ potuit adimplere, Cl. Reg. l. cit. n. 17

4 Qui † promittit alicui aliquã quantitatem abſq; animo, ſe obligandi, non tenetur ob-

ſerua-

Digitized by Google

seruare, sed peccat saltem v. quia decipit proximũ tali modo, imò m. peccaret, si ex hac fictione graue damnum, cui facta est, vel alteri proueniret.

5 Similiter † non obligat promissio extorta per vim, aut metũ, aut per dolũ, quia non

6 voluntaria; & nota, quod † eadẽ quantitas requiritur in promissione ad constituendum p.m. si nõ adimpliatur, quæ sufficit in furto, sed posset esse in promissione parua quantitas, & graue damnum quod inde sequeretur proximo, & sic cõstitueret mortale, sed non interueniente dãno vllo, & promissio est infra summam, pecc. m. non adimplens, non peccat nisi u.

7 Qui † infra semetipsum absq; vlla expressione uerborum, promittit dare alicui centũ, ad nihil tenetur etiam est cõmunis opinio, licet dicat qd obligatur ad exprimendũ, & manifestandũ tale conceptum sic promittens, Cla. Reg. l. cit. nu. 22. & si quis ita diceret in loco solo, exceptis arbitris ego promitto dare centum Titio, & Titius nihil scit, & est absens, dic quod huiusmodi promissio non obligat, † quia ad hoc, ut obliget, est necesse, ut fiat coram eo, cui fit promissio, non absente põt reuocare; antequam ab illo acceptatur, itaq; nulla oritur obligatio, in hoc casu Clu. Reg. l. cit. nu. 23.

9 Ita, † qui promittit dare centum, Titio, quia amicus si postea fit inimicus, & ille ostẽdit signa inimicitiæ, & ingratitudinis, ad nihil tenetur; qa res

10 nõ est integra, Cla. Reg. l. c. † neq; tenetur adimplere qui simpliciter; per quãdam humanitatẽ naturalem aut cæremonias promittit, & ratio est, qa huiusmodi promissiones fiunt, vt plurimum absq;

11 animo adimplẽdi, ita † ad hil tenetur, qui promisit rogare Deum pro aliquo, vel salutare amicum, ita requisitus quia hæc non est promissio, sed affirmatio, de futuro potius ex beneuolentia quam ex obligatione; quæ oritur ex deliberatione animi. Deniq; promissio etiam facta cum conditionibus requisitus, nõ

12 obligat † quando promittens est legitimè impeditus, vel res non est integra.

Se-

Sequuntur caſus de voto, licet alibi de eo diffuſius tractatur.

Nota quod reſpectu perſonæ

13 vouentis † tria ad votum ex neceſſitate requiruntur deliberatio rationis pro poſitum voluntatis, & promiſſio facta Deo, quæ votum conſtituit

14 vnde colligitur † differre à promiſſione, vel à pollicitatione nam hoc fiunt hominibus votū vero fit Deo hinc dicas quod non vouit, qui promittit alicui homini ſe amplius non luſurum, vel nō blaſphematurum Nauar. cap. 12. nu. 25. & lib. 3. conſ. 111. & prius eo Diuus Thom. ſecunda ſecundę 9. 88. art. 5. Idem Sotus in 4. diſtin. 38. q. 2. art. 1.

Et hæc tria requiſita poſſunt in incontinenti concurrere in voto abſque longa deliberatione Silueſter verbo iuramentum 4. nu. 9.

Nota etiam quod ad uotum ipſum faciendum ubi concurrunt ſupradicta non requiruntur neceſſaria ad uoti ſoliditatem, ſed ubi interſunt habent maiorem uim obligandi uouentem ſicuti quando interueniunt teſtes qui audiunt, ita Antonius de Butrio extra de uoto cap. 3.

15 Hinc ſequitur † quod non abſtringitur uoto qui aliqua paſsione motus uouit, ut habetur in c. extra eodē tit. de Regul. ita in c. veniens de voto, & in c. vobis de Regularibus, & hoc intelligе quando vouens per paſsionem uſum rationis minime habet cętera de uoto habes loco ſuo cum de uoto agitur.

16 Siquis † uouet non fide iubere, quia ex fideiuſsionibus factis decoctus eſt, ne in peius ruat, uotum ualet ob circūſtantiam ad euitandum futurum damnum ſibi, & familiæ Cla. Reg. l cit. nu. 26. Alij dicunt, quòd non ualet hoc uotum, quia eſt de non faciendo bono, prima opinio eſt ſecurior.

17 Si quis fur, † dum furatur, timens curiam circūdantem ipſum, uouet religionem, ualet uotum Cla. Reg. l cit.

18 Si quis, † quia ſibi natus eſt filius ex adulterio, uel ſucceſſit ei ex ſentētia aliquod malum pro gratiarum actione uouet dare centum pro elemoſina, uotum non ualet,

quia

videtur constituere Deũ authorem mali, imò uouendo
19 pec. m. Cla. Reg. l. cit. † Sed si uouet dare centum, si eius concubina pariet masculum, ualet uotum, & non pecc. m. sic uouendo, & ratio est, quia licet malum sit habere concubinam, tamen suscipere masculum, bonum est, Cla. Reg. l. cit. nu. 3.
20 Si quis vouet † dare petenti ab eo quidquid petierit, votum indiscretum est, & vt valeat, debet interpetrari de re licita, & possibili.
21 Si quis † vouet non mutuare, nisi sibi mutuatum restituatur, valet votum, licet votum de non mutuando non valeat, & ratio est, quare valeat, quia velle recuperare mutuatum, prudentia est.
22 Si quis † vouet, & deinde pœnitet se, p. m. si pœnitet vouisse animo non adimplendi, si votum fuit de re graui, sed si de re leui, p. v. cum verò pœnitet vouisse, tamen habet animum adimplendi, non p. dũmodo fuerit de re, ad quam non tenebatur peccaret v. si ex hac pœnitentia esset periculum non adimplendi.
23 Si quis † uxoratus uouit per aliquod tempus uestire monacalem habitũ, nisi uxor consentiat, uotum potest irritari ab ea, & è contra potest uir irritare tale uotum uxoris.
24 Si aliquis † pater irritat uotum filij, ad religionem, aliqui dicunt peccare u. Gregor. de Valent. 3. to. disput. 6. num. 6. alij dicunt non peccare, & cum pater irritat uotum filij ad religionem, si postea idem notificaret, uotum non reuiuiscereț, nisi filius de nouo uoueret.
25 Si aliquis † uouet ob uanã gloriam erigere hospitale, uel dotare pauperum filias decem, & id possit, & uoluntariè uouet, uotum non ualet, ratione finis, & p. saltem u. & si aliqua mulier uouet aliquod adimplẽdum, post mortem mariti, aliqui
26 dicunt, † quod maritus non possit irritare tale uotum, quia nil sibi prejudicat Azor. l. cit. §. 12. Sotus dicit, quod potest maritus irritare tale uotum.
27 Si quis uouit ieiunare in die

San

Sanctæ Luciæ, & hic dies occurit in die Dominico Azor. l. 11. c. 20. diſtinguit, quod aut hic ieiunans habuit animũ præciſum ieiunandi etiam occurrente die feſto Sanctæ Luciæ in diem Dominicum, & tunc tenet obligari, aut nil cogitauit, tunc poteſt ieiunare die præcedenti in Sabbato iuxta vſum S.M.E. alij dicunt omnino teneri ad adimplendum, etiam quod occurrerit feſtum in die Dominico. Et
28 hic adde, quod † ſi quis vouit ieiunare durante eius vita duos, aut tres dies qualibet hebdomada, aut etiam, ſi id fuerit ei impoſitum à confeſſore, & interim fiat infirmus? Dic, quod durante infirmitate, cum non poſſit adimplere ſine periculo, non tenetur, Cla. Reg. l. cit. c. 7. num. 2. Et ſi poſt votum ſic factum ex alia cauſa, vouit non comedere carnes, neq; oua, aut
29 lacticinia tenetur † ieiunare iuxta morem regionis; Itaq; ſi ibi ieiuniũ obſeruatur, cum eſu lacticiniorum, poteſt illis vti, ſed hoc eſt verũ, excepta Quadrageſima Azor. lib. 7. cap. 10. & l. 11. cap. 20.

30 Si quis vouit † ire genibus flexis Beneuento ad deuotiſſimum heremum Sanctæ Mariæ Incoronatæ. Votum hoc non obligat, ſed vouens tenetur ire pedeſtris, & ratio eſt, quia votum eſt indiſcretum, & quaſi impoſſibile, & Deus à nobis rationabile obſequium requirit, idem dic de ſimilibus votis, Nau. cap. 12. num. 43.

31 Si quis † vouit non veſci lacticinijs in diebus mercurij Veneris, & Sabbati, ſi in aliquem horum dierum venerit dies Sanctiſſimi Natalis, dic, quod, ſi eius intentio fuit etiam non comedere carnes in talibus diebus, non ſolum lacticinia, votum tenet, nec poteſt comedere carnes, ſed ſi eius votũ non fuit niſi circa lacticinia, poteſt comedere carnes, imò ſi nil cogitauit, adhuc poteſt comedere, quia eius intentionis interpetratio debet fieri circa expreſſa, Azor. l. 3. c. 10.

32 Si quis † vouit ieiunare quolibet die Veneris, & in tali die venerit ſanctiſsimus dies Natalis, dic, quod aut hic ieiunans habuit animũ expreſsè

Digitized by Google

ieiunandi, etiam quod dies Natalis uenerit in Dominica, tunc non potest comedere carnes, sed si nil tale cogitauit, & in confuso uouit, potest comedere carnes, quia eius uotũ debet interpretari secundum benigniorem sensum, Azo. l. 11. c. 20. Cl. Reg. l. 6. c. 8. Et qui uouit ieiunare integrũ mensem, non tenetur ieiunare in die Dominico, qa usus Ecclesiæ aliter se habet.

33 Si quis † uouet quolibet die sub pœna p. u. recitare officium B. M. V. si ex negligentia omittit, pec. mor. quia non adimplet votum de re graui, neque ipse poterat sibi præscribere pœnam minorem, Sot. de Iust. & iur. l. 7. q. 2. art. 1. Et qui vouet quolibet die recitare Rosarium B. V. p. v. omittens ex negligentia, Clau. Reg. l. cit. nu. 5. Caietanus tamen dicit, peccare m. quia omittit totam materiam voti, 2. 2. q. 89. art. 7.

34 Si aliqua † mulier vouit nõ filare in die Sabbato, si hæc vouens habuit animum abstinendi etiam ab alijs operibus seruilibus, vt attentius deotioni Beat. Virginis vacaret, votum valet, secus, si tantum vouisset non filare, sed vecaret alijs operibus, Azor. l. 11. c. 14. §. 5. Clau. Reg. l. cit.

35 Si quis † vouit audire missam quolibet festo de præcepto, & sua culpa non adimplet, duo peccata committit contra præceptum, alterum, & alterum contra votum, Clau. Reg. l. cit. nu. 16. & 19. Tabien. tenet, sine sequacibus, vnum tantum pecc. committit v. votum primo §. 2. tandem;

36 Et qui † voueret quolibet die genuflectere decies sub pœna pecc. mort. omittens ex negligentia, non pecc. mort. cũ (vt dictum est,) non possit vouens præscribere sibi in pœnam, peccatum mortale, vel veniale, sed hoc discernetur ratione materiæ voti, scilicet si de graui re, vel leui fuerit, posset tamen peccare mortaliter ratione conscientiæ erroneæ, Sotus de Iustit. & Iur. lib. 7. quæst. 2. art. 1. licet aliqui tenent contrarium, contra communiter.

Digitized by Google

37 Si quis † vouet † ingredi religionem, nil cogitans de hac vel illa religione, nec determinans tempus, debet quamprimũ, cõmodè poterit adire aliquas religiones, vt quinq, aut ſex, in quibus vigeat regularis obſeruantia, & petere recipi, & ſi minus recipiatur, liber remanet ab obligatione voti, cum quod in ſe fuit, fecerit.

38 Si quis † vouit non comedere carnes in feſto Sanctæ Luciæ, valet votum, ſi in cæteris cibis ſe gerat ſobriè, ſed ſi tantũmodo carne abſtinet, & ceteris cibis ſaturatur, tale votum nullius ponderis eſt; Idem dic de eo, qui vouit nõ comedere panem, aut bibere vinum, ſi alijs cibis impleatur, & ratio eſt, quia finis talis voti non eſt carnis maceratio, quam videtur voluiſſe qui vouit.

39 Si quis, † quia nimis præcipitanter vouere ſolitus eſt, vouet nunquam vouere, niſi in ſcripto, tale votum valet, quia appoſita conditio facit eum prudentem, licet videatur contra conſilia Chriſti, Clau. Reg. l. cit. nu. 20.

40 Si quis † vouit emere planetam Eccleſiæ, vel aliquod opus pium, non poteſt ſine Superioris authoritate in aliud opus etiam pium commutare.

41 Nota hic, † q ſubditi, quicũq; non poſſunt facere vota, præiudicialia Dominis, neq; viri præiudicialia vxoribus, &

42 è contra, ſed Dominus † non poteſt annullare vota facta, antequã ſeruus ſub eius poteſtate veniret. Azor. c. 17. Sed vota non præiudicialia ſunt valida.

43 Qui † vouet aliquod alicui pio loco, & pro eo dat æquiuolens ſatisfacit. Qui vouit recitare officium Beatæ Virginis quolibet die Dominico non poteſt ſine authoritate Superioris in aliud piũ opus æquiualens commutare; Sed qui vouit ieiunare in die Sabbati poteſt propria authoritate in aliud opus magis pium, & Deo acceptu commutare.

44 Nota † generalem regulam quod votum aliquando non tenet, vel ſi deſit vna ex ſuprad. requiſitis cõditionibus, vel ex parte ipſius materiæ

Digitized by Google

voti scilicet si fiat de re aduersa Deo, vel si de re vana hinc indifferentia excluduntur à materia voti, vel si fiat de impossibilibus Sotus de Iustit.& Iure lib.7.q.1.art.3. Sed etiam quando votum est de facto quo salus spiritualis, vel corporalis minuitur, vel peccatum incurrerentur non tenet sicut non tenet vllum pactum,aut iuramentum,aut consuetudo,aut lex, aut præceptum, aut quoduis vinculum fraternitatis fouens peccatum, 2.2.q.4. Sed materia voti est quod maius Bonum est, vt alibi dicemus.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Quid intelligitur per sabbata.*
2 *Qui in die festo non auscultat missam iuste impeditus an teneatur altero die implere.*
3 *Qui procurat examinari testes in die festo cum alias non possunt haberi an peccat.*
4 *Sententiam vltimi supplicij promulgare in die festo an liceat, & an iurare nu. 5.*
6 *Seruus seu subditus laborans in die festo de ordine Domini an pecc.*
7 *Peregrinantes an teneantur seruare festa particularia loci itineris.*
8 *Docentes scientias in die festo an possint docere.*
9 *Pictura an, & quando sit opus seruile.*
10 *Hostias pro missis celebrandis an liceat in die festo facere, an verrere Ecclesiam, & an fabricari eam pauperem.*
11 *Pauper in die festo laborando an pecc.*
12 *Fornaces ad coquendã calcem, aut vitrum continuare in die festo an liceat.*
13 *Frumenta in area cooperire, vel triturare, vel pannos lauare in die festo ob periculum instans an liceat.*
14 *Molendinorum vsus in die festo an licetus sit.*
15 *Muliert an liceat die festo laborare ad fugiendum vanas occupationes, vel resarcire.*
16 *Fidelis à quo tempore ætatis teneatur audire missam in die festo quot, & quale.*
17 *Credens ex simplicitate in die festo sibi licere laborare, aut missam nõ audire an pec.*
18 *Tempus notabile, quoad sit ad contrafaciẽdum huic præcepto.*

Digitized by Google

19 *Inuitus audiens miſſam in die feſto an ſatisfaciat p̃cepto.*
20 *Miſſa qualiter eſt audienda.*
21 *Iurans non diſceſurum à domo, ſed illũ loco carceris habere an teneatur audire miſſã.*
22 *Peregrinus non audiens miſſam in die feſto timens ne relinquatur à comitib. an pecc.*
23 *Negotia grauia Curaturus in die feſto, quæ non poſſunt differit ſi relinquunt miſſam an peccet.*
24 *Serui alijq; ſubditi impediti à Domino in die feſto audire miſſam an excuſentur.*
25 *Miſſam qui tenetur audire in die feſto ſi eadem hora vult confiteri an poſſet miſſam ommittere.*
26 *Nauem aſcenſurus timens, ne nauis diſcedat excuſatur, ab auditione miſſæ in die feſto.*
27 *Miſſam à concubinario publico, an liceat audire.*
28 *Miſſam ob concionem omittere, an liceat.*
29 *Miſſam ab excomunicato Sacerdote, an licet audire.*
30 *Venatum ire in die feſto, an liceat.*
31 *Coquere panem in die feſto, an liceat.*

Quid intelligitur per Sabbata?

1 DIc, † q̃ intelligitur dies Dominicus, & oĩa alia feſta præcepto Eccleſiæ obſeruanda etiam de conſuetudine, & dies Sabbati, qui obſeruabatur apud Hæbreos, tranſit in diem Dominicum, & tãquam præceptum quoad diem, cerimoniale, ob cauſas iuſtiſſimas fuit mutatus in diẽ Dominicum, Suar. tom. 1. de Relig. l. 2. c. 1. de obſer. Sabb. nu. 11. ac c. 4. & 6. nu. 11. Et ſicut apud Hæbroes per Sabbatũ intelligebãtur omnia feſta eorũ, vnde habetur apud Ieremiam, Hoſtes eius deriſerunt Sabbata eius, ſic apud chriſtianos intelliguntur oĩa feſta Eccleſiæ, & duo præcipiuntur in hoc præcepto, ſcilicet abſtinere à ſeruilibus, & alijs operibus prohibitis ab Eccleſ. & auſcultare miſſam. Nunc nota caſus particulares, q̃
2 q † in die feſto non auſcultat miſsã, aliquo iuſto impedimẽto excuſatus, nõ tenetur adiplere altero die, neque aliud opus piũ loco miſſæ Suar. to. 1. de relig. l. 2. c. 16. Et cũ dubitat de iuſta cã, qua ſe poſſet excuſare nõ audire miſsã, aut laborare, adeat Epũm q̃ decla

ret

ret licere, seu dispẽset, Sua. l. c.

3 Qui procurat † examinari testes in die festo, cum inferiabilibus diebus haberi non possunt, non peccat contra hoc præceptum, tũ excusante eum necessitate, tũ causa dãni euitandi, Suar. c. 30. nu. 8. similiter excusãtur iudices casaliũ, (vt vocant) & aliorum locorum rusticorum si in diebus festiuis ius dicunt ad euitandum damnum pauperum incolarum. c. 1. de feriis. Non

4 tamen licet † in die festo dicere, aut promulgare sententiam vitimi supplicij, nisi delicti vrgeret necessitas, Caiet. in sum. V. violatio festorum,

5 §. necessitas; Nec licet † in die festo iurare, nisi causa pacis componendæ, aut alia necessitas suaderet, Caiet. l. cit.

6 Qui † de ordine sui Domini, cum sit seruus, laborat in die festo, nõ peccat, idẽ de serua, & alijs subditis; peccãt tamen præcipientes nisi ex iusta causa mouerentur, & intellige, quando ob auaritiam præcipiunt laborare, quia si in cõtemptum præcepti præciperent, non tenerentur obedire, etiam cum periculo vitæ.

7 Peregrinantes † tenentur obseruare festa loci, in quo per diem vllum cõmurantur, sed si per transitum sint, non tenentur obseruare, præsupposito, quod sit festum particulare illius loci, & non de præcepto Ecclesiæ, quia si esset de pcepto Eccl. teneretur obseruare ẽt in trãseũdo, Nau. c. 13. n. 5. & c. 23. n. 126

8 In die festo † non prohibentur docentes scientias, si doceant etiam ob lucrum, & est communis opinio, Suar. l. cit. c. 19. nu. 6. & c. 22.

9 nu. 20. Sed de † pictura cõmunis opinio est, quod est opus seruile, secus de retrahendo à picturis, & ratio est, quia est labor intellectus, aliqui dicunt etiam licere pingere, Med. in inst. l. 1. c. 14. §. 8. Imò aliqui dicunt,

10 nec † licere in die festo facere hostias pro missis celebrandis, nec verrere Ecclesiã, aut ornare, nisi excusaret iusta cã, Suar. de Relig l. 2. c. 21. nu. 8. & sequẽt. imò nec licet in die festo fabricare Eccl. cuius exigui sunt reditus, nec conducere illuc necessaria ad fabricam, nisi de licentia Episcopi,

Digitized by Google

& vrgente necessitate; Sed
11 non peccat † pauper qui, ut familiã nutriat, laborat Suar. cap. 32.
12 In die festo licet continuare fornaces ad coquendam calcem, aut vitrum, & simil. Caiet. 2. e. q. 122. art. 4. & in summ. l. cit. V. uiol. festi
13 §. 3. ita etiam † in die festo licet cooperire frumentum in area, ne pluat in ipsum, aut triturare ad fugiendum periculum mutationis temporis Suar. c. 32. nu. 3. sic etiam licet lauare pannos, ob periculum instans, ne corrũpantur à cinere, Suar. l. cit.
14 nu. 1. Sic etiam † licitus est vsus molendinorum, (ut uocant ad ventũ.) & ad aquam, ubi est talis consuetudo, & non fuerit prohibitum à superiore, secus in molendinis, quorum rotæ animale agitantur, quia in his maior hominis diligentia adhibetur, & in hoc etiã excusaret grauis ne
15 cessitas, Clau. Reg. l. cit. Ita † etiam licet mulieri ad fugiendas uanas occupationes, post pias deuotiones, aliquantulum in muliebri exercitio laborare, ita uidetur sentire Suar. c. 26. nu. 5. c. 28. nu. 5. cui mulieri etiam licebit in die festo resarcire pannos, concurrẽte necessitate, Suar. c. 17. nu. 10. quod tamen per modicum tempus est intelligendum.
16 In die festo † tenetur quicunq; fidelis post annos discretionis audire missam, & sufficit audire unam, etiam in die Sanctissimi Natalis, nec obligat ad audiendã missam cantatam, sed lectã, ut dicunt, quocunque ritu celebretur, siuè Græco, siuè Latino, siuè etiam Ambrosyano.
17 Et si quis † credens ex simplicitate sibi ob iustã causam licere aliquo die festo laborare, aut non audire missam, non peccat, non audiendo, uel laborando, quia excusatur simplicitate, posset tamen peccare u. si non adhiberet sufficientem diligentiam ad
18 discernendum causam. Et †, nota, quod circa tempus, ad contrafaciendum huic præcepto, ut uideatur notabile, aliqui dicunt, tempus notabile esse quatuor horarum, aliqui dicunt trium, aliqui duarum, sed dic unam ho-

ram

ram non esse tempus notabile, Suar. l. cit. nu. 2.

19 Si quis † inuitus audit missam non satisfacit præcepto de audiendo in die festo missam, verum, si inter audiendum, dum maior pars missæ dicenda est, mutat sententiã, satisfacit, dũmodo alia pars, in qua nõ satisfecit, nõ sit notabilis, & missa † audiẽda est attentè, quod consistit, vt alibi etiam dixi, astare corpore, & mente, & voluntariè, & hoc intellige moraliter, nã si aliquando loquitur, & deinde vacat missa, satisfacit, nec opus est, vt videat celebrantem, vel quæ ab eo fiunt, nec audire verba celebrantis; & attentio, vel debet esse circa ea, quæ agit, & dicit Sacerdos, vel ad significata eorum, uel ex his eleuare mentẽ ad Deum, prima attentio sufficit, nam secunda, & tertia licet optimæ sint, non requiruntur de necessitate, Azor. l. cit. cap. 5. Et si quis totum se occuparet in meditatione alicuius mysterij missæ, ita, ut nihil circa reliqua attẽderet; adhuc satisfaceret, Azo. l. cit. Sed qui non attendit, non satisfacit, intelligo circa partem notabilem missæ; Qui uerò aduerteret, se esse distractũ, sed non aduertit, hæc distractione impediri quo minus missæ uacet, adhuc satisfacit, quia uirtualiter uacat, Suar. l. cit.

Si quis, dum missam audiuit, dubitat non audiuisse attentè, & ideo, ut satisfacit, proponit alteram audire, deinde bene recogitans, sentit se attentè audiuisse primam, non tenetur audire secundã, Henriq. l. 9. c. 25. nu. 6.

21 Si quis † iurauit se non discessurum à domo sua, sed illã loco carceris habere, non tenetur audire missam; imò peccaret m. si rumperet iuramentum, Suar. l. cit.

22 Si quis † peregrinus non audit missã in die festo, quia timet à suis comitibus relinqui, & propterea aliquod malum sibi euenturum in uia, non peccat, secus si nil tale timet.

23 Si quis † in die festo curaturus est negotia grauia, quæ differri nõ possũt in sequẽtẽ diẽ nõ festũ, excusatur, secus si differre posset, Azo. c. 7.

Digitized by Google

24 Serui, † & quicunque subditi impediuntur audire missam in die festo, excusantur à peccato, sed peccāt eorum Domini, nisi vrgente necessitate aliqua impedirent, nec debent huiusmodi subditi discedere à Dominis; dummodo aliquādo permittatur eis audire missam. Sed si semper prohiberentur audire, tenentur discedere ab eis, & transire ad alios, & si non possunt discedere, excusantur.

25 Si quis † tenetur audire missam in die festo, & eadem hora vult confiteri, communis sententia est, quod si cōfessio est de præcepto, & potest differri in aliud comodum tempus, tenetur audire missam, & differre confessionem, & ita vtrique præcepto satisfacere, sed si confessio differri non potest, tunc confiteatur, & excusatur ab auditione missæ, si non adsit alius Sacerdos celebraturus, sed si confessio erit ex deuotione, tunc ea omissa, audiat missam, quę de præcepto est, Azor. l. cit. Angelus tenet contrarium, sed melior est prior sententia, quam etiam probat, Suar. l. cit.

Inter cæteros, qui excusantur ab auditione missæ, numera

26 etiam eos, qui † impediuntur audire, quia discedit nauis à portu, sic remaneret solus, & idem dic de alijs simil.

Circa missam Sacerdotis concubinarij publici adde, dictis,

27 vt supra, quod licet † audire ipsius missam quousque ab Ecclesia non fuerit denuntiatus, iuxta cōstitutionem Concil. Constanti. quamuis aliter apud Sacros Canones antiquos habeatur, vide Nauar. c. 25. num. 77. & seqq. hic sciatur etiam non lice-

28 re † ob concionem, non audire missam, quia hoc de præcepto illud de consilio, & est communis opinio licet Angelus sentiat contrarium V.

26 feriæ nu. 45. nec † licet audire missā ab excōmunicato Sacerdote, & tunc excusatur quicunque, communis opinio ab auditione missæ, nisi adsit alius Sacerdos, & qui in die festo audet missam, & abstinet ab operibus seruilibus, sed vacat rebus vanis,

pec-

peccat saltem venialiter, quia facit contra finem præcepto sãctificationis diei festi, Caie. V. violat. fest. in profestis, vt vocant, est etiam præceptum audiendis missam, & abstinẽdi à seruilibus, vsque ad illam horam, idest, vsque ad horam pra..dij.

3 In die festo, licet ire † venatum, dummodo audiatur missa, & est communis opinio, licet Siluester dicat esse peccatum mortale, si fiat ob lucrum, secus, si causa honestæ recreationis, in v. Dominica, qu. 5. est tenendum cum communi; licet in die festo exemplare etiam ob lucrum, & est communis opinio, Nau. c. 13. num. 14. Suar. l. cit. c. 25. num. 2 quidquid dicat Sot. l. 2. q. 4 art. 4. de Iust. & iur. licet co-
31 quere † panes, cum adest necessitas, vel quia occurrunt plura festa, & panis deest in platea, vel quia non poterunt occidi animalia, & præparari carnes in die præcedenti, ob periculũ putrescendi, & hoc in æstate, vel quia occurrunt plura festa, Caiet. in summ. V. violatio festorum.

Super 4. Præcepto. Habeas in honore Parentes.

QVAESITVM. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quot personæ comprehendantur per verbum parentes.*
2 *Filij ad quid tenentur erga parentes ex hoc præcepto, & num. 9.*
3 *Senes sunt honorandi.*
4 *Filius percutiẽs parentes qualiter peccat, & puniatur.*
5 *Filius accusans patrem in iudicio criminaliter an peccat.*
6 *Filius licet Episcopus, seu Papa patrem honorare debet, & in quibus actibus.*
7 *Episcopalis dignitas an liberat filium patria potestate.*
8 *Pater an possit obligare filium ad pecc. mor.*
10 *Filius in extrema necessitate cui magis debeat subuenire patri an filio suo.*
11 *Filij emancipati ad quid teneantur, erga patrem ex hoc præcepto.*
12 *Filij in contrahendis matrimonijs an teneantur obedire parentibus.*

Digitized by Google

13 *Filij volentes Religionem ingredi an excuſẽtur ab obedientia parentum præcipientium, vt vxores accipiant.*

14 *Filij dedignantes hãbere parentes viles an peccent.*

15 *Maledicta proferens in parentes an pecc. mor.*

16 *Parentes arte, vel ſtudio deducentes filios, ne fiant Religioſi an pecc.*

17 *Parentes exhortantes filias ad ingreſſum Monaſterij an ſint excommunicati.*

18 *Parentes impedientes filios ne ingrediãtur Religionem an incurrant in excommunicationem.*

19 *Parentes ad quid tenentur, erga filios, ex hoc præcepto.*

Quod perſonæ comprehendantur per hoc verbum parẽtes, & quid intelligatur per honorem eis exhibendum?

1 Dic, quod † cõprehendũtur, pater, & mater naturalis, auus, pauus, auuia, & pauuia, vt ett teſt. in l. appellatione, ff. de verb. ſignific. Secũdo Superiores ſpirituales, vt Epiſcopi, confeſſores, & quicunque alijs quouis nomine appellentur, Tertio Superiores tẽporales, Quarto curatores, magiſtri, doctores, tutores, & ſimiles, qui noſtri cauſa ſolliciti ſunt. Imò etiam concionatores, & nota, ꝙ ſacra Congregatio cenſuit, quod poteſt cogi communitas ad ſoluendum mercedem concionatori, in vna Palent.

2 Filij † per hoc præceptum tenentur parentes amare, obedire illis, & eos venerari, & amor exterius debet ab interno procedere, & eis ſubuenire; cum eorum auxilio, ſiuè quoad temporalia, ſiue quoad ſpiritualia indigeant. Comprehenduntur etiam, & ſenes, hoc præcepto, vnde habetur, Leuit. cap. 19. coram

3 capito cano aſſurge, † & honora perſonam eius.

4 hic nota, † quod ſi filius percutit parẽtes carnales nõ ſolum peccat mortaliter, ſed poteſt priuari donationibus, Gloſ. in cap. fin. de reuocat. donat. vbi dicitur quod iniuria atrox ſolet in tribus ponderari ex qualitate ipſius iniuriæ, ex loco, & ex perſona, S. atrox Inſtit. de iniur. & intelligo de iniurijs citrà ver-

bera.

Digitized by Google

bera. Quantomagis quando inferūtur in illos manus violentæ,& attentare illis vitam auferre, in quo punitur affectus, & non secuto effectu, Silu. Ver. Donat. quæst. 13. Itaq; potest priuari filius Donat. & non secuto effectu contra patrem proprium,seu alios qui donarunt uid. Couarru. in cap. Raynutius de testamentis num. 13.

5 Et hoc sequitur etiã si filius † patrem suum in publico iudicio accusauerit peccat mortaliter etiam si verum illi crimen obijciat, vt dicitur in nouella Iustiniani in auth. vt cum de appellat. quod habet locum si pater esset puniendus mortis pœna ex tali accusatione, vel exilij, vel infamiæ, aut mutilatione venerat puniendus milita in crimine læsæ Maiestatis, vt 1. c. diuinę, vel humanæ,vide de Closs. c. 5. lib. 2. nu. 7.

6 Imò nec † excluditur filius ab hoc onere honorandi patrem etiam si Episcopus, imò si Papa sit, hoc facere debeatur sub eum se proponere, secundum Bald. in leg. Prætor ait ff. de in ius vocan. ꝙ dicendum est esse verum non publicis attionibus pontificijs, sed ijsque intus fiunt secretè, idem Baldus in leg. senium ff. qui testamentum facere possit.

7 Hic nota ꝙ † dignitas Episcopalis liberat filium à patria potestate auth. sed dignitas, & ibi scribentes cap. de Episcop.& elect. intellige quoad fauoribilia, non quoad odia, vt per Bart. in l. 2. & fine, & l. patris, ff. de in ius vocan. hinc stante statuto, vel consuetudine, quod Curia succederet patri descendenti absque filijs, sub cuius potestate constitutus tali casu filius, & non Curia deberet succedere licet esset Episcopus, & liber à patria potestate, vt dictum est, quia sumus in fauoribilibus ipsius filij,

8 D. Bonauentura dicit † patrē possit obligare ad peccat. m. filium præcipiens ei rem maximæ importantiæ, & maximi momenti in 3. dist. 37. in expositiõ. literali.

9 Nota, quod filius † tenetur ostendere parentibus signa amoris, illis seruire in infirmitatibus, & subuenire in

Digitized by Google

quantum poſſunt, procurare eis confeſſorem, alias p. m.

10 & † ſi parentes fuerint in neceſſitate extrema, & in eadem habeant filij filios ſuos, debent ſubuenire parentibus potius, quam filijs, Cla. Reg. numer. 16. cap. 1. Azor. loc. cit. §. 16. licet alij aliter ſentiant ad hoc dubium, vt alibi in hoc opere dictum eſt.

Sed ſi neceſſitas patris non fuerit extrema, ſed grauis, tunc potius debet ſubuenire filijs, quam parentibus.

11 De filijs † emancipatis, dic, quod tenentur obedire parentibus quoad adminiſtrationem rerum domeſticarum familiarium, & quoad inſtitutionem bonorum morum, & in ijs, quæ pertinent ad regendam vitam abſque vitijs, alias peccant peccato inobedientiæ.

12 Tenentur † etiam eis obedire, etiam in contrahendis matrimonijs, quando lex, aut vſus regionis, ita diſponeret, alias peccant, ſecus quando nec lex, nec patriæ conſuetudo diſponeret, licet aliter contractum matrimonium ſit validum, ſed ſi ex matrimonio inæquali, & (vt dicunt) ad Muganaticam, vel alias indecenti, & ex inde ſequeretur familiæ infamia, tunc eſſet peccatum mortale, excuſantur filij, quando parentes ob eorum fæueritatem nullo modo volunt concedere licentiam, vt ducant vxorem.

Aliqui dicunt, quod peccant etiam filij non obedientes parentibus in ducendo hanc, & non illam data paritate conditionis.

13 Hic nota, quod † quando parentes præciperent, vt accipiant vxores, & illi vellent fieri Religioſi, excuſantur ab obedientia parentum in hoc caſu, ſicut etiam excuſarentur ab eorum obedientia in omnibus præceptis licitis, quod etiam de ſeruis, & puellulis, reſpectu dominorum, & dominarum intelligi debet, etiam ſi præciperetur eis, vt leue mendacium

dicé.

Digitized by Google

dicerent, non debent obedire, nota etiam, quod pec-
14 cant mort. filij † dedignantes habere tales parentes viles, & quia pauperes sunt, secus si id ratione euitandi alicuius mali. Tolet. lib. 5. cap. 1. in summa.

Sic etiam peccant mortaliter,
15 qui † malo animo maledicta in parentes proferunt, sicut etiam peccant mort. parentes, qui non curant, vt eorum familia præcepta Dei, & Ecclesiæ obseruent, hoc intellige si non fecerunt quan-
16 tum in eis fuit, † peccant etiam mortaliter parentes, si arte, vel studio deducunt filios ab ingressu Religionis, secus, si aliqua iusta causa facit, vt quia eum videt non esse aptum, & simil. Clau. Reg. capit. 7. num. 3.

17 Nota hic † de parentibus exhortantibus filias ad ingrediendum Monasterium, an incurrant in excommunicationem S. Conc. Tridentini, Nauar. c. 14. num. 17. respondet negatiuè alij dicunt affirmatiuè ratio Nauar. est, quia, parentes in hoc videntur procurare bonum filiarum, secus si ob eorum interesse, quia incurrunt, & maxime si cogunt, sicut etiam incurrunt quicunque alij consulentes illis mulieribus, & coadiuuantes parentes in hoc, vt ingrediantur;
18 Incurrunt etiam, si † impediunt filias, vt non ingrediantur Religionem, vel ingressæ non profiteantur, Nauar. lo. cit.

19 Nota hic † in communi parentes teneri instituere filios, & erudire in his, quæ sunt fidei catholicæ, & bonis moribus, & eos enutrire, si filij per se commodè non possunt, & è contra tenenter filij parentibus obedire, alias, vt supradictum est, pecc. mortaliter.

QVAESITVM XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an possit impune verberare vxorem.*
2 *Mariti tenentur alere vxores etiam sine dote ductas.*

Digitized by Google

3 *Vxor an prouocans maritum ad iram peccat.*
4 *Proximum occidere iniuſtè prohibitum eſt.*
5 *Falſæ teſtificationis iniuſtitia ad quid obligat.*
6 *Detrahendi peccatum grauiſſimum, & ad quid obligat.*
7 *Detrahens alicui in eo, in quo ſe iactat an pecc. mor.*
8 *Detrahens alicui licet ei non creditur peccat, ſed non tenetur reſtituere famam.*
9 *Teſtis in iudicio aſſerēs, quid contra aliquem an teneatur ad reſtitutionem famæ.*
10 *Reſtituens famam ſi ei non creditur an ad aliud tenetur.*
11 *Famam reſtituere an quis teneatur cum periculo vitæ.*
12 *Hæredes an teneantur reſtituere famam pro defuncto.*
13 *Detractio ſi eſt antiqua, ità vt præſumatur obliuio an detrahens teneatur reſtituere famam.*
14 *Qui mentitur in iudicio in re leui an peccat.*
15 *Detrahens honori alterius etiam ſine animo iniuriandi an pecc. mor.*
16 *Superior an pecc. in proferendis contumelij.*

An mariti poſſint impunè, verberare vxores?

1 Dic, † q ex iuſta cauſa poſſunt eas verberare moderate, ſed ſi, vel ex nulla cauſa, vel ſi ex quacunque leui, facerent, pec. m. & faciunt contra quartum præceptum, poſſunt tamen mariti ad correctionem vxorum verba aliqua aſpera in illas proferre, Clau. Reg. loc. cit. num. 9.

2 Hic nota, quod † mariti tenentur alere vxores, etiam ſi eas ſine dote duxiſſent, Sāch. de matrimonio to. 3. lib. 9.

3 diſt. 5. nu. 8. & ſi † vxor contradicendo marito, vel ſuis malis moribus, eum ad iram iuſtam prouocat, pec. mor. Clau. Reg. lo. cit.

Cæteros caſus videat Parochus in ſummiſt.

Super 5. Præcepto.

4 Nota, quod † prohibetur occidere iniuſtè proximum ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis, hinc ſequit, quod, qui occidit animal alterius, non peccat contra hoc præceptum, ſed contra

aliud,

Digitized by Google

aliud, nempe contra præceptum furti, & damnificationis, & tenetur restituere, sed qui se ipsum occidit peccat contra hoc præceptum, est damnatus. cæteros casus videat Parochus in summistis.

Super 6. Præcepto.

Videat Parochus super quęsitis de restitutione in tractatu nostro, sicut etiã super præcepto, non mœchus.

Super præcepto, non testis iniquus.

5 Prohibetur in hoc præcepto † iniustitia falsæ testificationis, siue in iudicio, siue extra, contra proximum, quæ obligat ad restitutionem vltra peccatum mortale, & hoc fit, tam interius, & vocatur temerarium iudicium, vel exterius, & vocatur falsum testimonium.

Nota singulares casus contra hoc præceptum, & primo
6 contra detractores, † quod est peccatum grauissimum, & est contra charitatem, & iustitiam, & ideo cum peccato mortale, & obligatione restitutionis famæ, quæ sicu facilè tollitur, sic de difficil restituitur, de cuius restitutione remitto lectorẽ ad quęsita de restitutione.

7 Nota, quod si quis † alteri detrahit de quibusdam, de quibus ille se iactat, & glorię suæ adscribit, non peccat mor. nec est obligatus restituere, quia in tali casu, persona, cui detrahitur, non infamatur, Tol. loc. cit. Clau. Reg. l. 11. tit. 6. hoc intellige citra malum animũ, dicerem saltem peccare uenialiter, hic sequitur, quod si de publico concubinario, dico, quod talis hodie iuit ad concubinam, non peccat mortaliter, nec tenetur restituere, quia non infamauit, nam notum erat, sed si quis haberet animum infamandi apud exteros dicendo p. m. & tenetur restituere.

8 Nota hic, † quod qui alteri detrahit, sed ei non creditur, peccat mor. sed non tenetur restituere. Petrus Nauar. de rest. lib. 2. c. 4. num. 433. adde, quod nec tenetur restituere, qui † affirmat, seu te-
9

Digitized by Google

ſtatur in iudicio pro affirmante illud eſſe verum, & reus condemnatus eſt ſi ille affirmans eſſe magnæ authoritatis, cui credi merito potuit, ſed peccat grauiter teſtis hic Nauar. cap. 18. nu. 1. ſecus ſi non eſset ille bonæ famę, & magnæ authoritatis.

10 Nota etiam, † quod qui reſtituit famam modo debito ei qui detraxit, & iurauit ſe falsè detraxiſse, & ei adhuc non creditur, ſecundum aliquos tenetur adhuc reſarcire detracto damnum etiam pecunię, ſed alij cenſent contrarium, quando fecit, quod

11 in ſe fuit, † non tamen tenetur quis reſtituere famam cum periculo vitæ, vel detrahentis, vel perſonæ cui detractum eſt, Petrus Nau. loc. cit. num. 400. e 415. Sed ſi ille, cui detractum eſt per falſum teſtimonium, ſit in periculo vitæ, tunc tenetur detrahens etiam cum periculo vitæ reſtituere, & ratio eſt, quia in hoc caſu innocens habet meliorem cauſam. Petrus Nauar. loc. cit. num. 403. & 415.

Sed nota, quod ſi hic detrahens reſtituendo famam, etiam cum periculo vitæ nil prodeſset innocenti non tenetur reſtituere cum periculo vitæ, ſed pecunia reſarcire dānum.

12 Nota, quod † hæredes non tenentur reſtituere famam, vel reſarcire damnum hoc modo pro defuncto, ſed ſi

13 adhuc viuat ille, cui detractum eſt, ſed detractio † antiqua eſt, & reſtitutio eſset quædam commemoratio, quando crederet illos amplius non recordari, nil tenetur detrahens Petrus Nau. loc. cit. ſed Caiet. 2. 2. qu. 62. art. 2. dicit teneri reſtitutionem famæ, & adire illos coram quibus detraxit, ſubſcribit Nauar. cap. 18. nu. 47. Cæteros caſus videat in ſummiſtis Parochus, tam huius præcepti, quam ſequentium, quam materiam tractauimus diffusè in quæſitis de reſtitutione: hic tantum addimus aliqua frequenter accidentia,

14 & adde, quod † qui mentitur in iudicio etiam in re leui iudiciali, eſt mortale, ex mente Caiet. ſecus ſi eſset alterius rei, & non iudicialis, 2. 2. quæſt. 110. art. 1. ſed

Na-

Digitized by Google

Nauar. dicit non esse mort. in cap. fui, nu. 27. de pœnit. distit. 5. etiam si pertineat ad iudicium, ego tenerem cum Caiet. respectu, iuramento.

De contumelia.

15 Nota, quod † detrahere honori alterius est peccatum mortale contra iustitiam, Petrus Nauar. lib. 2. c. 4. num. 64. sed venial. quando inaduertenter, Item pec. m. licet quis nō habet animum iniurandi, sed indiscrete loquitur, quia debebat animaduertere, & circumspicere, ne detraheretur honori proximi, Petrus Nauar. loc. cit. sed si quis ioco iniurias in alium profert, sciens, vel scire debens illum affligi, peccat mortaliter, Salon. de iustitia, & iure q. 62. art. 2. sed si putabat illum non affici, non peccat, nisi venialiter, Clau. Reg. lib. 12. cap. 5. nu. 9.

16 An autem † Superior peccet in proferendis contumelijs, dic, quod non, si habet tantum animum corrigendi, & non iniuriandi, si ex necessitate, & modestè, & propter vtilitatem, & quia non credebat subditum indigne laturum, & dummodo subdibus intelligat Superiorem ad bonum finem proferre, & dummodo exprobet solum vitiū, quod corrigere intendit, & non alia, Clau. Reg. lib. 11. c. 8. nu. 5. & 6.

De susurratione.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Susurratio an sit peccatum mortale, & in quo consistit.*
2 *Proferens aliqua inter amicos citra animū discordiæ ex quibus dissoluta est amicitia, an p.*
3 *Manifestans vitium, pro quo dissoluitur iniqua amicitia, an peccat, & nu. 4.*

An susurratio sit peccatum mortale, & in quo consistat?

1 DIc, quod † de sui natura est mortale, & consistit in occulta detractione proximum, Clau. Reg. lib. 12. c. 5. num. 1. posset esse veniale, quando offensio esset leuis.

Nota casus particulares, quod i

Digitized by Google

2 quis.† citra animum diſcordiæ inter amicos aliqua protulit, quibus amicitia inter illos eſſet diſoluta, peccat mortaliter, ſi ſciebat, aut ſcire debebat eam eſſe illorum amicorum compleſſionem & naturam, vt facile amicitia diſ
3 ſolueretur; ſed non peccat, † ſi quis manifeſtando aliquod vitium occultum per quod diſſoluitur iniqua amicitia, dummodo alteri infamia non afferatur, quia tunc peccat, & tenetur reſtituere, ſicut qui ſeminauit diſcordias inter amicos tenetur reconciliare, Nauar. c. 18. nu. 13.
4 Sed qui † manifeſtaret aliquod vitium virum, & publicum alicui occultum, non ad finem diſſoluendi amicitiam, ſed ad diminuendam tantam familiaritatem ad bonum finem non peccat, nec tenetur reſtituere.

De irriſione.

QVAESITVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Irriſia, an ſit peccatum.*
2 *Execrans, & maledicens alicui animo deliberato, an peccat mort.*
3 *Maledicens Hoſtibus Chriſtianæ Fidei, an peccat.*
4 *Mulier precans malum alicui eam tentante ad incontinentiam, an peccat.*
5 *Comendare ſe abſq; pecc. poteſt quis in duobus caſibus.*
6 *mulier maledicens, aque vinum, vel diei peccatis an peccat mort.*
7 *Maledicens occaſioni ex qua euenit malum amico an pecc.*
8 *Maledicens dæmoni, vel aliæ creaturæ Dei an pecc. mort.*
9 *Iniuriè, ſeu maledictiones aliquæ ſm̃ hebraicum ſermonem explicantur.*
10 *Mendacij quot ſunt ſpecies, & quod ſit mortale.*
11 *Interrogandi, ſiuè in iudicio, ſiuè extra, qualiter debeat fieri ſimpliciter, & poſſit fieri æquiuoce.*
12 *Iudicium temerariũ quãdo ſit.*
13 *Qui ex ſignis ſufficientibus mouetur ad iudicandum non peccat pecc. iud. temer.*
14 *Ad conſtituendum pecc. iud. temerarij, quæ ſunt neceſſar.*
15 *Curioſitas in quo conſiſtit.*
16 *Aperiens literas alienas qua-*

liter

Digitized by Google

liter peccat.

17 *Aperiens literas inimicorum an peccat, & nu.* 18.

19 *Auscultans verba turpia, & inhonesta contra proximum an peccet.*

An irrisio sit peccatum?

1 DIc, quod † est peccatum mort. quando dicuntur verba irrisoria in proximum animo eum ad ruborem, & erubescentiam inducendi, Clau. Reg. lib. cit. nu. 6. Item si quis nutibus, vultus, vel oculorum, aut naris, vel oris, alterum irridet, posset esse veniale, si absque malo animo, & ioco, ex hac regula poterit resoluere Parochus multos casus particulares.

De execrationibus.

Nota casus particulares, quod
2 † si quis execrat, & maledicit alicui animo deliberato, pec. mort. si malum est graue, venialiter, si leue, Caiet. v. maledictio, si quis autem male-
3 diceret etiam malo animo † hostibus christianæ fidei, non peccat, sicut etiam qui deside-

rat hoc bonum publicum, vt banditi, & facinorosi homines, capiantur, & castigen-
4 tur, † sicut etiam non peccat mulier, quæ precatur malum alicui eam tentanti ad incontinentiam, sic non peccat qui malum desiderat contra aliquem eum iniuste vexantem: Nota hic, quod in duobus
5 casibus potest quis † se tomendare absque peccat. primo quando prouocatur opprobij, & conculcatur, & hoc vt confusor aduersario, & ne desperet, secundo quando quis prædicat veritatem, & aliquis contradicat, & impedit veritatis manifestationem, D. Thom. in 2. ad Corinth. c. 11. & citat D. Gregorium.

Notet hic Parochus pro confessionibus mulierum, quod
6 † mulier maledicens aquæ, vel vento, vel diei Paschatis, vt plerumque fit ab eis, si ex ira, & inaduertenter peccat venialiter, sed si aduertenter peccat mort. quia maledicit operi magni Dei, Clau. Reg. loco cit. num. 18. sic etiam peccat mort. qui maledicit, & precatur mortem malo ani-

Digitized by Google

mo animali alicuius hoc dam
7 num domini, ſic etiam † non peccat mort. qui maledicit alicui occaſioni, ex qua malum proximo euenit, vt ex conuiuio, ludo, & alijs.
8 Nota hic obiter, † quod maledicere dæmoni, vt inimico noſtro, non eſt peccatum, ſed ſi ex ira peccatum veniale eſt, adde, ſi vt creatura Dei non habendo rationem naturæ ſuæ malæ, ſed tantum operis diuini, forſan eſſet mortale.

Nota hic obiter pulchram expoſitionē D. Hyeronimi, ſuper illud 3. Reg. c. habes quoq; apud te ſemen filium Gera, qui maledixit mihi maledictione peſſima, in qua maledictione concurrunt, hæ
9 literę † Hębraicè, ideſt Num, Mem, Reſc, Zadi, Thau, in Num, ſignificatur, Noeph, ideſt adulter, & raptor alterius vxoris; in Mem, ſignificatur, Moabita, ideſt propria vilitas, quam traxit ab ignobili, & in fideli ſermone Moabitarū, cauſa Rut, Moabitis, in Reſc, ſignificatur, Rozeha, ideſt homicida, in Zadi, ſignificatur, Zarua, ideſt leproſus, quia vt talis ab omnibus à Regno expellebatur, & in Thau, ſignificatur, Thoeua, ideſt abhominatio Deo. hæc maledictio, dicitur Hæbraicè, Nimrereth, ex primo eſt Gaballiſtica.

De mendacio.

10 Nota, quod † ſunt tres ſpecies mendacij, nempe aliquod eſt iocoſum, aliquod officioſum, & hoc eſt peccatum veniale, ſicut etiam iocoſum, & aliquod eſt pernicioſum, & hoc eſt mortale, quando cum pernicie proximi, fallit in mendacio de rē leui, ſed ſi cum iuramento eſſet mortale ob irreuerentiam diuini nominis, quo vtitur in iuramento.
11 Nota etiam, † quod qui Iuridicè interrogatur, debet ſimpliciter reſpondere, ſecundum intentionem interrogantis, alias peccat mortaliter, ſecus, ſi non iuridicè interrogaretur, tunc poteſt æquiuocè reſpondere, ſicut ſecundum aliquos poſſet quis æquiuocè reſpondere in ijs, ad quæ non te-

ne-

Digitized by Google

nemur, vt mutua mihi centum, respondere non habeo, concipiendo mente, vt tibi mutuem; tunc licet huiusmodi responsione vti, quando secundum vsum loquendi, vel responsio illa potest multipliciter sumi, alias esset mendacium, & esset saltem veniale, Azor. instit. mer. tom. 1. lib. 11. cap. 4. §. 5. quæritur, alij dicunt posse nos licitè æquiuocare, quando mutuare esset incomodum, Nauar. capit. 12. nu. 16. & 19. Gregor. de Val. tom. 3. disput. 5. qu. 13. p. 2.

De temerario Iudicio.

12 Tunc est † iudicium temerarium, quando quis sine legitimis indicijs temerè aliquid iudicat, vt si quis videat honestas personas in loco inhonesto colloqui, quia tunc ex signis sufficientibus temerè iudicat, quia illi possunt colloqui de re non mala, vel bona.

Sed si videat inhonestas personas insupecto loco colloquentes, non est iudicium temerarium, si male iudicat, quia adsunt signa sufficientia, Petrus Nauar. lib. 2. de restit. cap. 4. nu. 447. & seqq.

13 Hic nota † quod quando quis ex signis sufficientibus mouetur ad iudicandum, non peccat peccato iudicij temerarij.

Nota hic casum positum à Caietano, quod si quis viderit mulierem fucatam, & iudicauerit eam peccasse mortaliter non peccat hoc peccato, quia iudicium temerarium propriè non consideratur in actione, sed in persona agentis, secus esset, si iudicasset illam se ornasse ad malum finem, verbo iudicium temerarium in sum-

14 mula, & † ad constituendum hoc peccatum aliqui dicunt necesse esse temerè iudicantem credere esse quod temerè iudicat, & hæc est bona opinio, & verior contra eos, qui dicunt non esse necesarium, credere, ita esse, sed sufficere, quandam moralem certitudinem.

Con-

Digitized by Google

Concurrunt ad conſtituendum hoc peccatum, vt non adſint ſufficientiæ ſigna iudicandi malè, de proximo, ſed leuia, vt malum ſit graue, de quo quis iudicet, & vt iudicium ſit certum.

De curioſitate.

15 Curioſitas † conſiſtit in hoc, quando quis maiori diligentia, quam requiritur inuiſtigat de aliqua, & verificatur tam in ſciendo, quam infaciendo, vel acquirendo aliquam rem, quæ ad nos non pertinet, regulariter eſt veniale, ſed poteſt eſse mort. quando inueſtigaretur tali modo res prohibita, vt ſi legerentur libri prohibiti, vel ſi quis vellet ſcire audita in confeſſione, vt vel ſi quis vellet ſcire incantationes, & ſimil. vel ſi homo indiota vellet ſcire myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, p. v. vid. Tol. in ſum. de ſept. pec. mort.

16 Hinc ſi quis † aperit literas proximi non animo nocendi, nec cum periculo proximi, peccat v. peccato curioſitatis, ſed ſi legit literas Principum, pec. m. tunc quia vult ſcire ſecreta Principum, tunc quia exponit ſe periculo.

17 Sed non peccant † aperientes literas inimicorum ad ſciendũ eorum ſecreta tempore belli, ſed qui aperit literas proximi, vt iniuriam inferat ei p. m. Caiet. loc. cit. Nau. loc. cit. ſed non peccare qui inaduertenter aperiret, vel qui ſub ratibitione.

18 At qui aperit † literas inimici ad detegendum malum, quod ei paratur, non peccat, quia habuit iuſtam cauſam ſe defendẽdi, intellige quando iniuſtè parabatur.

De virtute Eutrapoliæ.

19 Contra hanc virtutem pecc. mort. quando quis auſcultat verba turpia, & inhoneſta contra proximum ſentiendo guſtum ex illis, vel quando dicuntur huiuſmodi, ſic etiã quando dicuntur huiuſmodi verba ad excitandum ſe, vel alios ad deſideria praua cum periculo mortali, mortaliter peccaret, ſed ſine huiſmodi circunſtantijs, non eſſet niſi v. hinc ſequitur licere ali-

quando

Digitized by Google

quando aliqua ioco dicere ad oblectandum animum, Less. loc. cit. c. 3. dub. 8.

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Comedias an liceat spectare?*
2 *Ecclesiasticæ personæ, an possint interuenire comædijs?*
3 *Comædi, an peccent mort. representando comædias?*
4 *Eleemosynam dare tempore necessitatis, an quis teneatur sub pecc. si potest? & num. 6.*
5 *Necessitas quotuplex sit.*
7 *Subuenire proximo in extrema necessitate constituto, an quis teneatur de ijs quibus conseruat suum statum?*
8 *Eleemosynam dare, an quis teneatur minanti morte, nisi det?*
9 *Eleemosynam dare, an quis teneatur de rebus sibi simpliciter necessarijs existenti in extrema necesitate?*
10 *Eleemosyna qualis esse debet?*
11 *Dare qui tenetur si non dat peccat mort.*
12 *Quando quis excusatur ab eleemosyna præstanda?*

An liceat spectare comedias?

1 DIc, † q si comedia est de rebus honestis, licet spectare, & interesse absque peccato, sed si de rebus inhonestis p. m. qui interuenit timens probabiliter eius periculum spirituale, quia eius animus mouebitur, sed si maior pars comediæ erit de lasciuis, & alia de honestis, non p. nisi. v. Caiet. v. spectaculum.

2 Ecclesiasticæ † psonę possunt interuenire, quando representantur actiones honestæ, vt illustria gesta Imperatorũ, sed si representantur honesta honestè non tamen pertinentia ad earum statum, p.v. considerari tamen debeat in huiusmodi cõstitutiones, vel statuta particularia Episcopatuum.

3 Hic nota, quod † comædi p. mort. regulariter, si representant lasciuia omnino, quibus corrũpuntur mores, vel alicui infertur iniuria, aut si incontemptum rerum sacrarum, & christianæ religionis resultent.

Digitized by Google

De vbligato ad eleemoſinas.

4 Tempore † neceſſitatis tenetur quis ſub m. ſi poteſt dare
5 eleemoſinam, † hinc ſcias triplicem eſſe neceſſitatem ordinariam, & comunem, quando quis aliqua re indiget, grauem, quando quis eſt in periculo ammittendi honorem, & decidendi de proprio ſtatu, & extremam, quando quis eſt in periculo ammitendi vitam, aut in tali ſtatu, Tol. l. c. c. 33. in ſummula.

6 Hinc ſcias, quod † quis non obligatur dare eleemoſinam in extrema neceſſitate poſitis de neceſſarijs ſuæ familiæ ſimpliciter, Tol. loc. cit.

7 Sed an teneatur † ſubuenire proximo in extrema neceſſitate conſtituto de jis, quibus conſeruat, ſuum ſtatum, non autem vitam, communis ſententia eſt, quod tenetur alij dicunt, quod non, Anton. 2. p. tit. 5. c. 1. Roſel. in v. elcemona, & alij.

8 Hic nota, quod quis non tenetur dare alicui eleemoſinam mmanti, niſi det, mortem ad euitandum mortem, dic quod non, quia non eſt in extrema neceſſitate.

9 Nota in cõmuni, quod quis non tenetur dare eleemoſinam de rebus ſimpliciter ſibi neceſsarijs exiſtenti in graui neceſſitate, quia nemo tenetur ſuo incomodo alteri ſubuenire, Gregor. de Val. tom. 3. diſput. 3. c. de eleemoſina, §. 2.

Sed aliqui dicunt, quod de ſimpliciter neceſsarijs debemus ſobuenire exiſtenti in graui neceſſitate, vt de ammittendi ſtatum, vel libertatem, ſi poteſt ſuo minori incomodo, aliqui negant, ſed prior opinio eſt magis pia, vide Caiet. in ſumm. v. eleemoſina. Sed de ſuperfluis ſtatui noſtro tenemur ſubuenire in communibus neceſſitatibus, & allegatur pro communis opinione.

10 Nota hic, quod † eleemoſina, quando debetur, debet eſse ſufficiens neceſſitati proximi, vt ex illa ſubleuetur, vide Tol. loc. cit. c. 40.

11 Nota etiam, quod quando † quis poteſt dare in caſibus, in quibus tenetur, & non dat,

pec.

Digitized by Google

pec.mort.contra charitatem, & contra iuſtitiam, & ideo tenetur reſtituere, Gregor. de Val. loc. cit. §. 6.

12 Et ad ſciendum, quando † quis excuſatur ab eleemoſina præſtanda requiritur, vt ſciatur, vel veriſimiliter, credatur ab altero ei dandam, vel quando quis non poteſt, vel ſi poteſt, neſcit tamen petentem eſſe in neceſſitate.

De odio.

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Malum alicui deſiderare ob odium vitij, an liceat? & n.2.*
3 *Inimicos qua dilectione, & amore teneamur deligere?*
4 *Inimicis, an teneamur oſtendere ſigna amoris particularis?*
5 *Inimicum ſalutantem non reſalutare an ſit pecc. mort.*
6 *Querelans aliquem apud iudicem, quod ei teneatur remittere?*

An liceat deſiderare malum alicui ob odium alicuius vitij, vt ab illo remoueatur, vt quia hic occiſor eſt, auferatur, ſi dero in odium iſtius vitij illi malum ad remouendum à tali malo; nempe homicidij?

1 Dic, quod ſic, † quia in hoc caſu deſiderium mali, interpretatur bonum proximi, Tol. in ſumm. de ſept.pec.m. c.66.lib.4.c.10.

2 Ita etiam deſiderare, † vt latro banditus, aut quiſuis malefactor capiatur à Curia ob bonum publicum eſt licitum; quia hoc malum illius reſultat in bonum proximi, nempe in bonum publicum, Greg. Vallen. loc. cit.

3 Nota hic, quod † inimicos tenemur diligere dilectione, & amore vniuerſali, & prohibemur eos odiſſe, niſi ob bonum publicum, ſed † an teneamur diligere, & oſtendere ſigna amoris particularis, aliqui dicunt, quod nō obligamur oſtendere ſigna particularia, vt conuerſari cum inimico, reſalutare, & ſimil. ſed tantum obligamur oſtendere ei ſigna cōmunia amoris, vt orare pro omnibus, diuidere aliquid omnibus, reſalutare ſalutantem, & ſimil. Aliqui dicunt, quod

Digitized by Google

eſſet maxima perfectio oſtendere ſigna particularia, vide Tolet. lib. 4. cap. 10. Sed vbi immineret ſcandalum, omninò teneretur quis oſtẽdere ſigna etiam particularia.

5 Sed an eſſet peccatum † non reſalutare inimicum ſalutantem, dicunt aliqui, quod eſt mortale ob ſcandalum, Tol. loc. cit. circa finem; & ratio eſt, quia non reſalutans daret ſigna manifeſta inimicitiæ; Aliqui verò dicunt non eſſe, niſi veniale, tu dic, quod conſiderato ſcandalo poteſt eſſe mortale, vel non mortale.

6 Hic nota, quod † quærelans aliquem apud Iudicem tenetur remittere odium, & rancorem particularem, ſed non tenetur remittere offenſam, quam meretur, & ſi quærelatus offerat ſatisfationem, adhuc ſecundum aliquos non tenetur, niſi ad remittendum rancorem particularem, & poteſt iſtare apud Iudicem, vt puniat reum prout iura volunt, & mandant.

De vigilijs, ieiunijs, & ſtationibus.

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor ieiunia anni à quibus, & quare fuerunt inſtituta?*
2 *Ieiunia quatuor temporum quare fiũt in die mercurij, Veneris, & Sabbati?*
3 *Ieiunium erat etiam apud antiquos.*
4 *Varius vſus apud antiquos comedendi.*
5 *Vigiliæ qualiter antiquitus fiebant?*
6 *Stationis, quæ ſunt, & qualiter fiant?*
7 *Ieiunans die Dominico in cõtemptum eſt excomm., & peccat. mort.*

A quo fuerint inſtitutæ vigiliæ ieiunia, ſtationes.

1 DIc, vt infra, quod † Sancti Apoſtoli inſtituerrun quatuor ieiunia anni, vt fideles ſuperarẽt iudeos perfectione, & deuotione, qui ieiunabant etiam in quatuor tempori-

bus

bus anni, fuerunt etiam instituta ob ordinationem clericorum ad reddẽdum Deum propitium pro conseruatione frugum Bellarmin. lib. 2. controuers. capit. 16. tomo 4.

2 Et ieiunatur † die Mercurij, Veneris, & Sabbati, quia hoc modo intelligimur ieiunare quolibet mense semel, & in dictis diebus ieiunamus ob memoriam passionis Christi, qui in die Mercurij fuit venditus, die Veneris mortuus est, die Sabbati fuit positus in Sepulchro, Azor. lib. 7. cap. 25. tom. 1.

3 Nota hic quod, apud †. antiquos etiam erat ieiunium, ad poenitentiam vt de Niniuitis legitur, imo, & bestijs etiam iiunctum fuit.

4 Nota, & quod † apud antiquos fuit varius vsus comedendi, Plato admirabatur, Halos bis in die saturos fieri Cic. V. q. Tusc.

Xerses semel in die comedebat; contra regionis consuetudinem.

Alexander dictitabat prandij obsonium esse nocturnas deambulationes, & cænæ prandij parcitatem.

5 De vigilijs autem dic, quod † in aliquibus festis solemnibus, antiquitus vigilabatur,

6 & ieiunabatur, & † erant etiã stationes, quod erat vigilare in die tempore ieiunij solemnis, cum oratione, & hæc vigilia vocabatur statio more militari Bellar. loc. cit. Sed vigilia sine statione, quæ fiebat in nocte præcedenti, stationem, & ieiunium; si quis

7 † ieiunat die Dominico in contemptu esset excommunicatus, & peccatum mortaliter.

Et nota, quòd antiquitus, quando erat in stationibus, orabãt de mane vsque ad nonam, vel vsque ad vesperas, & semper statio erat coniuncta cum ieiunio, nunc autem secus fit: Nota hic quod ieiunãtes de iure antiquo non poterant comedere pisces magnos, sed paruos ad saturitatem non comestione, vt habetur in c. præsbyter. 82. distin. hoc tamen non est in vsu.

Digitized by Google

De ientaculo, vulgo la collatione poſt ieiunium.

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Poſt ieiunium an liceat aliquid comedere?*
2 *Ientaculum an liceat ſumere de ſero, vel de mane, & differre horam cœnæ in die ieiunij.*
3 *Vnica commeſtio in die ieiunij eſt cõditio eſſentialis eius.*
4 *Diſpenſatus bis comedere in die eſt liber à ieiunio, et an diſpenſatus comedere carnes.*
5 *Qui non poteſt ieiunare in tota quadrageſima, non eſt liber ab ea parte qua poteſt.*
6 *Aetas quæ obligat ad ieiuniũ, quæ ſit.*
7 *Excuſatus ieiunare propter ætatem, an poſſit comedere cibos prohibitos?*
8 *Senex quando excuſatur à ieiunio.*
9 *A ieiunio quando quis excuſatur propter dolores, vel quia ob ieiunium debilitatur.*
10 *Mulieres grauidæ, vel lactantes, item pauperes quando excuſantur à ieiunio.*
11 *Viatores an excuſentur à ieiunio, & an prædicatores, & lectores, & confeſſores.*
12 *Vxores pro conſeruanda pace inter eas, & uiros an poſſint ieiunare ſi mariti nolunt.*
13 *Patresfamilias Domini, & alij ſuperiores an peccãt dando cibos alicui ex familia, ita vt non ieiunet.*
14 *Famuli, & famulæ ſeruientes menſis ſi aliquid deguſtant in diebus ieiuniorum, an peccãt.*
15 *Habens iuſtam cauſam non ieiunandi debet adire Epiſcopum, vel confeſſorem qui diſpenſet.*
16 *Hora comeſtionis, & ieiunij an poſſit præueniri ex cauſis.*
17 *Sanus in die ieiunij comedẽs vt alliciat infirmum ad comedendum an peccat.*
18 *In quadrageſima, vel alijs ſollemnibus ieiunijs, an liceat ex cauſa comedere carnes.*

An liceat poſt ieiunium aliquid comedere?

1 DIc vt infra, †qđ licet aliquid comedere etiã citra neceſſitatem, & hæc eſt communis opinio, aliqui dicunt, quòd non licet quãdo non adeſt neceſſitas, Sum.

Digitized by Google

Coron. de Ieiunio, & ratio est, quòd liceat, quia ita habet vniuersalis consuetudo.

2 Sed † an liceat sumere hoc iẽ taculum de sero, vel de mane, & postea differre horam cœnæ, communis opinio est, quòd sit de sero sumendum, sed ex causa potest de mane sumere, & postea differre cę nã, causa posset esse necessitas faciendi iter, vel alicuius grauis negotij.

Nota in communi in proposito, quòd † hæc est conditio essentialis Ieiunij, scilicet vnica comestio in die, quòd qui

4 † est dispensatus comedere bis, est liber à ieiunio, quòd est dispẽsatus comedere carnes, est liber à ieiunio, quòd

5 qui † non potest ieiunare in tota Quadragesima non est liber ab illa parte, qua potest, vide Azor. loc. citat. cap. 10. Caiet. in v. Ieiunium.

6 Aetas, † quæ obligat ad ieiunium est vigesimi primi anni finiti, licèt aliqui dixerunt esse in 16. anno, alij 20. alij 25.

7 Sed † qui non obligatur ętate adhuc non potest comedere cibos prohibitos, nisi excusaretur, quia infans, & paruæ ætatis sit.

8 Sinex † annorum 60. vel 70. secundum alios excusatur à ieiunio, Nauar. c. 22. nu. 16. Tolet. lib. 6. c. 4. in summ.

9 Sed † excusaretur etiam à ieiunio qui ieiunans, aliquos dolores pateretur, vt capitis, vel stomachi, sic etiam qui ob ieiunium debilitaretur, sed hoc intellige, si notabiliter debilitaretur, & dolor esset notabilis, sic etiam excusantur mulieres grauidæ, lactantes, sic etiam pauperes laborantes, & simil. sed an laborantes teneantur ieiunare quando non laborant est relinquendum iudicio prudentis Confessoris. Nota, quod ieiunans die Dominico esset excommunicatus, & pecc. Sed alijs laborantibus, qui non tantum laborãt, vt barbitonsores, aromatarij, sartores, scriptores, & simil. an teneãtur ieiunare, Dic, quòd sic secundum communiorem opinionem, licèt eos excuset Azor. loc. cit. Sed intellige, quando nimium vigilarent, vel nimiũ defatigarentur prio prima opinione adest Tolet. loc. citat. licèt in communi,

quòd

Digitized by Google

11 quòd † viatores ſunt excuſati, ſic prædicatores, lectores, & ſimil. & confeſſores, qui aſſiduè auſcultãt, excuſantur, quando non poſſunt ſatisfacere vtriq;, ſimiliter excuſan-
12 tur † vxores, quæ pro conſeruanda pace inter eas, & viros, non ieiunant, quia mariti volunt, vt cenent ſecum, ſecus, ſi eas cogerent in contemptum præcepti Eccleſiæ quia tunc deberent potius mori, Tol. loc. cit. Sic etiam excuſaretur vxor, ſi ob ieiunium macilenta appareret viro, & propterea contenderetur, Caiet. in v. Ieiunium, & ratio eſt, quia poſſet vir abhorrere vxorem, & adhærere meretrici, ſed peccant mort.
13 † patresfamilias, & Domini, & alij ſuperiores qui dant cibos alicui, ex familia, qui tenetur ieiunare, vt non ieiunent, ſed non peccant contra
14 ieiunium † famulæ, & famuli, qui ſeruientes menſis, aliquid guſtant in diebus ieiuniorum, vt ſolent in alijs diebus.
15 Nota, quòd † habens iuſtam cauſam non ieiunandi, debet adire Epiſcopum, vel confeſſorem ſuum, vt illi diſpenſet.
16 Nota hic, † quòd poteſt præueniri hora comeſtionis in Ieiunio abſque peccato, cauſa itineris, vt dicta fiat ordinata, imò poteſt, & hoſpitans comedere cum hoſpite iterãte iure vrbanitatis, & reuerẽtiæ, Graſſ. in tract. de arbi. cõ feſs. c. 27. num. 24 Sic etiam
17 † dic de ſano comedente in die Ieiuniorum, vt alliciatur ad comedendum infirmus.
18 Nota hic etiam quod † in quadrageſima, & ſollẽnibus Ieiunijs, licitum non eſt veſcicarnibus cap. 11. de obſeruatione ieiunij, vbi Abbas quod etiã exiſtente cauſa non debet comedere ſine licentia Epiſcopi, falleret in vrgenti cauſa, ſed abſque cauſa requiritur licentia Epiſcopi, vel potius declaratio licere, quæ licentia datur Beneuenti, ſtante fide vtriuſque Medici ſpiritualis, & tẽporalis, vt ex Synodo diœceſana habetur, cuius Prouincialis Synodi Beneuentanę & Secretarius, & decretorum, compoſitor fui, & ſeſſionibus interfui, vt Secret. pro alijs præceptis remitto

lectorem

lectorem ad Cathechismum Rom. hic tantum adduntur quædam curiosa, Et primo

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio simplex an sit peccatum?*
2 *Fornicatio simplex quænam sit?*

An fornicatio simplex sit peccatum, & quænam sit?

1 Dic, qđ ex genere suo est peccatũ mortale cõtra Ius diuinum, naturale, & canonicum D. Tho. cum Caietano 2.2.q.154. artic.3. Nauarr. cap.16. num.1. & 5. & est communis sententia.

2 Et fornicatio † est cõcubitus soluti cũ soluta, idest vt vterque sit liber à vinculo castitatis, vel religionis, vel ordinis Sacri, vel status coniugalis.

QVAESITVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ignorãtia inuincibilis an excuset à peccato mortale simplicis fornicationis?*

An ignorantia inuincibilis posset aliquem excusare à peccato mortali simplicis fornicationis?

1 Dic quòd licèt Sot. 5. de Iustitia q.3. art.3. existimet excusari si fornicetur propter ignorantiam inuincibilem quia ignorat esse peccatum, eo quod licet sit Ius naturæ est tamen ius obscurũ, & non valdè notũ, & sic hoc verũ videretur in aliquo conuersante inter barbaras nationes, vel denutrito in syluis, qui nunquam audiuit, vel intellexerit fornicationem esse peccatum mortale, nec de hoc dubitauit, & cum Soto sentit Durandus in 4. sententiarum dist.32.q.2. Attamen communis est in contrarium, quia est contra ius naturæ, & sicut nullus excusatur à furto, vel homicidio propter ignorantiam, ita nullus excusatur à peccato fornicationis, quòd etiam confirmari potest ex Concilio Viennensi, vbi fuit damnata contraria opinio, scilicet non esse peccatum.

QVAE-

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum fornicationis an ſit grauius furto?*
2 *Fornicatio in quibus caſibus non ſit peccatum, & num.3.*
4 *Adultera an, & quando teneatur ſeipſam prodere?*

An peccatum fornicationis ſit grauius peccatum, quam furtum?

1 Dic quod ſic D:Th. 2.2. quæſt.154. art.3. & ibi Caietanus,& ratio eſt quia fornicatio eſt contra bonum prolis,& furtum eſt contra bona exteriora, & bonũ prolis eſt maius quam eſt bonum exterius.

2 Nota tamen hic quod † in duobus caſibus fornicatio nõ eſt peccatum ſcilicet quando fornicator ſit amẽs,vel ebrius qui ſimilis eſt amẽtibus, cap. neuter diſtinc.35. quia licet ebrius, in ebriãdo ſe grauius peccet tamen tanquam ſine ratione fornicandi non peccat cap.inebriauerũt 15.q.1. Sed ſi ebrius dubitallet poſſe ſe ebrietare committere fornicationem. & non adhibuiſſet diligentiam ad vitandam ebrietatem, ſi poſtea fornicatus ſit, ei imputaretur ex Cle.1. de homicidio par.3. §.nuncio.

3 Secũdus caſus eſt quãdo † infertur fornicatio contra voluntatem, & hoc tantum valet in fœmina,quia vir poteſt prohibere, & fœmina dummodò nõ conſentiat interius non peccat etiam ſi experiatur delectationem naturalem dummodò non conſentiat.

4 Nota hic † adulteram nõ teneri ſeipſam prodere,etiamſi periculum vitæ,vel famæ immineat etiamſi ſciat ſibi futurum vtile ſi ſe ipſam proderit, vt pro reſarciẽdo ſibi aliquo damno illato,vel inferẽdo, cum ne ſpurius filius nõ ſuccedat in patrimoniũ mariti in damnum legitima prolis.Couar.in regul.pecc.c.1. §.6.verſ.20.& DD cõmuniter in cap officij de pœnit.& remiſs. Sed ſi remoto vitæ periculo, ſi ſciat vtile hãc reuelationem, & illi creditum iri,tunc tenetur etiam cum famæ iactura Syl. 4. de iuſt. & iure q.7.art.2.Couar.loc. cit verſ.4. licet in hoc cõtra-

dicat

Digitized by Google

dicat doctissimus, & Illustrissimus Caietanus, & ratio Couar. esse potest, quin licet fama, est Superioris ordinatione, tamen tanti valoris potest esse patrimoniũ quod recuperatur pro legitima prole, vt prout famam, quia nemo debet suam famam protegere, cum iactura tanta aliorum.

NVNC DE Voto.

QVAESITVM XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Votum quid sit.*
2 *Votum quotuplex sit.*
3 *Votum sollemne in quo differat à simplici voto?*
4 *Vouere qui non possunt?*

Quid est votum?

DIc, quòd est promissio saltem interior facta Deo de bono meliori ob vtile spirituali, & dicitur à voluntate, quia & si promissio est actus rationis, quia volũtas mouet rationem, ab ipsa, vt à primo mouẽte nomen voti deriuat, & votum obligat, non obseruans peccat mortaliter.

2 Et votum † est duplex, aut solemne, vt per ingressum, & professionem in religione approbata, tacitè vel expressè in illa religione requisito, vel susceptionem ordinis sacri.

Aut simplex, & hoc aut ex priuatum, quod fit in occulto, siuè expressis verbis, siuè in mente, sola cogitatione, aut publicum, quod fit coram testibus Sot. 4. sent. dist. 27. artic. 4.

3 Et † votum solemne differt à simplici, quia solemne impedit ne fiat matrimonium, & si de facto fiat, est nullum, & inualidum.

Simplex verò impedit matrimonium contrahendum, sed nõ dirimit contractũ, vt qui emiserit votum perpetuæ castitatis, hoc est votum simplex, nõ potest se matrimonio iungere, sed si fecerit, matrimoniũ tenet, sed peccat mortaliter.

4 Hic sciatur, † non posse vouere subditus, pueros ante ætatem legitimam, & religiosos; & per subditos intellige qui alieno imperio reguntur,

Digitized by Google

vt maritus,& vxor,& alij quo ad id, quod vouetur, & per pueros intellige impuberes, ideſt fœminam ante duodecim annos, & maſculum ante quatuordecim, & religioſos intellige,qui non poſſunt vouere ſine licentia ſuperioris de his, quæ comprehenduntur in votis, eſſentialibus religionis,vt ſi vouerunt, qd eſſet contra eorum eſſentialia vota, non teneret.

QVAESITVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vxor, aut vir an poſſit vouere continentiam ſine licentia alterius coniugis?*

2 *Vir an & quæ vota vxoris irritare poſſit?*

3 *Coniuges ſi ambo vouerunt caſtè viuere an poſſit eos pœnitere ſine licentia Epiſcopi?*

An poſſet vxor,vel maritus vouere continẽtiam ſine licentia alterius coniugis?

1 Dic, quod nõ, quia vxor nõ eſt Domina corporis ſui, nec è cõtra vir Dominus corporis ſui,ſed vxor, & votum emiſſum ab vno coniuge,poteſt irritari ab altero, de cuius intereſſe agitur.

2 Imò poteſt † vir irritare omnia vota vxoris,quę fecit etiã ante matrimonium, quãtum ad vota perſonalia, ſed realia,non poteſt irritare de bonis extra dotem, vel acquiſitis ſuo labore,in caſu tamen, quo ipſa non teneatur ad res domeſticas.

Sed quo ad irritationem voti de non petendi debitum quo ad virum tutoris eſt, vt diſpenſatio ab Epiſcopo petatur, Sot.7. de Iuſt. & Iur. q.3.artic.1. Imò,ſi ambo vouerunt caſtè viuere, ſi poſtea pœnituerit debent adire Epiſcopum pro diſpenſatione, quia non poſſe ex ſe,teſtatur Sot. loc.cit. De dominio, & Imperio viri in vxorem,vide tractatum Baldi nõ dum impreſſum, quod ſciam.

3

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Seruus an poſsit emittere vota ſine licentia Domini?*

An ſeruus poſſit emittere vota ſine licentia Domini ſui?

Dic,

1 DIc,quòd non quoad illa vota,quæ sunt præiudicialia seruitio Domini,vt perègrinationes, Ieiunia, & aliæ operationes corporales, quibus dãnificaretur res Domini,nã quo ad operationes personales, seruus est in potestate Domini sui, secus dicẽdum est quo ad vota, quibus non præiudicatur seruitium Domini, vt orare, contineri, & simil. quia potest seruus sine cessatione ab opere,quod debet Domino orare,& contineri.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vir si irritauit votum continẽtiæ vxoris eo mortuo vxor an teneatur continere.*

2 *Seruus an post mortem Domini teneatur ad obseruantiã voti à Domino irritato.*

An si vir irritauit votum continentiæ vxoris, mortuo viro, teneatur vxor vidua adhuc contineri?

1 DIc,quòd non,Sil.V.votum 3. Sot. loc. citat.
2 Idẽ dic de † seruo, cuius votum fuisset irritatũ à Domino postea mortuo, secus, si de nouo confirmassent,c.qui de conuer.coniug.quia tunc tenerentur adimplere,non votum iam irritatũ,sed quod de nouo emiserunt.

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pueri impuberes an possint se obligare voto.*

2 *Impuberes si possint vouere votum castitatis sollemne.*

An pueri impuberes possint se obligare voto?

1 DIc,quòd non,quia non habent vsum rationis, sed si in eis acceleraretur vsus rationis ante dictã ætatem,vt fit in his, qui ante ætatẽ præualent ingenio, & prudentia supplet, possent se obligare ad vota personalia,nisi irritẽtur,vel impediantur ab illis, sub quorum cura sunt. Quæ vota,si non fuerunt irritata ab eorum superioribus ante tempus pubertatis,& illi facti puberes de nouo non ratificauerunt, possunt ipsi irritare, sed si in ingressu pubertatis ratificauerint, amplius irritare non possunt,

Digitized by Google

2 Et hic sciatur † impuberes etiam dioli capaces, & habẽtes vsum rationis acceleratũ, non posse vouere votum castitatis sollemne, & si professionem fecissent, esse nullam, & posse redire ad sæculum c. non solum de reg iur. in 6.

Sed si ante ætatem legitimam profitendi, isti impuberes, nõ reclamauerint, vel eorum votum non fuit irritatum ab illis sub quorum cura sunt, & illi perseuerauerint in religione, eorũ votum amplius irritari non potest, nam in tali casu præsumitur Ecclesia habere eorum votum ratum, Nauar. cap. 12. num. 71. Caiet. 2,2. quæst. 189. artic. 5. & in cap. Puella de reg. in 6.

QVAESITVM XXXIX

SVMMARIVM.

1 *Puberes an possint emittere vota sine consensu Superiorũ? & num.* 2.

3 *Vota realia filiorum vsque ad quam ætatem pater irritare potest?*

4 *Filiusfamilias an possit vouere sine patris consensu de peculio castrense, vel quasi?*

5 *Peculium castrense, vel quasi quod sit?*

An puberes possint emittere aliqua vota sine consensu superiorum?

Dic quod sic quo ad vota personalia, vt orare, ieiunare, contineri, religionem intrare, & id etiam superioribus, & parentibus inuitis, nõ tamen illa personalia, quibus aut parentibus, aut honori, aut familiæ nocerent, vt peregrinari de longinquo, Nauar. num. 70. loc. cit.

2 Sed non † possunt emittere

3 vota realia, † nam vota realia potest pater irritare vsque ad ætatem perfectam 25. ann. ff. de minoribus, quia quoad dispositionem bonorũ sunt sub cura parentum, & tutorum, & aliorum superiorum, à lege destinatorum, qui de facto talia vota realia possent irritare, vel in totum, vel in partim, & hoc vsque ad annũ qnintodecimum, quem annũ vbi pupillus attingerit, est liber à curatore, sic etiã filius emancipatus à patre, in tali ætate vouere potest, & tenetur adimplere. Imò vota

Digitized by Google

eorum ante hanc ætatem facta, si non fuerint irritata, tenentur adimplere. D. Anton. 2. par. tit. 11. c. 2. S. 1. Nauar. loc. citat.

4 Posset tamen † filiusfamilias vouere sine consensu patris de peculio castrensi, vel quasi, sed non posset vouere de bonis, quæ pertinent ad patrē, nec dare de his eleemosynam sine illius cōsensu expresso, vel tacito.

5 Et peculium † castrense est, quod acquiritur in bello, & quasi castrense est, quod acquiritur industria, vt legēdo, aduocando, & simil. exercitijs, Idem dic de Clerico, quod de bonis sui beneficij, vel sui seruitij Clericatus potest vouere ad libitum.

De votis Religiosorum.

QVAESITVM XL.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus quot modis possit se obligare per votum?*

Quod modis potest obligare se religiosus per votum? Dic quatuor modis, primo per illa opera, quæ comprehenduntur in tribus votis sollemnibus religionis. Secundo per opera libera, extra illa tria vota, & extra quodcunq; aliud præceptū, seu mandatum, nec præiudicat superiori, vt orare, & disciplinari, sed discretè. Tertio per ea, ad quæ tenetur præcepto legis, & de nouo se obligat voto, vt non mentiri, non fornicari, non occidere, et simil. Quarto per ea, quæ superant prælati potestatem, vt ingredi aptiorem religionem.

QVAESITVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus an possit vouere de comprehensis in tribus votis essentialibus religionis.*

2 *Et an de operibus liberis sine licentia prælati?*

3 *Et an si vouit de his ad quæ tenetur ex præcepto teneatur seruare.*

4 *Et an si de his quæ superant potestatem prælati.*

5 *Et an si vouerit cum licentia, vel confirmatione Superioris*

Digitized by Google

qui postea reuocat teneatur implere.

An religiosus possit vouere de his, quæ comprehenduntur in tribus votis essentialibus religionis?

1 Dic, † quod non sine licentia sui prælati, & si voueret de his cum cõditione, si prælato placeret, peccaret, nec tenetur adimplere, nisi prælatus confirmauerit, quia in his religiosi sunt subditi prælatis, & eorum vota sunt ipso facto irrita.

2 Et si † religiosus voueret de operibus liberis sine licentia prælati, vt orare, & similia, tenetur adimplere, donec à prælato non irritentur, Imò potest religiosus celare hæc vota suum prælatũ, nec peccat, si non malitiosè.

3 Si verò † voueret de his, ad quæ tenetur præcepto legis, vt non mentiri, vel nõ omittere officium diuinum, tenetur etiam adimplere, quia in his non subditi prælatis, nec prælati possunt irritare, Sot. 7. de Iust. & Iur. cit. Ita etiã

4 si voueret de his, quæ superant potestatem prælati, vt trãsire ad arctiorem Religionem, tenetur adimplere, nec potest irritare prælatus, posset tamen ex causa dispensare. Sil. vot. 3. Caiet. 2. 2. q. 159. art. 3.

5 Et cum † religiosus vouerit (cum licentia superioris, vel sine, & superior confirmat, si postea reuocat confirmationem, non peccat subditus, si non adimplet, Sil. Vot. superior. Nauar. c. 12. num. 65. & seqq. An obliget votum ex metu. vid. Panorm. in c. Sicut il 2. de regularibus.

QVAESITVM XLII.

1 *Furiosus an possit vouere.*

2 *Voti fundamentum præcipuè deliberatio, & qualis esse debet, num. 4. & 5.*

3 *Ebrius an possit vouere, & repentino dolore percitus.*

6 *Voto an quis possit se obligare mente, & animo.*

7 *Actus agentium non operantur vltrà intentionem ipsorum.*

8 *Votum conditionale post gratiam acceptam videtur esse contractus vltrò citroq; obligatorius.*

Digitized by Google

An furiosus possit vouere.

1 Dic, quòd non, sicut etiã neq; mente captus, freneticus, & similis non sui cõpotes ex defectu deliberatio-
2 nis, nam † fundamentũ voti, est præcipuè deliberatio, cap. dilect. de sponsal. qui vouit subito, & inde liberatè. Vid. DD. in cap. sunt Principes 27. q. 4. & in l. quicquid calore de reg. Iuris ff. & lex ista habet locũ in voto, resoluit glos. in c. dudũ de conuersatione coniugatorum, &c.
3 Neq; potest vouere † ebrius, & repẽtino dolore percitus; quia in illo actu non præsumitur mẽtis compos, ita etiã si aliquis sit mentis compos, tamen tanta posset esse alienatio mentis, vt votum factũ non dicatur factum, DD. l. quicquid calore de reg. iur. ff. num. 9.
4 Et ratio est; quia ad † emittẽdum votũ ea deliberatio requiritur, quæ concurreret ad peccatum amittendum, & sicut defectus deliberationis non facit peccatum, sic nec constituit votum.
5 Sed nota, quod † qui nõ est mente alienus, quamuis non præcedat deliberatio matura, tamen votum per eum, emissum tenet, sicut obligaret blasphemia in iracundia non tamen tanta, vt mentem alienaret. Diu. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. Caiet. V. votum 2. Nauar. cap. 21. numero 26. cap. non dicatis 120. quæst. 1. num. 100. licet aliqui dicant contrarium, sed melior est prima opinio. Et qui dicunt contrarium, possent intelligi, quando blasphemia emittatur ab homine iracundo, & magna iracundia percito, vt non mereatur puniri pœna ordinaria, Iason, in l. si filias, de inoffic. testam. C. & ita posset temperari pœna in blasphemos.
6 Hic nota, posse aliquem † se obligare ad votum, etiam mente, et animo, et non verbis, et si eodem tempore non habuit animum obseruandi, peccare mortaliter, et votum remanere validum, nam sufficit animus obligandi, nec est necesse, vt adsit animus obseruandi promissum, sed si defuit animus ob-

seruandi,

seruandi, & obligãdi, votum
7 non tenet, nam † actus agentium non operantur vltra intentionem ipsorum, Nauarr. c.12.num.27. Sot. de Iust. & Iur. lib.3.q.2.art.1.

Sed sciendum, quod quando
8 † votum est conditionale, vt uoueo peregrinari, si recipio sanitatem, non est quærendũ de deliberatione, quia impetrata sanitate, uotũ est adimplendum, & uidetur esse cõtractus ultro, citroq; obligatorius. P.M. de uoto.

QVAESITVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Quot & quæ requirantur ad uoti validitatem.*
2 *Deliberatio quid sit, & quid propositum, & promissum num.3. & 4.*
5 *Qualiter hæc tria requisita se habeant.*
6 *Promissio sine deliberatione an obliget ad votum.*
7 *Deliberatio quanta esse debet vt obliget ad votum.*
8 *Votum factum ex iracundia, an obliget?*
9 *Votum factum ex leuitate animi, an teneat?*
10 *Votum factum per vi an obliget, & an ex timore num.11.*
11 *Timor adhoc vt excusat à voto qualis esse debet, & numero 12.*

Quot requiruntur ex parte uouentis, ut uotum sit ualidum?

1 DIc, requiri fuit † nempè deliberationẽ, propositum, & promissum, deli-
2 beratio est † actus intellectus; ideſt discursus rationis ad eligendum finem per media,
3 Propositum † sequitur deliberationẽ, & pertinet ad uoluntatẽ, nam est determina-
4 tio uoluntatis, † promissum uerò sequitur deliberationẽ, & propositum uoluntatis, & sic obligat se Deo, qui uouit, unde uotum sine promissione est nullum, uide Abb. in cap. litteraturam de uoto, nã ratio uoti in promissione
5 perficitur. Itaque deliberatio intelligit, propositum eligit, & promissum acceptat, & sic uotum obligat.
6 Et ita † non obligaret promissio sine deliberatione, vt fit in angustia subiti timoris, seu alia passione, nisi postea confirmetur cum plena deli-

bera-

beratione, sed si votum factũ esset cum aliquali consideratione, non tamen plena, tunc votum tenet, sed faciliter super hoc voto dispensaretur ob semiplenã deliberationẽ.

7 Deliberatio † autem, vt obliget ad votum, debet esse tanta, quanta requiritur ad faciendum peccatum mort. vnde sequitur, quòd sicut aliquod factum malum cũ aliquali consideratione effecit pecc. mort. ita sufficeret ad peccatum, et sicut in subitaneis motibus indeliberatis non adest culpa, sic in subitanea promissione non adest obligatio, quia nõ est voluntaria. Imò si est tãtus motus, qui non sufficeret, nisi ad veniale, non obligaret ad votũ, Sot. lib. 7. de iust. et iur. q. 1.

8 artic. 2. Sed † votum factum ex iracundia, non tanta, vt iudicium sit subuersum, tenet

8 † sicut etiam tenet votum factum ex leuitate animi, sed cum his facilis est dispensatio Abb. in c. veniens de voto, et voti redd. Ita etiã, nec obli-

10 gat † votum factum per uim, quia obligatio nascitur ex arbitrio uouentis, quæ in uoto per uim non concurrit. In

11 uoto † autem ex timore, si timor est ab intrinseco, idest quando à Deo uenit, ut per infirmitatem, uel quando est causaliter, ut in naufragio, incendio, uel simili periculo obligatur quis ad obseruationem, c. sit nobis de regul. Si autem timor est ab extrinseco, et est ab homine per iniurias, intendente extorquere hoc uotum, ut si tyrannus minaretur mortem, tunc uotum non teneret, c. relatum de his, quæ vi, aut metu. Sed si votum ex timore factum esset, vt quis liberetur ab inimicis, aut à vinculis, vel captiuitate, tunc tenet, quia licet per timorẽ ab homine, nõ est tũ cũ iniuria iuxta supradicta. Et sciatur hic timorem, qui ex-

12 cusat † ab obseruatione voti, & facit illum inualidum, non esse quemlibet timorem, sed eum, qui cadet inconstantem virum, & hic est ille quando quis non teneretur inconstãs fr facit aliqua perculsus tali, timore, & nõ facere esset audacia, considerato loco, & tempore, Imò esset viri fortis, & constãtis illum habere

Digitized by Google

quia audacia est opposita fortitudini. D. Tho. 2. 2. quæst. 126. artic. 2.

Neque hic timor est iudicãdus æqualiter in omnibus, vt, vel obliget, vel excuset, nam minor timor requiritur in fœmina, quàm in homine, & in vno homine non tãtus, quantus in altero, quæ iudicio prudentis confessoris remittuntur. Sot. loc. citat.

QVAESITVM XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Secreto vouens ad teneatur ad obseruantiam voti.*

2 *Transgrediens votum in re leui, an peccat mortaliter?*

3 *Votum de non petenda dispensatione à voto an valeat?*

An tenetur adimplere votum, qui vouet verbis, & non animo?

1 DIc, quòd si secreto vouet, non tenetur, nec quo ad Deum, nec quo ad Ecclesiam licet peccet, sed si vouit publicè, quoad Deum, non tenet votum, sed potest cogi ad obseruandum ratione scandali, etiam si esset votum solemne ratione irreuerentiæ Diuinæ; & quia Ecclesia non iudicat de occultis, & non credit taliter vouẽtibus, ideo si monachus diceret se non habuisse animum adimplendi votum, non crederetur ei, nam si habuit animum vouendi, sed non adimplendi, votum tenet. Sot. vbi supra.

2 Et nota, † quod transgrediens votum etiam rei leuis, vt dicere vnum Pater noster, est mortale, ex Caiet. v. votum, vid. cap. licet de voto. D. Th. 2. 2. q. 88. si superadditur iuramentum in voto negatiuo, vt non comedẽdi carnes, toties, est mor. quoties agitur contra votũ, sed in voto affirmatiuo, non est mortale, nisi prima vice, nisi est etiam contemptus, quia tunc semel esset mort.

3 Votum † autem de non petenda dispensatione à voto non tenet D. Hieronymus, sic nec teneatur.

QVAESITVM XLV.

SVMMARIVM.

1 *Materia voti, quæ & quotuplex est.*

2 *Votum factum de his ad quæ tenemur non adimplentes dupliciter peccamus.*

De qua re est vouendum, idest quæ est materia voti?

1 DIc, quòd † est duplex, altera affirmatiua, vt voueo me peregrinaturum, altera negatiua, vt voueo me non mentiturum, & vtraque vel est de re ad quam tenemur præcepto, vt nõ occidere, vel de re, ad quam tenemur cõsilio, vt dare eleemosynam extra casum necessitatis.

2 Hinc sciatur non adimplentem votum factum de his, ad quæ tenemur præcepto, duplex peccatum committere contra præcedtum, & contra votum, sed de votis eorum, quæ sunt cõsilij secus dicas, nam vnum tantum peccatum committitur.

QVAESITVM XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Res, seu causa materialis voti quot conditiones debet habere, vt sit obligatorium.*

2 *Posse id dicimur quod commodè possumus.*

3 *Vouens ieiunare in tota quadragesima si non potest in tota non excusatur oportet.*

4 *Votum de re veniali factum non seruare an sit peccatum, & quod.*

5 *Votum de re inutili, vt non filare in die Sabbati, an valeat, & num. 6.*

Quot conditiones debet habere res voti, idest causa materialis, de qua, vel supra qua fit votũ, vt sit obligatorium?

1 DIc, quòd debet † habere quatuor. Prima conditio est, vt sit res possibilis. Secunda vt sit vtilis, non autem vana, uel indiscreta. Tertia, ut sit bona, & iusta. Quarta, ut non sit contraria bono meliori, & sine his conditionibus uotum non obligat; ut qui uoueret impossibile, ut uolare per aerem, uel si uoueret dare mille alicui Ecclesię, cũ nõ posset dare, ni
2 si centũ comodo suo, nã † id dicimur posse adimplere quod comodè adimplere possumus, l. nepos proculo ff. de uerb. signif. Ita hic tenetur ad partem, quam potest, & hoc, siue fuerit impo-

Digitized by Google

tens tempore emissi uoti, siuè postea tenetur ad partem, quam potest.

3 Idem dic de † uouente ieiunare totam quadragesimam, nam si non posset totam, nõ excusaretur ieiunare partem, & si non posset ieiunare ob oleum contrarium sanitati, ieiunet, & comedat carnes, uel oua, de licentia superioris, & in cæteris seruet formã ieiunij. Caiet. V. uotum D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 7. Nauar. cap. 17. num. 25.

4 Et hic sciatur quòd † nõ obseruare uotum factum de re ueniali, licet fieri, non debet, non esset nisi ueniale, non adimplere, & id esset uouere de re illicita, iuxta conditiones supra adpositas. Ita etiam

5 non ualeret † uotum de re inutili, ut non filare in die Sabbathi absolutè, uel nõ ludere in die lunæ, excepto si uotum fieret ob deuotionem Beatæ Mariæ, uel alterius Sancti.

Nam res uoti debet esse utilis, ut resultet in honorem Dei, & in salutem animæ uouentis, uel in utilitatem proximi, Nauar. cap. 17. num. 25. atq, ita uanum esset uotũ illius, qui uoueret non comedere carnem capitis in honorem Sancti Ioannis Baptistæ, uel non resecare ungues in die Sabbathi in honorem Beatæ Mariæ, uel non comedere panem in die Sãcti Antonij, si interueniret superstitio, nisi esset uotum conforme ritui Ecclesiæ, ut ieiunare in pane, & aqua.

QVAESITVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Votum licet quo ad substantiam valeat cum non valeat quoad circumstantias quando sunt indiscreta impossibiles, & inutiles.*

2 *Votum de re indifferenti, an valeat.*

3 *Votum de re mala an valeat.*

4 *Voto de non peccando, nec etiã venialiter, an valeat?*

An ualeret uotum uouentis nõ ludere, & ludendo, ire flexis genibus Beneuento Romam, uel ad alia loca remota, uel ire nudum?

1 Dic, quòd non tenet uotum hoc quoad † circumstan-

cumstãtias indiscretas, & impossibiles, ut ire nudum, & flexis genibus, sed quo ad alia, ut peregrinari, tenet, & debet adimplere, qui contra fecit, quia utile perinutile nõ uitiatur, & hoc uotum uocatur de re licita, sed cum circumstantia indiscreta, quæ non obseruanda. Idem dic omnibus uotis, quibus addita est aliqua circumstantia, uel impossibilis, uel indiscreta, uel inutilis, quod uotum tenet quoad alia, & qui uoueret ire pedestris ad Ecclesiam, teneretur si potest, quia pro bono fine, sed non teneret uotum, si nullus finis bonus adderetur ut non nauigare, non equitare, & simil.

2 Nec teneret † uotum de re indifferenti; id est nec bona, nec mala simpliciter, ut non transire per talem uiam, aut non adire ad talem locum, sed si adderetur finis bonus, teneret uotum, quia in tali via, vel loco posset esse occasio peccati, nam tunc non est res indifferens, sed bona ratione mali euitãdi, & cessante illa occasione, si res redderetur indifferens, votum amplius non obligat, nec requiritur dispensatio D. Thom. 2.2. quæst. 126. artic. 2. Nauar. loc. citat.

3 Nec † valet votum de re mala, vt si quis voueret facere aliquod malum, occidere, mutilare, damnum inferre, nõ facere remissionem odij, vel non facere bonum, licèt vouens peccet, quia contra charitatem, alij dicunt peccare venialiter.

4 Qui verò † voueret non peccare, nec venialiter, votum nõ tenet, quia est de re impossibili, licet sit bona, sed si votũ esset de non peccando de tali peccato mort. vel de non peccando mort. votum valeret, quia non est impossibile abstinere à peccatis mortalibus, sed est impossibile à venialibus, sed si votũ esset abstinere à tali veniali, valeret, putà, de non ludendo aleis, vel troco, Nauar. loc. citat. & cap. 12. num. 15.

QVAESITVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Votum de re bona contraria meliori bono, an valeat.*

Digitized by Google

2 *Vouens non nubere an teneatur ad voti obseruationem.*

An esset validum votum de re bona, se contraria meliori bono, vt sunt bona de consilio, & super erogationis, vt agere vitam cœlibem, ducere vxorem meretricem, quæ habeat animum se emendandi, aliàs licèt votum sit validum, esset dispensabile ad euitanda maiora peccata?

1 Dic, quod si quis † vouerit rem bonam contrariã his bonis dictis perfectioribus, votum non teneret, vt ducere vxorem, quia est contra vitam cœlibem, & contra ingressũ religionis, quæ sunt meliora bona. Nauar. c. 12. num. 15. esset tamen validum votum, quãdo quis voueret, vt supra motus à fine bono, vt non peccandi, vt solebat fornicari, & ideò vouit ducere vxorem ad euitãdum peccatum, tunc votum tenet, ratione finis, & ob circumstantiam adiunctam. Nauar. loc. cit. Votũ de non fide iubendo per aliquo sit validũ nec ne? vide Abb. in cap. si verò de Iure iur. num. 5. vbi hanc materiam accidere solitam bene declarat, si quis † voueret nubere, non teneret votum, qui contrarium meliori bono, sed si ad fugiendam incontinentiam, teneret, ob euitationem mali, si quis voluerit rem bonam pro consequendo malo, non teneret, quia attenditur, intentio voluentis, & non voti.

QVAESITVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Votum de non faciendo quod est de consilio, an sit validum.*

An sit validum votum de non faciendo, quod est de consilio?

1 Dic, quod non, & regulariter est peccatum veniale, sed si quis pertinaci animo voueret de nõ sequẽdo consilium etiã in casu necessitatis, quo tempore efficitur præceptum, vt in dãdo eleemosynam pauperi in extrema necessitate, tunc esset mortale, vt etiam si quis sic voueret animo displicendi Deo, quia contra charitatem, & in confessione debet

per-

Digitized by Google

permittere volens habere animum sequi etiam cõsilia.

QVAESTVM L.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes vt possunt se obligare diabolo per peccatum sic Deo per votum.*

2 *Parẽtes, vel tutores an possunt irritare vota impuberum, & quid in nomine tutrici, vel balia, num. 3.*

4 *Aetas perfecta quot annorum est.*

5 *Pater an possit post pubertate revocare vota filij ante pubertatem emissa.*

An pueri habentes vsum rationis, siuè puberes, siuè impuberes possint vouere?

1 Dic, quòd sic, quia, † vt possunt se obligare Diabolo per peccatum, sic Deo per votum Nauar. c. 12. num. 62. & alij, Abb. in cap.
2 scriptum de voto, sed † parẽtes, vel tutores possunt irritare vota impuberum, nec habet locum in foro Dei dispositio l. 2 §. voto de pollic.
3 Sic etiam mater, † tutrix, vel balia, licèt nõ habeat liberos in potestate, secus, si transierit mater ad secunda vota.

Pater tamen potest irritare vota realia puberum, & reuocare vsque ad ætatem perfectam,
4 † quæ est vigintiquinq. annorum ff. de minor. & vota personalia non potest irritare post pubertatem de Iure Canonico cap. vlt. de Iudic.
5 in 6. Vota † verò emissa ante pubertatem à filio, inscio patre, potest pater post pubertatem illa reuocare. Nauar. cap. 12. nũ. 12. D. Tho. 2. 2. quæst. vlt. artic. 1. & ibi Caiet. Et ratio est, quia fuerunt emissa, quãdo pater habebat ius reuocandi, licèt aliqui teneant non posse reuocare, & ratio est, quia expirauit Ius patris, & patriæ potestas in hoc Sot. lib. 7. de iust. & iur. quæst. 3. artic. 1. Ego tenere cum Doctore meo Angelico, Pater Marius adhæret secundæ opinioni.

QVAESTIVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Parentes an possint obligare filium ad vota per eum facta.*

Digitized by Google

2 *Filij vel vxores petentes à parentibus, vel viris reuocari vota per eos facta, an peccent.*

3 *Maritus an possit reuocare votum vxoris factum in domo patris antequam nuberet.*

An filius teneatur adimplere vota parentum facta pro eo, vt si ægrotaret, & fuit factum votum facere eum monachũ, si viueret, vt solet fieri à parentibus?

1 DIc, quòd † parentes nõ possunt obligare filiũ ad vota per eos facta, sed debet illis suadere, vt adimpleant, sed filij non peccant de non adimplẽdo uoto, sed peccato inobediẽtiæ, nisi excusarentur aliqua rationabili causa aliàs tenerentur obedire, Sot. loc. cit. Sil. in V. Votũ;

2 Et nota nõ peccare filios, nec uxores petentes reuocari vota per eos facta à parẽtibus, uel à uiris, & reuocata post nõ reuiuiscere post mortem eorum, qui reuocarunt c. manifestum, & cap. noluit 23.

3 quæst. 5. ubi scias † maritum posse reuocare uotum uxoris factũ in domo patris antequam nuberet, & ab eo cõfirmatũ, ut de ieiunando singulis Sabbathis, uel communicando primo die mensis, d. c. noluit 33. q. 5.

QVAESITVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Votum Religiosorum non præiudicialia prælatis, vel seruorum, non præiudicialia Dominis, an sint valida.*

An uota religiosorum, quæ non sunt præiudicialia prælatis, uel uota seruorum non præiudicialia Dominis sint ualida?

1 DIc, † quòd sic, & tenentur adimplere quousque non fuerint annullata, & semel annullata extinguntur. Nauar. c. 12. num. 25. Sil. V. Votum 3. num. 4. Abb. in c. scriptura de uoto.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis voti quæ sit.*

2 *Permittens locum non ludere vel aliud quid facere, an sit votum.*

Pro-

Digitized by Google

3 *Promittens se dotare aliquã pro salute aïæ suæ, an sit votũ.*

Quæ est causa finalis voti?

1 DIc, quod est ipse Deus, quoniam votum est actus latriæ, & religionis, & fit Deo immediatè, cum ipsi fit principaliter, vel mediatè, cũ fit Sanctis, nam Deo etiam fiunt, mediantibus Sanctis D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 5. Sil. v. votum. Nauar. cap. 12.
2 num. 73. Hinc non est votũ, si quis promittat socio, non ludere quia promissio de voto fit Deo, & nõ homini, sed si quis reuelasset amico se ingressurum religionem, & ille promittat etiam ingredi religionem, quia promissio illa fit Deo, erit votum, amicus autẽ in illo actu est causa impulsiua, non finalis. Sot. 8. de iust. & iur. quæst. 1. art. 9.
3 Sic, qui promittit se dotare aliquã pro salute animæ suæ, erit votum, quia finis est pietas. Nauar. cap. 12. num. 73.

QVAESITVM LIV.

SVMMARIVM.

1 *Votum de aliquo bono faciendo ad malum finẽ an valeat.*
2 *Vouens fieri clericum ador, vt habeat beneficium pingue, an valeat.*
3 *Votũ quod ordinatur ad malum finem, vt voueo centum si occidero, & an valeat, & vide alia exempla num. 4. & 5.*
6 *Votum an valeat si dicatur promitto centum si euadam à duello.*
7 *Votum an valeat si quis promittat centum si habuerit filium ex concubina.*
8 *Votum an valeat si quis dixerit voueo centum Ecclesiæ si fornicabor in posterum.*

An votum de bono factum ad aliquem finem malum, est validum?

1 DIc,† quòd non, etiam si esset de bono supererogationis, quia, vt dictum est non habet finem spiritualem, vt qui vouet dare eleæmosynam ob vanam gloriam, vel ob corrumpendam Virginem, vel ieiunare, vt videatur bonus, & simil. hoc votũ non valet, quia habet adiunctum malum finem.

Sed quando finis non est annexus voto, idest rei, quæ voto promittitur, & non est res

causæ finalis, determinans rē promissam, licèt determinet intensionem volentis, vt vouere fieri religiosum, vt facilius alloquatur quādam monialem pulchram, tunc votū valet, sed vouēs peccat mort. & ratio est, quia alloquutio monialis non est finis annexus professioni religiosi, sed est finis, quo mouetur ad ingrediendum religionem.

2 Ita etiam si † quis vouit fieri clericum, vt habeat beneficiū pingue, valet votum, sed peccat mort. quia beneficium, vt finis, non determinat Sacerdotium, & idem dicas de similibus.

3 Sed quando votum † ordinatur ad malum finē, vt voueo Deo centum, si in duello occidero inimicum, quia in hoc casu promittitur exequutio voti pro malo fine, nō tenet, & esset votum pessimum, nā vouens faceret Deum, auctorem mortis inimici, Ita † non

4 teneret votum, si quis voueret dicere centum missas, vt potiatur amasia, quia faceret Deum mediatorem fornicationis, Ita † non teneret, si es-

5 set votum conditionale ob malum finem, vt si habuero victoriam de inimico, promitto centum, quia est prohibitum, quod desideratur, idem si diceret, si habuero victoriā de inimico, dabo cētum pro eleæmosyna, quia adhuc malus finis.

6 Sed si † diceretur, si euadam à duello, promitto centum, valet votum, dummodò in promissione non intendant læsionem inimici, etiam si intercedat, postea mors inimici, Ita etiam valet † votum, si

7 quis promittat centum, si habuerit filium ex concubina, quia eleæmosyna illorum cētum eroganda pauperibus, est bona per se, licèt ex mala causa, Ita etiam valeret votū, si sit de malo vitando, ut si

8 † fornicabor in posterum, uoueo centum Ecclesiæ, quia est in pœnam peccati futuri. Nauar. cap. 12. num. 30. secus esset si acciperetur fornicatio pro fine uoti, ut quia fornicabor promitto, uide Summ. Coron. pag. 327.

De

De obligatione voti, & effectu.

QVAESITVM LV.

SVMMARIVM.

1 *Opera quæ sunt maioris meriti quæ fiunt ex cõsilio, vel præcepto, vel voto.*

2 *Vbi maius periculum, ibi cautius est agendum.*

3 *Transgredi votum in parua materia an sit peccatum, & num. 4. & 5.*

6 *Votum quando est impeditiuũ maioris boni, an sit adimplendum, & vide alios casus, vbi non adimplere votum non est peccatum num. 7. 8. 9.*

10 *Mulier vouens castitatem si nupsit licet peccet an teneatur postea seruare votum.*

Quæ opera sunt maioris meriti, quæ fiunt ex cõsilio, uel præcepto, uel uoto?

1 DIc, quod, qui fiunt ob uotũ, & ratio est propter maius periculũ, qđ inest,

2 & ubi † maius periculum, ibi maius meritum. D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 8. D. Ansel. in tract. de similitud. glos. in Clem. unic. c. de reliq. & uenerat. 55, & non adimplens uotum, peccat mort. D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 6. Hinc Eccles. 8. ne spõdeas supra uirtutem, & si spopõderis, quasi restituere cogita, & Prophetа uota mea Domino reddã, & alibi, uouete, & reddite, & cap. magno de uoto.

Sed id non sequitur in parua

3 † materia transgredi uotum, ut qui uouit dicere decẽ Pater noster, si non dixi unum, quia parua, & leuis materia, excusat à peccato.

Vbi uerò quod uouetur est totũ paruum, & totum dimittitur, tunc omittens pecc. mort. licèt Soto aliud uideatur, & ratio ipsius est, quia uouens paruam materiã, uidetur non habuisse uoluntatem se obligandi ad mortale, si transgrediatur. Sed ratio prioris sententiæ est, quia uouẽs uoluit promittere Deo animo adimplendi, & non deludendi illũ ex illa re parua, p gra obtenta, uel obtinenda hinc omissio mortales, ego tamen teneré cum Sot. salua melior sententia.

5 Cum uotum † esset de dando singulis diebus aliquam

paruam quantitatem pauperi, & omitteretur per plures dies, quia tunc materia per multiplicationem omissionis fieret notabilis, videtur mortale. Secus si pro uno die duplicaretur in sequẽti, Sot. 7. de iust. & iur. q. 2. art. 1.

Et hic notandum in aliquibus casibus non esse peccatum nõ adimplere votum. Primo
6 quando † votum esset impeditiuũ maioris boni, vt siquis voluisset fieri clericus secularis, si postea vult fieri Religiosus, non debet obseruari primum votum; Secundo † per
7 infirmitatem, vt qui ex voto tenebatur ieiunare, vel disciplinari in tali die, si impeditur infirmitate, excusatur à voto, durante illa. Tertio
8 quando votum † est de re indifferenti, non tenet. Quarto quando est de re impossi-
9 bili, † non obligat, quia ita præsumitur fuisse intensionẽ uouentis, vt qui uouit in tali die dispensare tot nummos pauperibus, si effectus est pauper, non tenetur ad votũ, durãte paupertate, sed si posset pro parte, deberet pro parte adimplere, ita etiam mulier, quæ fecit votum castitatis, & postea nupsit, licèt peccauit, tamen non tenetur postea obseruare votum in totum, sed in parte, scilicet vt non petere debitum, sed soluto matrimonio, teneretur ad totum, & nota, quod votum obligat pluſquam iuramentum.

QVAESITVM LVI.

SVMMARIVM.

1 *Vouens religionẽ si non recipitur an excusatur.*
2 *Vouens an excusatur si votum esset effectũ impossibile propter impedimentum perpetuum.*
2 *Vouens inconsideratè non aduertens ad onera religionis, vel indecentiam sui status an teneatur ad obseruantiam.*
4 *Vouens religionem si non fuit admissus an in sæculo teneatur seruare continentiam.*

An qui fecit votum religionis, & non recipitur, sit excusatus?

1 Dic, quòd quando votum fuit in genere, debet quærere, vbi recipiatur in omnibus locis religiosorum,

quæ

quæ sunt in illa Ciuitate, quia non tenetur quærere totum mundum, sed in his locis, in quibus vouit, vel circumuicinis, vel tenetur iuxta eius intentionem quærere, & si denique non amittatur, excusatur à voto, quia non culpa sua.

Sed si votum fuisset de aliqua religione particulari, & ibi nō reciperetur citra eius culpā, adhuc excusatur à voto. Ita si in tali conuentu particulari, quia ibi viget studium particulaee, nō tenetur quærere alia monasteria, si ibi nō recipiatur, quia intentio ipsius nō fuit, nisi ad illud particulare ob finem studij, Ita

2 etiam † excusaretur vouens, quādo votum esset effectum impossibile ob impedimentū perpetuum, quo detinetur vouens ad ingrediendum religionem, vt ex infirmitate, vel alia iusta causa, qua non potest obseruare vota religionis, & illius onera sustinere, secus si impedimentum cessaret, nam eo cessante obseruare teneretur.

3 Vbi notādum † adhuc teneri vouentem ad adimplendum votum, si incōsideratè vouit non aduertens ad onera religionis, vel ad aliquam indecentiam sui status, quæ si aduertisset, viq; non vouisset, & ratio est, quia eius inaduertentia nō facit votum impossibile, Sot. 7. de iustit. & iur. quæst. 2. artic. 8. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 5.

4 Nota etiam eum, † qui nouit religionem, & bona fide procurauit ingredi, & non fuit admissus, liberatur à uoto, si promissio ipsius fuit simpliciter ingredi religionem, nec ad aliud intendit, sed si cum uoto religionis fuit etiā continentia, & illam uouendo expressit, si non recipiatur, tenetur in sæculo etiam continere, Sot. loc. citat.

Sic etiam qui uouit non nubere, nil aliud exprimendo, nō tenetur continere ex uoto, sed ex præcepto legis, & sic peccās uno peccato, tenetur, & non duobus, ut puta ratione uoti, & præcepti.

Digitized by Google

De tempore adimplendi votum.

QVAESITVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Votum cõditionale ante euentum conditionis non ligat, & quid si est factum sub pluribus conditionibus num. 2.*

2 *Votum emissum ad tẽpus determinatũ ob aliquã deuotionem, vel affectionem quando sit adimplendum.*

3 *Votum ad diem designatum, & determinatũ quãdo adimplendum, & num. 4.*

5 *Si nec modus nec tẽpus in voto unt apposita detur quam primum adimpleri.*

6 *Votum si sit factum ad talem diem qui venerit die Dominico an eo die sit adimplendum, vel in Sabbato præcedenti.*

7 *Eodem die si plura vota concurrant an omnia simul sint adimplenda.*

8 *Vouens quod adimplere non potest an, & quãdo teneatur adimplere.*

9 *Differẽs votum vltra tempus absque legitimo impedimento an peccet mortaliter.*

10 *Is quem pœnitet vouisse, an peccet mortaliter.*

Quando debet adimpleri votum?

1 DIc, quòd aut votum est conditionale, vt si euadã ex hac infirmitate, voueo
2 centum tali loco pio† ante adimpletam conditionem, votum non ligat, sed post adimpletam, ita etiam quãdo votum esset sub pluribus cõditionibus, & vouens non aliter intendit se obligare, nisi illis adimpletis, tunc non ligatur voto, nisi post omnes conditiones adimpletas, sed si de hoc non cogitauit, tum adimpleta vna conditione, tenetur ad votum, & hoc est securiùs, vt satisfaciat voto. Sil. v. votum 11. §. 2.

2 Quando vero† votum fuit emissum ad tempus determinatum, ob deuotionem, vel affectionem talis diei, puta voueo visitare talem Ecclesiã Beatæ Mariæ Virg. in tali die festo ob concursum populi, vel quia tunc monstrantur reliquæ, & acquiruntur indulgentiæ, si in eo die, vouẽs impeditus est iusto impedimento, & non adimpleuit, debet expectare præfixũ diẽ

anni

Digitized by Google

anni futuri, & si tunc non adimplet culpa sua, vel si eo anno etiam impediatur, debet adimplere primo tempore non impedito, alias peccat, & tenetur satisfacere in alio anno, si adhuc durat cõmoditas.

3 Sed † si votum fuit ad diem signatum, putà ieiunare in vigilia Sanctæ Catherinæ, & pro hac die determinata intendit se obligare, tunc transacto illo die nõ tenetur amplius ieiunare, sed peccauit contra votũ, ac qui non ieiunauit in vigilijs de præcepto.

4 Insuper qui † in voto præfixit tempus non ob deuotionem, sed vt terminum poneret, vt qui vouit infra annum visitare Ecclesiam Beatæ Mariæ Montis Virginis, si trãsijt annus, & culpa sua nõ adimpleuit, tunc peccauit contra votum, & tenetur quam primum adimplere, alioquin esset in peccato.

5 Vbi verò † nec modus, nec tempus in voto apposita sunt à vouente, tunc interpretanda sunt, vt quamprimũ poterit adimpleat, quia ita interpretantur Sacri Canones huiusmodi vota, iuxta illud. Ne tardaueris reddere vota Domino Deo tuo: & eò magis debet quisquam primum adimplere, si timet impedimentum perpetuum ad adimplendum. D. Tho. 4. sent. dist.

6 Vbi nota, quod † in voto ad talem diem, putà in die Sanctæ Catherinæ si festum venerit in die Dominico, si votum fuit factũ pro satisfactione peccatorum, quod vocatur votum afflictionis, tunc vouens debet ieiunare in Sabatho præcedenti. Si verò vouit ob lætitiam festi illius Sanctæ, quod vocatur votum exultationis, tũc ob deuotionem Sanctæ tenetur ieiunare in illo die, sed cum neutro modo cogitauit, tenetur ieiunare in Sabatho.

7 Et cum in † vno die concurrunt plura vota, si sunt compatibilia, debent adimpleri omnia, sin minus adimpleatur, quod perfectius est, pro reliquis verò alio opere pio satisfaciendum est, sin omnia sunt æqualia, adimplendum est quod prius factum est. Sil. v. votum 3.

Digitized by Google

8 Si quis † verò vouit quod adimplere non potest, & non aduertit impedimentum, seù impotentiam, excusatur, & si aduertit, sed putabat impedimentum transiturum, aut impotentiam cessaturam, adhuc excusatur; sed si aduertit impedimentum esse perpetuum, & adhuc vouit, non cessante impedimento tenetur per aliud opus satisfacere, ne promissũ eludatur Sil. loc. cit. Abb. in cap. licèt de iure iurand.

Et hic sciatur peccare mort. qui

9 † absq; legitimo impedimento differt votum vltrà tẽpus debitum, & præfixum cap. nõ est de voto, & ibi Abb. idem Abb. in c. per tuas de voto, nisi excusaret leuitas voti, nã sicut excusaret paruitas voti, dum non adimpletur, sic excusaret, dum differtur Sot. loc. prox. cit. licèt contradicat Caiet. vide Nauar. in manu. cap. 12. num. 12. Vbi etiam scias eum, quem pœnitet vouisse cum animo tamen adimplendi peccare venialiter, sed si pœniteret cum animo non adimplendi peccare mortal. Nauar. loc. cit. num. 65.

QVAESITVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vouens non vesci carnes die Iouis si tali die venit natalis Sanctissimi, & an teneatur eo die ad seruandum votum.*

An qui vouit non vesci carnes die Iouis, & tali die venit dies Sanctissimi Natalis, quo die omnes ob festi excellentiam ex dispensatione Apostolica, vt habetur in cap. vlt. de obseruat. ieiun. carnes vesci possunt, poterunt vesci contra votum?

1 DIc, quod non, qui habent votum, vel qui obstringuntur regulari obseruantia, & in tali casu votum debet, vel obseruari, vel commutari.

QVAESITVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Voterum distinctio, & nu. 5.*
2 *Hæres an obligentur ex voto vouentis mortui, & quatenus num. 3.*
4 *Communitas, seu Vniuersitas ciuium si vouisset ex aliqua*

causa

causa ieiunare singulis annis, an obliget successores.

6 Votum conditionale non obligat, nisi adimpleta conditione.

7 Votum in quibus casibus non obligat, & potest irritari.

8 In dispensatione votorum requiritur causa rationabilis, & iusta alias peccat tàm dispensans quàm dispensatus, & num. 12.

9 Causa rationabilis in dispensatione voti quot modis potest considerari.

10 Ex causa rationabili quando præsumatur superiorem dispensasse.

11 Dispensatus in voto ab inferioribus qui non habētur, vt docti, an teneatur consulere Superiores.

13 In dispēsatione Summi Pontificis veritate ex posita firmiter est quiescendum.

14 Episcopus quando possit in voto dispensare, & quæ sunt reseruata Summo Pontifici.

15 Episcopus an possit commutare vota quorum dispēsatio est reseruata Summo Pontifici.

16 Quæ requirantur in commutatione votorum.

17 Authoritas concessa confessori commutare votum qualiter intelligenda.

18 Votum castitatis, & religionis an semper sit reseruatum Papæ.

19 Votum religionis, & perpetuæ castitatis in quibus differant inter se, & num. 20.

21 Vota aliquando per redemptionem non obligant.

22 Vota aliquando non obligant per interpretationem, & qualiter hoc intelligitur.

23 Votum cessante causa non obligat.

An aliquando votum obliget successores, vel hæredes vouentis?

1 DIc, quòd † votorum alia sunt sollēnia, vt supradictum est, & hæc in duobus casibus, scilicet per professionem in religione approbata, & per susceptionem Ordinis Sacri, alia sunt simplicia, & hæc sunt in triplici differentia, namq; quædam sunt vota personalia, quæ tangunt personam vouentis, quædā realia, quæ tangunt res vouentis, & quædam mista, votum simplex personale est quando quis vouet peregrinari, vorum reale est quando quis

Digitized by Google

vouet cētum alicui loco pio, votum miſtum eſt quando quis,& peregrinari vouet ad aliquem locum deuotionis, & illi donare crucem auream tot librarum.

2 Tunc dic † votum perſonale non obligare niſi perſonam vouentis,ſed votum reale,& miſtum in ea parte in qua eſt reale,obligare etiam hæredes vouentis mortui, l.2. & ibi gloſ. §.1. ff. de pollicit. Sed

3 † hæredes tenentur iuxta vires hæreditatis.Imò,& perſonalia etiam aliquando obligant

4 † ſucceſſores in communitate,& vniuerſitate alicuius loci, vt ſi communitas, ideſt omnes ciues alicuius loci ad euadēdam peſtem vouiſſent ieiunare ſingulis annis in tali die,& viſitare talem Eccleſiā, tunc mortuis illis,qui votum emiſerunt, tenētur & ſucceſſores in eadem vniuerſitate, quia ſemper præſumitur fuiſſe,& eſſe eandem vniuerſitatem, Nauar. cap.12. num.6. & 80.Couar.in cap. ſi hæredes de teſtam.Abb.in cap.licèt de uoto.

5 His adde † omnia iſta vota poſſe eſſe,uel conditionalia, uel pura, uel pœnalia,& conditionale uitiū dicitur, quando emittitur ſub conditione,

6 & † tunc non obligat, niſi adimpleta conditione purum uero dicetur, quando ſine ulla conditione fit uotum, ut uoueo centum tali Eccleſiæ, ſiuè ad tempus præfixum, ſiuè ſine temporis præfixione, & tunc debet adimplere quàmprimùm, pœnale uerò eſt quòd fit in pœnam alicuius peccati, & parum differt à conditionali, ut uoueo nō ludere, & ſi luſero uoueo peregrinari Romam,uel ſoluere centum alicui Eccleſiæ, tunc contrafaciens, tenetur adimplere aliquando tamen

7 † uotum nō obligat ad ipſius obſeruationem quando fit à perſona inhabili, & irritatur à ſuperiore,ut à patre in uotis filij, à prælato in uotis ſubditi, uel à matre tutrice, ſeu tutoribus in uotis pupillorum, à Domino in uotis ſeruorū, à viro in uotis uxoris,& ſimilium, Abb. in cap. ſcripturas de voto.D.Thom. 2.2.quæſt.88.artic.6.& 8.& ibi Caiet.

Nec etiam obligat quando di-

ſpen-

spensatur ab habente potestate, in † qua dispensatione
8 requiritur causa rationabilis, & iusta D. Thom. loc. cit. & Caiet. Abb. in c. 1 de voto, & loc. supe. cit. Idem dic in iuramento, vide Nauar. in c. 12 num. 72. & glos. in cap. non
9 est de voto. Et causa † rationabilis in dispensatione voti posset tribus modis considerari, primo ex parte ipsius materiæ voti, vt si esset indiscreta, vt visitare Ecclesiam per viam difficilem nudis pedibus, & simil. Secundò ex parte ipsius vouētis, vt si vouisset ingredi religionem arctam, & est inhabilis infirmitate aliqua. Tertiò si votum impediret commune, vel perfectius bonum, vt si cōcionator vouisset ieiunare, sed ob ieiunium non potest prædicare, sed omente tenendum
10 † semper præsumi debere superiorem ex iusta causa dispensare, quando reputantur docti, & litterati, & hoc intellige in superioribus inferioribus, qui si non haberentur,
11 vt docti tenerentur † dispensatus consulere peritiores, vt sit tutus, & in dispensationibus horum inferiorum, si nō adest iusta, & rationabilis
12 causa, est nulla, & † peccat tā dispensans, quàm dispēsatus, D. Thom. Caiet. & Abb. vbi supra.
13 Sed in † dispensatione Summi Pontificis, si veritas fuit exposita, est firmiter quiescēdum, quia semper præsumitur fuisse legitimè dispensatum.
14 Et hic nota, † in votis simplicibus dispensare Episcopum, regulariter, exceptis quinque quæ sunt reseruata Summo Pōtifici, vt votum religionis, castitatis perpetuæ, peregrinationis ad Sanctum Sepulchrum, Compostellam, & ad limina Apostolorum.
15 Sed commutat † etiam Episcopus hæc quinque, si fuerint conditionalia, nondum purificata cōditione, licèt aliqui teneant posse per Episcopum commutare prædicta quinque vota, si fuerint conditionalia, quando fuerunt pœnalia, Nauar. c. 12. nu. 75. sed est verior prima opinio. Aliquando etiā vota non obligant quando commutantur in aliud bonum maius, vel

Digitized by Google

æquale ab habente potestate, vt ab Episcopo, vel alio ex priuilegio, vt à Iubileo, & si
16 mil. Et tria † requiruntur in commutatione, primũ potestas, seù authoritas, secundũ causa iusta commutandi, & hæc sufficit qualis, qualis, Nauar. cap. 12. num. 63. Caiet. v. voti dispensatio, & sufficit pro iusta causa propẽsio animi vouentis nolle obseruare votum, tertium vt commutatio fiat in aliud bonum æquale, vel maius.

Sed in commutatione tempore Iubilei, videat Confessor, vt commutet inæquale bonum, vel maius, aliàs esset nulla commutatio, quia authoritas
17 concessa in Iubileo ita est interpretanda, & vota in materia ingressus religionis, vel de sæpiùs confitendo, & cõmunicando posse commutari in orationem, vel eleuationem mentes ad Deum, aut simil. & votum religionis posse bene commutari ad suscipiendum ordines sacros in sæculo, & votum peregrinationis ad erogãdum eleæmosynas, si potest, & ieiunia, & orationes; Et eleæmosynæ debent æquipollere sũptibus, quo vouens fecisset in peregrinãdo, deductis, quos in domo esset facturus tempore, quo erat duraturus peregrinatio, sic etiam posset commutari in ieiunia pro laboribus in peregrinatione, & orationes, pro orationibus, quas fecisset in loco, quo erat peregrinaturus, Caiet. v. votorum dispensatio, & scribentes in cap. magna de voto Nouar. cap. 12. num. 67.

18 Et teneat mente Parochus † votum castitatis, & religionis semper esse reseruatũ Papæ, nisi aliter in bullis fuerit expressum, etiam si fuerit votũ religionis simplex, aut simplex votum castitatis, quãdo est perpetuum, secus, quando non fuerit perpetuum, sed temporale, vt non ducere vxorem, & simil. quia tunc potest dispẽsare Episcopus, vel Confessor virtute Iubilei, vt Petrus vouit non ducere vxorem, Laura non nubere, Fraciscus vouit fieri clericus, Laurentius vouit non fornicari, hæc omnia possunt dispensari ab Episcopo, vel à Confessoribus priuilegiatis,

vel

vel tempore Iubilei per alios Cõfessores approbatos commutari, quia hæc nõ sunt vota religionis seu castitatis,

Et notandum etiam differre

19 † inter se votum religionis, & castitatis perpetuæ, quia votũ religionis ante professionem non obligat ad continentiam vnde si vouens religionem peccaret carnaliter ante professionem, vno tantum peccato ligaretur, sed in voto castitatis perpetuæ, peccans duplici peccato ligatur.

20 Differunt etiam † quia vouens religionem, si ante ingressum duceret vxorẽ peccaret mort. contrahendo, sed potest petere, & reddere debitum sine peccato, secus in vouẽte castitatem perpetuã, nam, & peccat contrahendo, & peccat toties, quoties petit debitum, & remedium esset petere dispensationem, quam potest Episcopus, sed soluto matrimonio istorum, vterq; teneretur seruare votũ emissum prius. Philippus Francus in cap. vnico, de voto in 6. Sot. 4. sent. dist. 38. quæst. 2. art. 1.

21 Aliquando etiam † vota nõ obligant per redemptionem, & est quando res votiua aliquo prætio soluitur, & redimere in hoc sensu est obligationẽ prætio tollere, & debet seruare æqualitas, sicut &c.

22 Aliquãdo etiam † non obligant per interpretationem, & est, quando ratio interpretatur hoc, vel illud votum non fuisse verè votum, & ideo nõ obseruandum, nec in hoc requiritur authoritas prælati, quando votum fuit secretũ, sed in voto publico ad euitandum scandalum debet requiri.

23 Aliquando † votum non obligat cessatione, idest cessante causa voti facti, vt voui non transire per illam viam, quia ibi aderat mulier quadã inhonesta, si discessit inde meretrix, cessat causa voti, & per consequens ipsum votum.

Itaque vota tolluntur cessatione, interpretatione, commutatione, dispẽsatione, redemptione, & irritatione, vt supradictum est.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Superiores an possit dispensare non obstantibus conditionibus appositis in voto, quod superiores non possint dispensare.*

2 *Votum quoad conditiones indiscretas non tenet.*

3 *Vouens non ludere ac ludendo donare Ecclesiæ, &c. coram notario, & testibus, vel penes acta Curiæ, an possit petere dispensationem, vel commutationem.*

An qui vouit non ludere, & ludendo, peregrinari in Ierusalem nudis pedibus, vel lingua per terram, & similibus modis, ita, vt non possit, neque à Sede Apostolica dispensari, nec commutari, nec commutatione, seu dispensatione obtenta vti, poterit obtinere dispensationem, seu commutationem, & uti?

1 Dic, † quòd (non obstantibus appositis conditionibus) possunt Superiores dispensare, & commutare, Felyn. in cap. præterea de sponsal. & in cap. constitutus de rescript. num. 14. Vbi notatur uouentem hoc modo, teneri exprimere in dispensatione, aliàs esset subreptitia, sed quo ad conditiones
2 indiscretas, uotum hoc non teneret, & qui, uouit non ludere, uerbigratia, & ludendo peregrinari in Ierusalem, ante contrauentionem, poterit cum eo dispensari, sed post tenetur adimplere, uide Medin. de uoto.

3 Et hic sciatur † si quis uouisset non ludere, & ludendo, donare cētum tali hospitali, putà Sancti Deodati huius Ciuitatis, & uotum fuit corā Notario, & testibus, uel penès acta Curiæ, non posse hunc talem petere dispensationem, nec commutationē huius uoti, quia Ius est acquisitum hospitali, nec etiam possent procuratores remittere in parte, uel in totum.

Quando uerò tale uotum fuisset in secreto, uel corā amicis, quia non est ius acquisitum parti, potest dispensari, uel commutari ab habente potestatem, & dicas habere facultatem dispensandi.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *In votis quis possit dispensare.*
2 *Difficultas adimplendi vota, an sit iusta, & sufficiens causa dispensandi.*
3 *In redemptione, vel commutatione voti est seruanda aqualitas.*
4 *In redemptione voti secreti, an requiratur authoritas superioris, & quid in publicis, & quid in commutatione voti in melius, num. 5.*
6 *Votum omne factum in seculo tollitur per votum religionis sollemne.*

Quis dispenset in votis?

1 Dic, dispensari in votis, Summum Pontificem in toto orbe, & omnibus votis, Episcopos posse in eorum Diœcesibus super votis simplicibus subditorum tantùm, & eorum, quæ non sunt Papæ reseruata, sic prælatos, quod vota religiosorum, Abbates habentes subditos, & Prælatos inferiores, qui habent in aliquibus locis iura Episcopalia, vt habet Reuerend. Capitulum Beneuenti in Terra Sancti Lupi, vbi creat Vicarium Generalem, olim habebat etiã iura temporalia, & Canonici erãt Barones Castri Ceppalani, & Dominus Archidiaconus in oppidis Cercelli, Collis, & Castri Pagani intra diœcesim Beneuentanam, & intellige semper quo ad inferiores de votis simplicibus non reseruatis Papæ, cæteri Confessores etiã approbati ab Ordinario, nec Curati possunt dispẽsare, nisi ex concessione Superiorum, vel Iubilei; Et hic sciatur quo ad dispensationem, † difficultatem adimplẽdi vota esse aliquando iustã, & sufficientem causam dispẽsandi, quãdo tamen difficultas est in re, quam quis vouit, vt si quis vouisset longum ieiunium in pane, & aqua, quod ex debilitate complexionis, vel iusta alia causa adimplere non potest, sed quando difficultas prouenit ex iniqua consuetudine vouentis, vt qui vouit nõ bibere vinum, nisi bis in die, quia cõsueuerat crapulari, & inebriari, quia licèt hic cum magna difficultate adimpleat vo-

2

tum

tum, tamen non est sufficiens causa ad dispensandum cum eo, nisi ob id infirmaretur.

Aduertatur deniq; in redem-
3 ptione, † vel commutatione voti esse seruandam æqualitatem, vt redemptio fiat iusto prætio, & in commutatione habeatur ratio ad expensas, verbigratia peregrinationis, & ad damna, quæ familiaris res vouentis pateretur, & ad laborem, quē ipse pateretur, vt pro labore ieiunet, & pro orationibus, quas fecisset, oret, vt dictum est, & pro expensis det eleæmosynas, scia-
4 turq, in redemptione † voti secreti non requiri authoritate Superioris, sed in publicis tantùm ad euitanda scandala, vel saltem consensum illius, de cuius interesse agitur. Nec
5 requiri † in commutatione in melius Superioris autho-
6 ritatem, nam omne † votum factum in sæculo tollitur per votum religionis sollemne cap. scripturas de voto ext. licèt eriam illa vota tollantur ex Ecclesiæ ordinatione. Aliqui dicunt requiri authoritatē Superioris, & hc mihi videtur tutior sententia, Sil. v. votum 4. §. 7. & alij.

NVNC DE STVPRO vltra ea, quæ cum de restitutione ageretur dicta sunt in nra Lucerna, seù Catechesi.

QVAESITVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum quid sit.*
2 *Stuprans per vim, vel importunis precibus tenetur ad dotandum stupratam, & quanta debeat esse dos, num. 3.*
4 *Stuprans virginem cum promissione causa ducēdi in vxorē an teneatur ducere, & n. 5.*
6 *Stuprans virginem nō deceptam, sed consentientem, & acceptantem an teneatur ei resarcire damnum.*

Quid est stuprum?

1 DIc, † quod est Virginis fœminæ defloratio, nā cum primum vir defloratur nō dicitur defloratio. Tolet. instruct. lib. 5. cap. 11. & stu-
2 prans † qui per vim stupra-

uit,

uit, vel importunis precibus obligatur ad dotandum ſtupratam,cap. ſi ſeduxerit ext. de adult. & cap. peruenit eodem titulo.

3 Et dos debet eſſe tãta,vt honoratè nubat, ac ſi eſſet Virgo,ad idem tenetur ſtuprãs, ſi falſis perſuaſionibus illam

4 decepit ſi verò † promiſit illam ducere, ſiuè iuraſſet,ſiuè non,tenetur illam ducere, etiam ſi interius aliter ſentiebat,ſi par ipſius ſit, vel ipſa voluerit, ſin aliter, tenetur dotare,Tolet.vbi ſupra.

5 Sed ſi † eſſet inæqualis conditionis tenetur ſolùm dotare.D.Anton.2.p.tit.2.cap.1. §. 1. idem dicendum eſt, ſi promiſit ducere,& eſt æqualis,ſed eſt coniugatus, vel in ſacris,Tolet.vbi ſupra. Imò ſi promiſiſſet ducere, & eſſet æqualis & liber,ſed ducẽdo, ſequeretur graue ſcandalum, ſufficit dotare, Nauar. c.16. num. 8.

6 Cùm verò † virgo non fuit decepta, nec coacta, ſed ipſa cõſentit,& acceptauit, vt defloraretur,tunc defloran nõ obligatur ex iuſtitia ad reſarciendum illi damnum,aut ad aliud, ſed ex charitate, & eò maximè,cùm defloras ſit potẽs,& illa pauper, & timetur periculum ipſius, quia quodammodò videtur ab illius potentia coacta libenter, vel magna ſpe habendi ducta, Tolet. loc. cit. & hæc vltra ea,quæ ſupra de reſtitutione diximus.Vide Nauar.cap.16 num.15. & ſeqq.

Nunc de Adulterio.

QVAESITVM LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Adultera habens filios legitimos,& illegitimos, an teneatur reuelare ne hæreditas perueniat ad illegitimos, & numero 2. & 3.*

4 *Adultera an teneatur cum periculo vitæ reuelare filios illegitimos, & num.5.*

6 *Adulter ſciens filium eſſe ſuũ an teneatur reſarcire damnũ intereſſatorum.*

An adultera habens filios legitimos, ac etiam illegitimos ex adulterio,teneatur reuelare, ne hæreditas proueniat illegitimis?

Digitized by Google

1 Dic quod, † si adultera habet bona propria libera, de quibus posset ad libitum disponere, & potest illis reparare damnum legitimorum, non tenetur manifestare, sed tenetur cum bonis liberis satisfacere filijs legitimis, & resarciri eorum damnum, vel exhortari intrare religionem Theolog. 4 sent. dist. 15. & concordant Canonistæ, cap. officij, de pœnit. & remiss.

2 Cùm verò † non habet bona libera, vel si habet, non sufficiunt, nec sperat reuelando quicquam perficere, quia ei non crederetur, vel si timeret vitæ suæ, vel extimationi, aut aliud scandalum sequeretur, non tenetur reuelare, & debet absolui.

3 Verùm, † si reuelando sperat se profuturam, quia ei credetur, vel ob inditia, quæ dabit, vel alio modo, nec timet vitæ periculum, aut infamiam, tenetur reuelare, & est communis opinio.

4 Sed vbi † esset periculum vitæ, vel infamiæ, etiam si ei crederetur, non tenetur reuelare, & est etiam cõmunis opinio, Scot. 4. sent. dist. 15. q 2. D. Anton. 2. par. titul. 1. c. 8. § 1. licèt alij dicant debere reuelare cum periculo infamiæ, cum redditus sunt multum pingues, ut superet famam, vel adæquent, ut si adultera esset vilis conditionis, & redditus pingues, alias non tenetur, Sot. 4. quæst. 4. art. 2. Andria. de restit. q. 1. Maior. 4. sent. dist. 15. q. 17. qui Andria. & Maior. dicunt simpliciter debere reuelare cum periculo infamiæ, sed melior est prima opinio, quia fama est prioris gradus, quã bona, cum periculo tamen vitæ in casibus ordinarijs nulla tenetur reuelare, Nauarr. cap. 9. num. 82. & alij multi.

5 Sed vbi redditus † essent nimis importãtiæ, ut Regnum, Imperium, Ducatus, & similia, tenetur etiam cum periculo vitæ reuelare, si speret se pro futuram, maximè etiã si sequitur bonum Reipublicæ, Andria. & Sot. loc. cit.

6 Adulter autem, cùm scit probabiliter filium esse suum, tenetur meliori modo, quo potest resarcire damnum interessatorum, Tolet. lib. 5.

cap. 11.

Digitized by Google

c.11. & est cõmunis opinio, sed quando dubitat esse suũ filium, quia fœmina cum alijs se immiscuit, nõ tenetur.

QVAESITVM LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Filij an teneatur credere parentibus dicẽtibus eos suscepisse ex adulterio.*

2 *Filij credentes se esse ex adulterio an teneantur relinquere hereditatem patris putatiui.*

3 *Quæ dicta sunt de filij ex adulterio intelliguntur de filijs suppositis.*

4 *Filijs exponere in hospitali, vel Ecclesia ad euitandam infamiam, vel periculum vitæ an sit licitum, & an occidere partum, num. 5.*

An filij debent credere matri dicẽti eos suscepisse ex adulterio?

1 Dic, † quòd non tenentur credere, etiam si vterq; parens affirmat Abb. in cap. per tuas de Præbat. nisi sufficientia initia, vel testimonia
2 afferant; Sed si crederẽt, † tenerentur relinquere hæreditatem patris putatiui, aliàs non possent absolui excepta illa parte, quam fortè consumpsissent in bona fide, sed Tolet. loc. cit. docet teneri filium credere matri, etiam absq; testimonijs, & indicijs, constitutæ in articulo mortis post acceptum viaticum, maximè si id etiam reuelet confessor ex licentia publica illius adulteræ, & post mors est subsequuta.

3 Et quæ dicta † sunt de filijs ex adulterio, intellige etiam de filijs suppositis, & supponentes, tenentur reuelare, vel restituere, vt dictum est de adultera.

4 Et hic nota † non esse illicitũ exponere filios in hospitali, vel aliqua Ecclesia ad euitandam infamiam, vel vitæ periculum, vt fit aliquando in Ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ huius Ciuitatis, in cuius administratione tẽporali maximè fulget pietas DD. procuratorũ, qui nunc sunt DD. Patricius Leneuentanus ponantur moderni, sed parẽtes tenentur satisfacere loco pio pro impensis, nisi excusarentur à paupertate, sed in vllo
5 vnquam casu, † etiam ad eui-

Digitized by Google

tandum vitæ periculum, licèt occidere partum, aut procurare abortum maximè in fœtu animato.

Nunc de Simonia.

QVAESITVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quid sit.*
2 *Simonia vnde dicitur.*
3 *Peccatum simoniæ est mortale grauissimũ, & vocatur hæresis simoniaca.*
4 *Testes infames admittuntur ad probandum simoniam.*
5 *Cum simonia potest concurrere sacrilegium superstitiosum.*

Quidem simonia?

1 DIc, † quòd est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum, & hęc est communis diffinitio, seù descriptio glos. 1. quæst. 1. D. Tho. 2.2. quęst. 100. art. 1. Nauar. cap. 23. num. 100.

2 Et dicitur à Simone † Mago actuum 8. & c. Saluator 1. quæst. 3. qui volui emere ab Apostolis dona Spiritus sancti, vt possit postea alijs vendere cum suo lucro, Tolet. lib. 5. cap. 84. & eloquentissimus Cornelius dixit, Giezzi vendit, Symon emit, & Ozia ambit.

3 Et peccatum † simoniæ est mortale grauissimum, & vocatur hæresis simoniaca à sacris Canonibus, quia in ea venditur, quod de sui natura non est venditbile. Imo est adeo horrendum scelus ammittuntur † ad illud probandum etiam infames personæ, cap. tanta, & cap. per tuas, de

4

5 simonia, & cum † simonia potest concurrere etiam sacrilegium superstitiosum, vt si clericus vendat Oleum sanctum ad faciendum maleficium, & superstitionem.

QVAESITVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Simonia est probibita iure diuino, & humano.*
2 *Ad simoniam probibendum sunt diuersa pœna statuta, & quando habeant locum nu. 3.*
4 *In simonia quo ad ordines etiam in prima tonsura committitur peccatum grauissimũ*

reser-

Digitized by Google

reseruatum Sedi Apostolicæ, & irregularitas in qua solus Papa dispensat.

Quo iure est prohibita simonia?

1 DIc, quòd est † prohibita Iure diuino, & humano, diuino, vt gratis date, qđ gratis accepistis. Matth. 20. & cap. gratia 1. quæst. 1.

Est prohibita iure diuino positiuo, vt actuum 8. pecunia tua tecum sit in perditione.

Est prohibita de Iure ciuili, vt ff. l. 1. vbi Bart. & in l. si quemq; c. de Episc. & cler.

Est prohibita de iure authent. vt in §. præ omnibus, authen. de sanct. Episcopis.

Est prohibita de iure humano Ecclesiastico de iure decretorum antiquissimo, vt prima q. 2. & 3. & cap. Saluator, & cap. exmultis prima q. 5.

Est prohibita de iure nouo decretalium, vt de simonia per tou m.

Est prohibita de iure nouissimo vt in extrauag. omnibus extrauag. prima, & secunda.

Est prohibita tandem de iure Concilij Tridentini sess. 24. cap. exterus, & cap. aliquibus, & ex constitut. Pij IV. & V. in titulo de confidentia, nec non ex constit. Sixti V. in fine cõtra clericos malè promotos, hinc colligitur quàm malum sit simonia, ad quam

2 prohibendam † sunt statutæ diuersæ pœnæ, vt excommunicatio latæ sententiæ, suspensio ab officio, & beneficio, depositio ab omni gradu Ecclesiastico, etiam ab ipsomet Ordine sacro, quo ad exercitium, non tamen quo ad caracterem, quia est signum indelebile. Inhabilitas tàm ad beneficium, in quo contracta est, quàm ad alia, quæcunque recipienda ex constitutione Pij V. Irregularitas etiam & obligatio restituendi fructus beneficij, quæ restitutio est facienda Ecclesiæ, cui facta est iniuria, cap. de hoc de simonia, & ibi glos.

3 Sed notandum, † quòd dictæ pœnæ sunt constitutæ cõtra simoniacos quoad beneficia, & Ordines sacros, pro alijs verò speciebus simoniæ contrahitur solum modò peccatũ mortale, nec alia pœna irrogatur, sed de exceptis facienda est restitutio pauperibus. Extrauag. 2. de simonia,

Digitized by Google

4 & in simonia † quo ad ordines etiam si est prima tonsura committitur peccatū grauissimum, & reseruatum Sedi Apostolicæ, & cōtrahitur irregularitas, cum qua solus Papa dispensat.

QVAESITVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quotuplex est.*
2 *Simonia mentalis dupliciter esse potest.*
3 *Qui deseruit Episcopo ac mente principaliter pro obtinendo beneficio non potest absolui, nisi deponat hāc intentionem.*
4 *Simonia conuentionalis, qua & quot modis contigere potest num. 5.*
5 *Restitutio dati ob simoniam cui est facienda.*
6 *Simonia realisque, & num. 7. & 8.*
9 *Simonia an sit remittere debitum antidotale pro spirituali concedendo.*
10 *Ratio quare usura mentalis obligat ad restitutionem, simonia vero mentalis secus, & num. 11.*
12 *In necessitatibus nemo liberalis est.*

Quotuplex est simonia?

1 DIc, † quod est triplex, mētalis, conuentionalis, & realis, Abb. in cap. nemo de simonia, & DD. in c. consuluit de vsura.

Mentalis dicitur illa, quæ mente tantùm, aut animo, aut intentione concipitur, nec deducitur ad vllum pactum, seù conuentionem exteriorem, nec ad effectum, & hæc dupliciter

2 † potest esse vno modo, quando est voluntas deliberata emendi, vel vendendi rem spiritualē, aut illi annexum, sed quia non adest, nec inuenitur alter contrahens, non deducitur ad effectū, Caiet. v. simonia, Armilla eod. v. num. 5. & hæc simonia inducit solummodò peccatū mortalem, sed non alias pęnas, vt supra enumeratas cōtra simoniacos.

Secundo modo simonia mentalis potest contingere, quādo vltra mentem, seù intentionem deliberatam, vt supra deuenitur ad factū, vt si quis hac mente acquirendi beneficium deseruit gratis Episcopo, vel soluit, aut mutuat alicui

Digitized by Google

cui pecuniam, & cum cõfertur beneficium ei, est simonia, ex parte ipsius, & si concurreret etiam intentio Episcopi, seu alterius collatoris erit simonia ex parte vtriusq; adhuc mentalis, sed collatio beneficij tenet, nec obligatur ad restitutionẽ beneficiatus, nec incurrit alias pœnas, nisi solummodò peccatum mortalem, Nauar. c. 23. nu. 102. Caiet. v. simonia in fine Diu. Thom. 2.2. quæst. 100. art. 1. ad beneficium, & ideo potiùs vocarem peccatum simoniæ, quam simoniam, hanc mentalem simoniam.

3 Hinc sequitur eum, qui † deseruit Episcopo, vel alteri collatori hac mente principaliter pro obtinendo beneficio, non posse absolui, nisi deponat hanc intensionem, quia est in statu damnationis, idem dic de mutuantibus illis, qui habent ius ad præsentandum ad beneficia, vel inseruientibus, vel quouis alio modo fauentibus alicui, à quo beneficium sperat, etiam nulla facta expressione eius intensionis.

4 Altera † species simoniæ dicitur conuentionalis, quæ tunc contrahitur cum contractatur res spiritualis prætio, & fit pactum super re spirituali, siuè hoc implicitè fiat, siuè explicitè, nutu, verbo, vel quouis alio signo significatiuo, Abb. in cap. tuanos, & in cap. cum esset, & in cap. ex tua, de simonia, & ibi

5 Felyn. Hæc species † simoniæ tribus modis potest contingere, primo quando fit pactũ implicitè, seù explicitè vendendi, seu emendi res spirituales, & in hoc primo modo committitur grauius peccatum, quàm in simonia mẽtali, nõ tamen incurruntur aliæ pœnæ. Secundo modo quando sequitur effectus ex parte dantis, vel promittentis temporale pro spirituali, sed non ex parte promittentis spirituale, & hoc modo non incurruntur pœnæ, sed tantùm peccatur mort. grauissimo, & recipiens temporale, licèt non habeat intensionem cõferendi spirituale, tenetur restituere, quod recepit, alias non potest absolui, Nauarr. cap. 23. num. 103. Caiet. v. simonia in fine.

Digitized by Google

5 Et restitutio † in hoc casu est facienda danti, licèt turpitudo appareat ex vtraque parte, quia hoc sequitur in foro exteriori, cum datur in pœnam, quæ pœnæ non debentur in foro conscientiæ ante condemnationem, glos. in cap. fraternitas 12. quæst. 2. Nauarr. consil. 10. de simonia; Nec huiusmodi restitutio facienda est beneficio, cui facta est iniuria, quia nulla iniuria realis facta est beneficio.

Tertio modo potest contingere simonia conuentionalis, vt quando est sequutus effectus ex parte dantis spirituale, sed non ex parte dantis temporale, & hic etiam non incurruntur pœnæ, nisi solummodò peccatum mortalem grauissimum, licet aliqui dubitent, & melius Sot. 9. de Iustit. & iure quæst. 8. artic. 1. & ratio est, quia beneficium fuit collatum sub spe temporalis prætij, & idem habere prętiũ, & habere fidem de prætio, instit. de rer. diuis. §. vendita', Nauar. tenet contrarium, & communiter omnes.

6 Tertia species † simoniæ dicitur realis, & est quando adimpletur conditio, seù conuentio ex vtraq; parte, scilicet dantis spirituale, & recipientis temporale, & in hac debet concurrere, vt sit perfecta, & realis simonia, animus malus emendi, vel vendendi spirituale, vel illi annexum, conuentio, vel pactũ implicitum, seù explicitum, & effectus ex vtraq; parte, scilicet datio, & acceptio, & in hac simonia reali incurritur grauissimum peccatum mortale, & omnes pœnæ, vt supra numeratæ.

7 Quod † procedit etiam si nõ fuerit soluta tota pecunia promissa, sed pars ipsius, imò procedit etiam si nihil fuerit datum, sed tantum remissa actio, vel aliquod ius pecunia extimabile iuxta regulã, qui obligatione liberatur tãtùm dedisse videtur ff. de regul. Iur. l. siquis obligatione.

8 Imò † etiam hoc procedit si dolo, vel fraude per sponsionem esset datum aliquod tẽporale, vt si frater collatoris promisit, quid eius frater collator cõferret beneficium

al.

Digitized by Google

alteri clerico quo casu ipse lucraretur; cētum, cū aliquo sin minus ipse solucret cētū illi, & hoc si fr manifestasset collatori, & ille hac spōsione motus cōferret, vt eius frater lucretur illos centum, hęc est simonia realis Nauar. cap. 27. num. 101. & seqq. secus esset † si debitum esset remissum antidotale, non autē legale, P. Marius de simonia, & tunc nō incurrerentur nec pœnę, nec peccatum, quia non simonia realis, Ita etiam non committit simoniam realem, qui promittit temporale pro spirituale, animo tamen non adimplendi promissum, sed non excusatur à peccato mor. P. Marius vbi supra.

10 Si vsura † mentalis obligat ad restitutionem, vt dictum est, quare simonia mentalis non obligat similiter ad restitutionem, nisi ad peccatum? Dic, quia in vsura obligatio restituendi est facienda danti temporale, & soluenti illā vsurā, in Simonia restitutio facienda est Ecclesiæ, cui facta est iniuria, quæ in hac mentali nulla facta est. cap. de hoc de simonia, præterea summus Pontifex in restitutione nō tollit ius parti, quia esset contra Ius diuinum, sed in iniuria Ecclesia, vt est in simonia mentali, potest dispēsare, vt non incurrantur pœne, & restitutio DD. Lo. cit. Præterea quia quando datur temporale, vt in simoniaa. mērali, datio est libera, & ideo quasi donum, & transfertur dominium in accipientem, secus est in Vsura, in qua coactè datur, nempè à necessitate, propterea, que non transfertur domminium, quia in

12 necessitatibus † nemo liberalis est, l. rem legatā, ff. de administrat. leg.

De Simonia causa, ex parte efficientis.

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Recipiēs ordinem sacrum, aut beneficium, &c. ob pecuniam datam collatori ab eius consanguineis ex inscio ad quid tenetur.*

2 *Fructus beneficiorum perceptos an teneatur restituere qui*

simoniacè obtinuit beneficiū sciens, vel ignorans, & cui sit facienda restitutio, num. 3.

4 *Beneficiatus non peccat, nec incurrit aliquam pœnam, nec tenetur resignare si amici in eius odium dederint pecuniam electori.*

5 *Simonia an sit si consanguinei vel amici clerici dederint pecuniam Episcopo ne committat simoniam cum aliquo.*

6 *Ordinandus, vel beneficiādus si dedit pecuniam consanguineis Episcopi eo inscio, an committat simoniā, & ad quid teneatur.*

7 *Consanguinei, vel amici beneficiandi, vel ordinandi si promittant, vel dant pecuniam cōsanguineis, vel familiaribus Episcopi eo inscio, & inscio beneficiando, an teneatur resignare.*

8 *Mediatores, & proxonetæ simoniæ sunt excommunicati excommunicatione Papali, & ad quid teneantur.*

Quid dicendum de eo, qui recepit ordinem Sacrum, aut beneficium, aut ad illud fuit electus, seu presentatus per pecuniam datam collatori, seu electori à consanguineis seù amicis ipsius eo inscio?

1 Dic, quòd † quàm primū sciuerit, tenetur resignare beneficium sic ei collatū, quia hoc modo non valet collatio nec titulus, licet ipse nil peccasset, nec incurrit pœnas, c. statuimus, & ex insinuatione de simonia, sed si sciens notificasset, peccaret, & tenetur resignare, non tamen tenetur restituere fructus † perceptos, durante bona fide, sed si post scientiam recepisset fructus, tenetur illos restituere à die malæ fidei, deductis expensis, habita consideratione ad laborē diuini officij recitati, seù alias à beneficiato ratione beneficij perpessum, si tamen beneficiatus recitauit officium ratione beneficij, quia non erat in sacris.

2

3 Et restitutio † in casu proposito fructuum malè perceptorum, vel facienda est Ecclesiæ læsæ, vel alijs læsis, vel hic beneficiatus componat se cum Camera Apostolica, cui in foro exteriori facienda esset dictorum fructuum restitu-

tio,

tio, vel dispensęt dictos fructus pauperibus etiam consanguineis, si sint pauperes, imò sibimet ex consilio Cõfessoris, si est pauper, vel vt in posterum etiã secutior sit, impetrari à sede Apostolica nouam prouisionem beneficij appellatam Perinde valere cum expressione facti, & confirmatione fructuum malè perceptorum, Nauar. cap. 28. num. 15. & 16. & in cons. de simonia 15. & 60. Hoc tamen non procedit cõtra dictum beneficiatum, nisi post ipsius scientiam, & ratihabitionem, c. sicut de
4 simonia nec † procedit, si amici, vel consanguinei beneficiati dederint pœcuniam Episcopo, vel electori ĩ odiũ ipsius beneficiati, quia tunc, nec peccat, nec incurrit pœnas, nec tenetur resignari, Nauar. lo. citat. & d. cap. sicut de simonia.

5 Nec † esset simonia, si consanguinei, vel amici alicuius clerici dederint pecuniam Episcopo, vel electori, non vt conferat beneficium seu eligat, sed vt ne committat simoniam cum aliquo, & ratio est, quia pecunia non fuit data pro beneficio, sed ad aliũ finem, Abb. in cap. cum in Ecclesia de simonia.

6 Sed aliter dicendum est, si ordinandus, † seu beneficandus dedit pecuniã non Episcopo, sed eius cõsanguineis ipso Episcopo inscio, quia hoc modo confertur beneficium, vel ordo siamoniacè à non simoniaco, & beneficiatus subit eo ipso censuras, & pœnas, & tenetur resignari beneficium cum fructibus, sed collatio ordinis valet, sed ordinatus est suspensus, & si exercet ordinem est irregularis.

7 Cùm verò † consanguinei, seu amici beneficiandi, vel ordinandi promittunt, seu dant pecuniam consanguineis, vel familiari Episcopi, eo inscio, & inscio beneficando, & confertur beneficium neuter incurrit, sed à die scitæ, beneficiatus tenetur resignare, in quo casu quando promissio pecuniæ non fuisset adimpleta per consanguineos, seu amicos beneficiati, & ipse id sciuerit, debet prohibere, ne adimpleatur pro-

missum; & sic simonia esset tantùmodo conuentionalis, & posset retinere beneficium modo, quo supra ei collatũ.

8 Hic notandum † mediatoris, & proxonetas simoniæ esse excomunicatos excommunicatione Papali, & teneri restituere, si quid receperint à partibus, ac etiam teneri insolidum ad restituendum omnes fructus malè perceptos cum ipso beneficiato, Nauar. Cons. 69. de simonia.

De simonia ex parte causæ formalis, idest quo simonia committitur

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Causa formalis simoniæ quæ sit.*

2 *Precium seu munus quod in simonia interuenit potest esse triplex à manu à lingua, vel ab obsequio.*

3 *Laudans seu adulans collatorem beneficij, vel electorem, an committat simoniam, & quot modis, & num. 4.*

Quæ est causa formalis simoniæ, idest quo simonia committitur?

1 DIc, quod † est pretium, seù omne, munus, quod est pretio extimabile, † & hoc potest esse
2 triplex, vel à manu, vel à lingua, vel ab obsequio cap. ordinationes, & cap. non nulli prima quæst. 1. & ibi glos. Per munus à manu intellige non solùm pecuniã numeratam in præsentia, sed omne temporale comodum pecunia extimabile l. 1. §. vlt. ff. de cal. per munus à lingua, intellige laudes, seu adulationes, quibus committitur simonia, & hoc modo laudans, † seu adulans incurrit
3 simoniam duobus modis, primo quando quis laudat aliquem apud collatorẽ beneficij, vel electorẽ ad illud, quæ laudatio fuit causa efficax, vt illi laudato conferetur beneficiũ vel ad illud eligeretur; si laudans habuerit aliquid à laudato hac occasione, vt putà aliud beneficium, vel aliquod pretium extimabile, laudans incurrit

simo-

Digitized by Google

simoniam, si ea intensione laudauit, vt laudato beneficium conferetur, & laudans haberet aliquid. Sot. lib. 9 de Iust. & Iur. q. 7. art. 3.

Secundo per adulationem, † & est quãdo quis, vel historicus, vel poeta, vt collatorẽ beneficij sibi benevolum faciat, promittit eum velle in opere celebrare cum hac intentione, vt sibi beneficium conferat, si illi confertur, simonia committitur ex parte sic adulãtis, & si concurreret collator, ipse etiam incurreret simoniam. In aliis laudibus non incurritur simonia, vt in ante dictis, & ratio est, quia in his præcessit conuentio.

QVAESITVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an sit si quis dat pecuniam potenti, vt eam apud Papam cõmendet, laudet, & idoneum asserat ad beneficiũ consequendum.*

2 *An sit simonia si quis laudat apud Summum Pontificẽ aliquẽ pro beneficio obtinendo sine aliqua præuia cõuentione.*

3 *Præces an omnes inducant simoniam effusa apud collatorem beneficij.*

An est simonia, si quis dat pecuniam alicui potenti apud summum Pontificem, non ad consequendum beneficium, sed vt ille exponat dantis idoneitatẽ apud summum Pontificem, & meritum ipsius, & vt illum commendet eius Sanctitati?

1 DIc quòd, † non Felin. in capit. tua nos de simonia, Nauarr. capit. 23. num. 107. & est cõmunis opinio, & hoc sequitur, etiã si postea laudato occasione ante dicta conferatur beneficium, Nec etiam esset simo-
2 nia, † si quis laudet apud summum Pontificem aliquẽ pro beneficio obtinendo sine aliqua præuia conuentione, sed esset simonia, si collator moueretur ad conferendum beneficium seu elector ad eligendum ad præces alterius in recompensationem seruitiorum præstitorũ, quia illæ præces sunt pretio extimabiles, & qui seruitia præstitit, obtento beneficio, non

habe-

habebit amplius remunerationem, & ita sibi satisfactum est beneficio pro temporalibus seruitijs, D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. Felin. d. cap. tuanos de simonia. Sot. loc. cit.

3 Hic nota, † quod non omnes preces inducunt simoniam, nam præces humiles, si effundantur pro digno apud collatorem beneficij nõ inducunt simoniam, sed si pro indigno, nec inducunt simoniam, sed tantummodo peccatum, & hoc quando præces humiles essent causa efficax, vt indigno conferretur beneficium Abb. in cap. tuam de ætat. & qualitat. Ripa in cap. cum M. Ferrarien. de constitu. num. 31.

Sed præces, quæ dicuntur armatæ aliquando inducũt simoniam, aliquando non inducunt, vide Sot. lib. 9. de Iust. & Iur. quæst. 7. artic. 3.

De simonia muneris ab obsequio.

QVAESITVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Obsequia an inducant simoniam.*

2 *Simonia an sit si venditores rerum cõmestibilium promitterent collatori beneficij se daturos ex melioribus ei promittenti filijs illorum conferre.*

3 *Muneris acceptatio est prauaricatio veritatis.*

4 *Munera peruertunt verba iustorum.*

5 *Munera qui dat victoriam acquirit, & aufert animam accipientis.*

An obsequia inducant simoniam, vt familiaritas, honor, & id genus?

1 DIc, quod † sic, quando sunt pretio extimabilia, vt seruire Episcopo principaliter ob beneficium (vt esset vsuram mutuare alicui, vt laudet mutuantem, l. rogasti, ff. si certum petat.) Nau. c. 23. num. 87. Ita etiam esset

2 † simonia, si venditores, rerũ cõmestibilium, vel aliarum, promitterent collatori beneficij se daturos ex melioribus ipsi collatori, promittenti conferre beneficium illorum filijs, vel si esset Episcopus, promittente illorum filios ordinare cap. 1. & 2. & cap. pleriq; 24. quæst. 3. & sic

con-

conclude obsequia inducere simoniam, quando principaliter fiunt pro obtinendo beneficio.

Hic nota primo ex salem. prouerb. c. 5. qui odit munera vi
3 uit, † nã acceptatio muneris, est preuaricatio veritatis, qui recte. 11. q. 3. & rursus prouerb. c. 21. munus absconditum, extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam, & Deutor. cap. 16. mu-
4 nera peruertunt, verba iustorum, & Genesis. c. 32. placabo, eum muneribus, & 1. Reg. cap. 8. qui accipit munera, auarus est, & peruertit Iudicium, & Isaias, c. 1. princeps tui infideles, & socij furum deligunt munera, & Iob. c. 36. nec multitudo donorum inclinet te, & Deutor. rursus c. 27. qui accipit munera, est maledictus, & prouerb. cap. 22. victoriam, & ho-
5 norem, † acquiret, qui dat munera, animam autem aufert accipientium.

De simonia ex parte causæ finalis, vel principalis.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis seu principalis simoniæ quę sit, & quæ causa impulsiua, num. 2.*

3 *Inseruiens Episcopo vel collatori principaliter vt eius gratiã acquirat & ex illa gratia spe ret beneficium an cõmittat simoniam.*

4 *An sit simonia dare aliquid temporale pro missis celebrandis vel prædicatione, & simil.*

5 *An sit simonia dare aliquid temporale Episcopo per modũ spontaneæ liberalitatis.*

6 *Et quid per modum mercedis laborum.*

7 *Et quid per modum laudabilis consuetudinis.*

8 *Consuetudo recipiendi aliquid pro sepultura mortuorũ vel benedictione sponsorum vel extremauntionis ministratione.*

9 *Recipere aliquid temporale pro collatione spiritualis per modum laudabilis consuetudinis, an licet.*

10 *Ante exequias mortuorũ, an possunt ministri pacisci delecto & pannis mortuorum.*

11 *Laudabilis cõsuetudo, quæ sit & quãdo licitũ faciat. nu. 12.*

Digitized by Google

13 *Cõsuetudo a laicis introducta fauore clericorum an & quando valeat.*

14 *Cõsuetudo soluendi aliquid à clericis ipsis laicis an valeat.*

15 *Consuetudo antiquitus introducta aliquid præstandi à clerico clericis an valeat.*

16 *Consuetudo vt nouus Canonicus solueret tot pro reparatione Ecclesiæ &c. valet.*

Quæ est causa finalis, seu principalis simoniæ in hoc proposito?

1 DIc, quod † est illa, quæ principaliter ab agente consideratur, & intenditur, & quæ ipsum agentem mouet, vt finis, Bartho. l. ambitioſe de . . .

Est, & alia causa, quæ dicitur minus principalis, †

2 vel alio modo causa impulsiua, secundario motiua, excitatiua, vel causa sine qua nõ, qua mouet ad faciendum aliquod ad alium finem, Bartho. l. 2. §. vlt. ff. de donationibus.

Hinc sequitur non committere

3 simoniam † inseruientem Episcopo, vel collatori beneficiorum, non principaliter vt habeat beneficium, sed vt acquirat illius gratiam, & ex illa gratia postea speret beneficium, & ratio est, quia spirituale non fuit principaliter intentum, sed secundario, sic etiam qui inseruiunt gratis Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus ad acquirendam eorum gratiã principaliter, si postea eorũ fauore illi obtinent beneficia nullam committitur simonia, etiam si alias eis non inseruissent, nam seruitium est, causa, sine qua non, & secundaria, & ita non inducit vitiũ, nam causa principalis est illa, quæ inducit, simoniam, & etiam vsuram, non autem causa impulsiua secundaria, & motiua, etiam si sine ea, non inseruissent.

4 Hinc etiam sequitur † non esse simoniam dari aliquid temporale pro missis celebrãdis, seu celebratis, prædicatione, & similibus, quia non dãtur per modum pretij rei spiritualis, sed per modum substentationis, & pro labore, quod procedit etiam si celebrantes fuerint diuites.

5 Nec erit † simonia, si datur aliquod temporale Episcopo

pro

pro ſpirituali per modum ſpontaneæ liberalitatis, quæ in conſcientia excuſat quia non datur vt pretium licèt in foro exteriori aliter iudicaretur.

6 Nec erit † simonia, si datur temporale pro ſpirituali per modum mercedis laborum, quod potiùs erit per modum locationis operum in labore, vt Abb. in c. ad noſtram, & in c. tua nos de simonia, etiam si sint diuites miniſtri: quod tamen eſt intelligendũ de labore extrinſeco ipsi operi ſpirituali.

7 Nec erit simonia, † si datur temporale in datione, rei ſpiritualis per modum laudabilis conſuetudinis cap. ad Apoſtolicam de simonia hinc

8 ſequitur eſſe ſeruandam conſuetudinem recipiendi aliqd pro ſepultura mortuorũ, vel pro benedictione ſponſorum, vel in extremæ vntionis miniſtratione, & ſtante conſuetudine, poteſt parochus, & recipere à dante, & exigere à negante, P. Marius de simonia, & regulariter li-

9 cèt recipere † aliquod temporali in collatione rei ſpiritualis per modum laudabilis conſuetudinis, dummodo ſeruetur modus dandi, & recipiendi, & dentur prius ſpiritualia, & deinde petantur temporalia, aliàs eſſet ſcandalum, D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 3. in corpore. DD. in c. ad Apoſtolicam de simonia quia non recipiuntur tanquã pretium rei ſpiritualis.

Verùm vbi timeretur (vt experientia docuit) laicos iuxta laudabilem conſuetudinem non ſoluturos, & sic veniendum eſſe ad lites coram iudice laico, in hoc caſu poſſunt prius peti temporalia, deinde dari ſpiritualia, aut capi pignora pro illis, aut alio modo caueri, vt Eccleſiaſtici ſeruentur indemnes, Nauar. c. 23. num. 106. fil. simonia nu. 8. Gaiet. 5. simonia, num. 4.

10 Imò † ante exequias mortuorum poſſunt miniſtri paciſci delecto, ſcù pannis mortuorum. Hoſtien. in ſumma de simonia, num. 6. Tabien. simonia num. 40.

Laudabilis autem conſuetu-

11 do † eſt quæ habuit, originem à bono, & pio principio, & eſt quando incepit si-

Digitized by Google

né vlla exactione, sed ex mera liberalitate, & deuotione dantium hucusque sine controuersia deducta, sed quæ habuissent initium à malo principio, corruptela potiùs, quàm consuetudo diceretur, vt si à principio esset datum temporale rei Sacræ spiritualis per modum conuentionis, vel exactionis vide cap. cùm in Ecclesia, & ibi Abbatem de simonia.

12 Sed vt cõsuetudo † prædicta licitum faciat, requiritur, vt sit in viridi obseruãtia, quod signum est habuisse originem à bono principio, aliàs secus, & in casu dubbij præsumendum est habuisse bonum principium.

Hic nota, quod consuetudo inter laicos, & laicos, aliquos soluendi non præscribitur, nec valet, vide Abbatem in c. tua nos de simonia, sed

13 † consuetudo à laicis introducta fauore clericorum valet, & dicitur laudabilis, quando ex liberalitate, ortum habuit, & sic absq; simonia exigere licet, quod laudabili cõsuetudine introductum est, cap. Iacobus de simonia, & cap. in tantum, & sicut pro certo, eod. tit. Sot. loc. cit. quæst. 7. artic. 3.

14 Et notandum, † quòd si esset introductum à consuetudine solui à clericis aliquod ipsis laicis, non valet consuetudo, nisi res valde modica esset, & causa ipsa pia, vt dispensatio candelarum in die Purificationis, sed si esset onus graue, consuetudo nõ valeret, Felin. in cap. dilectus, & ad Apostolicam de simonia, Sil. V. decima num. 7. deferre infesto Purificationis Candelas, ad domos est prohibitũ in ciuitate acdiœcesi Beneuentana ex decreto sinod. prouin.

15 Cùm verò consuetudo † esset antiquitus introducta præstandi aliquod temporale à Clerico clericis, si quod datur redundat in vtilitatem singulorum, non valet, & est corruptela, & inducit simoniam, si datur pro re spirituali, cap. in tantùm, & cap. sicut pro certo de simonia, secus si redundaret in vtilitatem communem, & pro bono publico, & pio, vt pro reparatione Ecclesiæ, & similium,

quia

Digitized by Google

quia tunc liceret, Nauar. cap. 23. num. 101.

16 Hinc † si esset consuetudo, vt nouus canonicus, solueret tot pro reparatione Ecclesiæ, vel pro confectione Calicis valeret, nec esset simonia.

QVAESITVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Compositio an sit licita in beneficialibus, & an transactio, num. 2.*

3 *Redimere vexationem super beneficium an sit simonia.*

An sit licita compositio in beneficialibus, vt si inter duos litigantes beneficium communes amici, quibus res remissa est ceù Episcopus ad euitandas expensas, & discordias subditorum, post beneficium ab altero alteri liberè, & sine vllo pacto expresso renuntiatum, dicunt aliquid esse dandum ab eo, cui resignatum est beneficium renuntianti pro conseruanda amicitia.

1 Dic, † non interuenire simoniam si aliquod detur modo gratis detur, & gratis offeratur ad propositionem amicorum, Abb. in c. super eod. de transact. & ibi scribentes communiter, secus

2 dic † de transactione super beneficio, quia ibi in esset simonia realis, & ideo in tali transactione consulendus est Sãctissimus Dominus noster d.c. super eod. sicut etiam

3 † esset simonia redimere vexationem super beneficio de iure datam, & recipiens aliquid peccat, & tenetur restituere, secus est si redimitur vexatio de facto datam, glos. in c. dilectus el primo de simonia, vide Felin. in c. dilectus el 1. de sim. & D. Tho. 2.2. q. 100. artic. 2. d. 5.

QVAESITVM LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatori sine labe simonia an possit pacisci de mercede seu eleemosina prædicationis.*

2 *Cappellano alicuius ecclesiæ an liceat pacisci de mercede pro celebratione missarum.*

3 *Cappellanus absq; labe simoniæ potest inuestigare Ecclesiam vbi pinguiores eleemosinæ dentur.*

Digitized by Google

4 *Prędicatores non debent quæstus causa prædicare.*

An liceat prędicatori sine labe simoniæ paciſci de mercede, ſeu eleemoſina prędicationis?

1 DIc, quòd † ſic pro expenſis vel obligatione quia non venditur ſpirituale, quod eſt verbum Dei, & prędicatio, ſed obligatio ad prędicandum, quæ eſt quoddam temporale, Sotus lib. 9. de Iuſt. & Iur. quæſt. 6. artic. 1.

2 Hinc ſequitur † licere Cappellano alicuius Eccleſiæ paciſci de mercede pro obligatione miſſarum celebrandarum, facit text. in c. ſignificātis de prębendis, & ibi gloſ.

3 & Abb. Imò poteſt † cappellanus abſq; labe ſimoniæ inueſtigare Eccleſiam, vbi dentur pinguiores eleemoſinæ, vt ibi inſeruiet, Nauar. c. 23. num. 101. Sot. 9. de Iuſt. & Iur. quæſt. 6. artic. 2. & hoc etiam ſi eſſent diuites, ſed poſſet hic adeſſe ſcandalum ob præſumptā auaritiam, & ideo cum magna cautela procedendum, vt quod ſponte datur, recipiatur. cap dilectus el 2. de ſimonia, quod etiam

4 dicerem † de prædicatoribus, ne de eis dicatur, quod prædicant quæſtus cauſa, ſed vt potiùs nos, & non noſtra quærant, contra quos exclamabat Apoſtolus illis verbis ad Corinthyos. 1. c. 2. ſunt cauponantes Verbum Dei, vel (vt alias cēſio) adulterantes verbum Dei.

QVAESITVM LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an ſit ſiquis, renūciat beneficium litigioſum vel non litigioſum cum pacto quod ei ſoluantur expenſę in lite vel in bullis erogatis.*

An ſit simonia, ſiquis renuntiet beneficium litigioſum, ſiuè non litigioſum cum pacto, vt ei ſoluantur expenſæ erogatæ, ſiuè in lite, ſiuè in bullis, ſiuè pro recuperandis bonis Eccleſię, vel prò illius reparatione, vel in illius veſtimentis, & ornamentis, vel alio quouis modo factę à reſignante circa beneficium.

1 DIc, quòd † eſt ſimonia realis, Gloſell. in v. pecuniæ in c. ſuper hoc de

renun-

Digitized by Google

renunciatione, c. cum pridē de pactis, Felin. in cap. dilectus el primo de simonia, Abb. in cap. quod à te, de Cler. coniugat. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 3. §. 24 Et ratio est, quia beneficiatus tenetur ipse reparare Ecclesiam, & ad alia, vt supra, & bullæ prioris beneficiati nil iuuant eum, cui facta est resignatio, in his casibus consulendus est Sūmus Pontifex.

QVAESITVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus ab altero in beneficij possessione an possit redimere iniustam vexationem & num. 2.*

3 *Clericus si redimeret vexationem dādo plusquam debetur notario denegant scribere bullas an sit simonia.*

4 *Simonia an sit redimere vexationem datam indirectè non super beneficio sed super inhabilitate.*

5 *Simonia an sit dare pecuniā alteri impedientē ne dans procurrat Romam ad obtinendū beneficium.*

An esset simonia siquis haberet bullas beneficijs, & iniustè ab altero impediretur super possessione beneficij, si daret impedienti pecuniam, ne impediret?

1 Dic, quòd non, quia potest † impeditus redimere hāc iniustam, vexationem,

2 secus esset, si † duo litigarent super eodem beneficio, & alter alteri, vt desisteret, pecuniam daret nam esset simonia realis ex vtraq; parte, etiam si, qui dat, sciat se habere potiora iura, sed ad euitandam simoniam, est necesse, vt dans habeat plenum ius ad beneficium, ita, vt vexatio dicatur de facto, & nō de Iure.

3 Nec esset simonia, † si clericus redimeret vexationem dando plusquàm debetur notario denegāti scribere ei bullas ordinum, seu beneficij iuxta taxam, & Conc. Trident. sess. 21. cap. 1. quod disponit de pretio Notarij pro literis comendaticijs, habet locum in foro exteriori, sed in interiori procedetur vt supra iuxta dispositionem iuris

com-

Digitized by Google

communis, P. M. licet Concilium prohibeat, etiam ſponte dantes.

4 Sed eſſet ſimonia † ſiquis redimeret vexationem datam indirectè non ſuper beneficio, ſed ſuper eius inhabilitate, putà accuſando eum de irregularitate, & ſic reddendo collationem nullam, quia hæc eſt vexatio iuſta, etiam ſi eſſet dubium, ſi ille eſſet irregularis, Angel. v. ſimonia, nu.

5 2. Sed non eſſet † ſimonia, ſiquis daret pecuniam alteri impedienti ſe, ne præcurrat Romam ad obtinendum beneficium, quia eſt vexatio de facto, quam licet cuiq; redimere.

QVAESITVM LXXVII.

SVMMARIVM.

1. *Idoneus magis quam alijs cõcurrentes ad beneficium ſi timens vexationem concurrentium dat pecuniam examinationibus vt iuſtè iudicèt an ſit ſimonia.*
2. *Vexationem iuſtam an liceat redimi, circa beneficia.*

An eſſet ſimonia, ſi quis idoneus magis, quàm cæteri concurrentes ad beneficium timens vexationem aliorum concurrentium daret pecuniam examinatoribus, vt iuſtè iudicent circa renuntiationem idonei, & dationem votorum, & magis idoneum admittant ad beneficium nihil de ſe explicitè dicens?

1 DIc, quòd † eſſet ſimonia quia vexatio, quàm hic timet, eſt iuſta, quia tam idoneus magis, quàm minus idonei poſſunt concurrere, & habent ius ſuper beneficio, & ſic vexatio non eſſet de facto, ſed ſecundum ius, & ita procedit doctrina, Doctoris mei Angelici, 2. 2. q. 100. artic. 7. ad 5. & Felin. in cap. dilectus de ſimonia,

2 & habe regulam † vexationem iuſtam non licere redimi circa beneficia quia eſſet ſimonia.

QVAESITVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Habens maiora ſuffragia in electione ſeu præſentatione ad beneficium, ſi dat pecuniam maiori parti quæ elegit*

alium

alium vt dicatur communi voto electus an sit simonia.

2 *Legatum factum monaster. si recipiat talem in monacum an sit simoniacum.*

3 *An sit simonia promittere Abbati centum si recipiat Franciscum in monacum.*

An esset simonia, si quis habet maiora suffragia in electione, seu præsentatione ad beneficium, dat pecuniam alteri parti, quæ elegit alium paucioribus votis, vt eum etiam eligant, vel nominēt, vt dicatur communi omnium voto electus?

1 DIc, quòd † sic, quia electus paucioribus votis habet aliquod ius resistendi alij habenti plura vota P. Marius.

2 Nota hic quod non est † simoniacum legatum factum tali Monasterio si recipiat talem in monacum, ita si lego Francisco centum si monasterium ingrediatur, sed est simonia † si promitterem. Abbati centū, si recipiat Franciscum in Monacum, Petrus de Anchar. in regula nemo potest, de reg. Iur. in 6. & Guielmus de Bendict. in rep. cap. Rainun. de testam.

3

QVAESITVM LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus impeditus ne capiat possessionem Episcopatus si dat pecuniā ad redimendum hanc vexationem sit simonia.*

2 *Episcopus debeāt Iurare seruare capitula iusta.*

An esset simonia, si Episcopus à Ciuitate, ne capiat Possessionem Episcopatus impeditus, quia vult sibi confirmari capitula, si dat pecuniam ad redimendam hanc vexationem, & ad remouendum hoc impedimentum?

1 DIc, quòd † sic, quia debet Episcopus iurare seruare capitula iuxta, & sic impedimentum non est iniu-
2 stum; † secus quando impediretur alio modo iniusto, tunc liceret dare pecuniam absq; suspectione simoniæ, Nauar. c. 43. num. 10. & sic intellige dictum Abbat. in c. Matth. de simonia.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Spirituales res quod modis cõsiderantur.*
2 *Simonia an comittatur super spiritualibus primo modo consideratis.*
3 *Labor scientiarum docendarũ est pretio extimabilis.*
4 *An committat simoniam dans beneficium alicui cum pacto quod teneatur decore conferentem.*
5 *An detur præbenda lectori cũ obligatione legendi, vel docendi.*

Quot modis considerantur res spirituales, vt sciatur super quibus potest comitti simonia?

1 DIc, quòd † septem modis, primo sunt quædã spiritualia essentialiter, vt sũt virtutes infusæ, & acquisitæ, huiusmodi etiam sunt corpora sanctorum, & reliquiæ sacræ, licèt participent de corporalibus, secũdo quædã sũt spiritualia causatiuè, vt sunt Sacramẽta Ecclesiæ, tertio sũt spiritualia præparatiua, vt sũt sacramentalia, nempe aquæ benedictæ cõsecratio altaris, & similium, quæ disponunt animam nostram ad acquirendã gratiã Dei. quarto sũt quædam spiritualia participatiuè, vt campanæ benedictæ, Cimiteria benedicta, &c. quinto sũt quædã spiritualia effectiuè, vt absolutio à censuris, dispensam ab impedimentis matrimonij, vel ab irregularitate. Sexto sunt qũædam spiritualia ex statuto Ecclesiastico, vt ingressus religionis, receptio in Monasterium, & simil. Settimo sunt quædam spiritualia pro annexionem, seu per dependẽtiam, vt sunt beneficia Ecclesiastica Ius patronatus, canonicatus, & præbendæ, &c. quæ dependant à spirituali.

2 Tunc dic non committi † simoniam super spiritualibus primi modi, quia non possũt emi, nec vendi, prima quæst.

3 1. & quo ad † scientias labor ipsarũ docendarum est prætio existimabilis, & ideo potest vendi. D. Tho. 2. 2. qu. 171. artic. 4. Sot. de Iustit. & Iur. lib. 9. cap. 1. quæst. 5. Hinc sequitur committere † simoniã,

4 moniam, qui dat beneficiū, alicui cum pacto, vt ille teneatur legere, & docere ipsum conferentem, licèt Abb. fuerit contraria sententia, quia inquit ipso, datur spirituale pro spirituali, sed non est cum eo tenendum, nam in hoc consideratur labor, Sot. loc. citat. quæst. 3. D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 3. secus est, quando beneficium, seu præbenda, quæ datur, habet annexum onus legendi, vt est in Ecclesia, Metropolitana, Beneuentana, quod onus exercuit hoc anno maxima cum laude P. Ioannes de Luuene Iesuita viro laudato, & laudando, vide glos. in ca. quia nonnulli de magistris.

5 Sed dic melius, non dari prębendam lectori cum obligatione legendi, vel docendi sed quòd de fructibus ipsius conducitur lector.

QVAESITVM LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an sit exigere pretiū à clerico benefic. pro licentia eundi ad studium.*

2 *Absens causa studij dicitur esse præsens.*

3 *Exigens à clerico vt absens possit percipere fructus, qui præsens reputatur, an committat simoniam.*

4 *Canonicus alicuius Ecclesiæ, possit soluere pro affictu beneficij annexi mensę communi Canonicorum vt habeatur tã quam præsens ad lucrandas distributiones quotidianas.*

5 *Ire ad chorum principaliter ob distributiones an sit simonia mentalis.*

An sit simonia exigere pretium à clerico beneficiato pro licẽtia eundi ad studendum?

1 Dic, quòd † sic, Abb. in cap. 2. de magistr. num. 7. & ratio ipsius est, quia

2 † qui absens est causa studij, dicitur esse præsens, fallit tamẽ in distributionibus quotidianis, vt sunt omnes fructus, & redditus canonicorum Ecclesiæ Beneuen. & ita qui exi

3 git † à clerico, vt absens, possit percipere fructus, qui præsens reputatur, committit simoniam, Archidiac. in cap. de quibusdam 37. dist. & sic

4 † non posset Canonicus alicuius Ecclesiæ soluere pro

Digitized by Google

ſſictu beneficij annexi maſſæ communi Canonicorum cum pacto, vt habeatur tanquam præſens in choro ad lucrandas diſtributiones quotidianas.

QVAESITVM LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vendere reliquias Sanctorum an ſit ſimonia.*
2 *Cuſtos reliquiarum an committat ſimonia recipiendo mercedem pro labore ad oſtendendum reliquias.*

An ſit ſimonia vendere reliquias ſanctorum?

1 Dic, quod ſic, † & ſimiliter ſi aliquid exigitur, vt demoſtrentur c.2. de relique & vener. SS.& leg.nemo mortuus. Sed non eſſet
2 ſimonia ſi † cuſtos reliquiarum reciperet mercedem pro labore extraordinario eundi, & redeundi ad oſtendendum reliquias,nam labor prædictus eſt prætio extimabilis nec ſi accipitur a ſponte dantibus, & ſi rogatus mõſtret cuſtos, non autem ſe offerat.

QVAESITVM LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vendere ſacramenta an ſit ſimonia.*
2 *Vendere chriſma vel oleum ſanctum an ſit ſimonia.*
3 *Res benedictæ an poſſint vẽdi.*
4 *Presbiter an abſque ſimonia poſſit cantare miſſam per pecuniam.*

An ſit ſimonia vendere Sacramenta?

1 Dic, eſſe maximam † ſimoniam, & maximum ſacrilegium, fallit, quando aliquid pro obligatione miniſtrandi accipitur, vel ſi quis non ſit parochus & pro miniſtrandis Sacramẽtis debeat facere longum iter,& expenſas extraordinarias,P. Marius lucidiſſimum ſidum ſanctæ Societatis Ieſu, magi. meus, quæ etiam citaui in tractatu de voce Canon. impreſſo Neapoli.
2 Ita etiam † eſſet ſimonia,quãdo venderetur chriſma, vel oleum ſanctum, habito reſpectu ad conſecrationem, D. Tho.2.2.quæſt.101.art.7.ſecus quando haberetur ratio

ſolum-

Digitized by Google

solummodo ad materiam c. placuit, cap. nullus 1. quæst. 1. & ab hoc etiam est abstinendum ob scandalum, & periculum.

3 Idem potest dici de alijs † rebus benedictis, quod possent vendi, habito respectu ad materiam solummodo, sed si augeretur pretium ratione benedictionis, esset simonia. Nota hic, quòd præsbiter

4 † absque simonia potest cantare missam pro pecunia, & operas suas locari 10. qu. 3. cap. relatum, & 12. q. 2. charitatem, & c. cum sit Romana de simonia, sed hoc intelige quando non teneretur cantare ratione beneficij, vt puta, quia non habet beneficium, quia tunc potest mercedē ex pacto recipere, Rosfredus Beneuentanus de libellis super iure Pontificio. p. 6. tit. qualiter præsb. qui in eadem 6. par. tit. ad quo præbenda conferantur num. 2. dicit, quod Cap. Beneuentanum, & Neapolitanum habet ius conferendi.

QVAESITVM LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentalia an possint vendi.*

An possint vendi Sacramentalia.

1 DIc, quòd † habito respectu ad consecrationem, seu benedictionem, vt esset in calice consecrato, vel in vestibus benedictis, esset simonia, secus si habetur ratio solummodo materiæ, & ea vendito absque augmento pretij respectu benedictionis, vt supra dictum est.

QVAESITVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Parochus si vendit seu locat pro tanto pretio officium spargendi aquam benedictam per domos die Sabathi Sancti vel benedicendi cibus Paschales an sit simonia.*

An esset simonia, si Parochus vendit, seu locat pro tanto pretio officium spargendi aquam benedictam per domos in die Iouis, vel Sabbati

Digitized by Google

Sancti, vel benedicendi cibos Paſcales in die Sãctiſſimæ Reſurrectionis?

1 DIc, quòd † non, quia ibi non locatur, ſeu vẽditur benedictio, ſed locatur emolumentum, quod laudabili conſuetudine introductũ eſt, & labor illud faciẽdi, Sil. V. ſimonia, num. 8. Tabien. eod. v. num. 101. & alij, ab hoc tamen eſt abſtinendum ob ſcandalum, & maximè coram ſimplicibus perſonis.

QVAESITVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura an liceat vendi vel præſtatio Crucis morientibus, & num. 3.*

2 *Et an poſſit dari pretium pro abſolutione, ab excommunicatione vel a votis, &c.*

An liceat vendi ſepultura, vel præſtatio crucis moriẽtibus, vel poſſit dari prætium, pro abſolutione ab excommunicatione, vel à votis, & ſimilibus?

1 DIc, quòd dantes, † vel recipientes aliquid pro concedenda ſepultura defunctis, in Eccleſijs ſeu Cimiterijs, committunt ſimoniam, c. cum in Eccleſia de ſimonia & clarius in cap. abolendæ de ſepult. D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 4. Hoſtienſ. in ſũma de ſimon. idem pro abſolutione ab excõmunicat. vel à voto, in foro conſcientiæ.

2 Sed † quoad ſepulturam hoc procedit, quando locus ſepulturæ eſt ita neceſſarius, vt defunctus non poſſit alibi in Eccleſijs ſepeliri, ſed extra Eccleſiam.

3 Si verò † poſſet ſepelliri ad placitum in Eccleſia; ſed eligitur locus honeſtior, & comodior, vel dignior, vt ibi ſepelliatur à conſanguineis, quia ille locus eſt pretio extimabilis, poteſt pro eo pretium recipi, ſecundum verũ valorem, Sot. declarans D. Tho. q. de Iuſt. & Iur. quæſt. 6. artic. 2. & q. 7. artic. 1. Nauar. c. 23. num. 101. & 106. contra Alciatum, in l. cum teſtamento de verb. ſignifi. nec debet exigi aliquod pro præſtatione crucis, quia ſapit auaritiã, ſed ſi † eſſet laudabili conſuetudine, introdu

4

Digitized by Google

ta, vt certū qđ ſoluatur Archipresb. pro ſua Cruce argentea, quæ petitur pro morientibus extra ſuam parochiam eſſet tolerandum ſalua meliori ſententia, quia, id poſſet eſſe in recognitionem, maioritatis Eccleſiæ maioris, vt obſeruatur hodie in terra Ceruinariæ patria mea ibi nūc eſt Archipres. D. Ceſar. Ragucius, frater meus, ſed Neapoli hoc fuit proh bitum per conſtitu tiones ſinodales.

QVAESITVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Baldachinū ſeu vmbellā nouis ſpoſis benedictionem recipientibus pretio concedere an ſit ſimonia.*

2 *Pretium an peti poſſit ſi petitur crux pretioſa pro moriēte.*

3 *An poſſit aliquid peti pro officio cantato in muſica.*

An ſit ſimonia concedere baldachinum, ſeu vmbellam pro pretio nouis ſpōſis recipientibus benedictionem?

1 DIc, in hoc eſſe † obſeruandam laudabilem cō ſuetudinem, ſed ſi ſponſi vellent pretioſiorem vmbellam poſſet Parochus petere prætium ad libitum, quia vſus vmbellæ pretioſæ non eſt neceſſarius, nam poſſent ſponſi habere ſolitam vmbellam, & illa eis ſufficeret. Idem

2 dic, † ſi pro moriente petitur crux prętioſa, cùm poſsit haberi crux lignea, ſed dicerem ab hoc eſſe abſtinendum, quia ſapit auaritiam, ſimiliter

3 poſsit aliquid recipi pro † officio cantato in muſica, cū ſolitū ſit cantari cantu plano, quia q recipitur non eſt pro officio ſed p modo inſolito illud cantandi, ſed aduertat Parochus, vt abſit ſcādalum, Tabien. V. ſimonia, num. §6. Sot. loc. cit.

QVAESTIVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an ſit recipere pretium pro abſolutione, & ſimilibus, & num. 2,*

3 *Pro licentia excommunicandi extra parochiam ſiquid datur vel recipietur an ſit ſimo.*

4 *An ſit ſimonia aliquid recipere pro licentia preſtanda vt quis operetur diebus feſtiuis ſtante neceſſitate.*

Digitized by Google

An sit simonia recipere pretiũ pro absolutione, & similibus?

1 DIc regulariter, † non licere, & esse simoniã, sed secus esset, si reciperetur pecunia in pœnam contumacie, & peccati, & vt eleemosina eroganda locis pijs D. Tho. 2.2. quæst. 100. artic. 2. ad quartum Nauar. loc. cit. num. 101. Sed si reciperetur
2 † absolutè pretium absolutionis, vel dispensationis. & similium, siue etiam pro licentia communicandi extra Parochiam, esset simonia, c. ad aures de simonia, & ibi Abb.
3 Sed quo † ad licentiam communicandi extra Parochiam, non esset simonia, si datur, & recipitur quod laudabili cõsuetudine introductum est dari a communicantibus in Parochia.
4 Hic nota † non esse simoniã recipere aliquid pro danda licentia, vt quis operetur diebus festiuis, stante necessitate si quod imponitur, applicetur locis pijs, cap. licet de ferijs, sed si daretur absolutè in pretium licentia laborandi in die festo, esset simonia, vel magnum scandalum.

QVAESTIVM LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dare vel recipere aliquid temporale pro ingressu religionis vel professionis an sit simonia & num. 2.*
3 *An sit simonia siquis offert omnia bona sua alicui Ecclesiæ Cathedrali vt illum admitterent in Canonicum.*
4 *Et quid si detur pecunia vel quid temporale vt quis inhabilis admittatur ad religionẽ.*
5 *Et quid si detur pecunia pro damno euitando monasterio.*
6 *Munera si recipiantur à monialibus in ingressu nouæ monialis an sit simonia.*
7 *Cupiens quis fieri monachus vel siqua monialis vt facilius admittatur mittat munera, an sit simonia.*
8 *Cupiens ingredi religionem si promittat alere se suis sumptibus an sit simonia.*

An sit simonia dare, vel recipere aliquod temporale pro ingressu religionis, vel professionis?

Dic,

1 Dic, quòd † sic, capit. quàm pio 1.quæst.7.& cap.non satis de simonia, &
2 huiusmodi dantes, † vel recipiẽtes sunt excõmunicati ex trauag. 1.de simonia, & hodie non procedunt, quæ erãt antiquitus in contrarium, vt c.non satis de regul. c. verius de regul. & cap. dilectus, & cap.quoniam de simonia.
Esset etiam simonia, siquis
3 † offerret omnia bona sua alicui Ecclesiæ Cathedrali, vt illum admitterent in Canonicum, quod dicas de omnibus modis similibus cap. tua nos de simonia, secus esset, si daretur sponte, postquàm aliquis fuit receptus d. cap. tua nos; & intellige dicta, quando datur temporale in pretium loci in religionem, vel in pretium ammissionis ad professionem, vel pro receptione in Canonic. &
4 simil. quod procedit † etiã, si detur pecunia, vel quid tẽporale, vt quis alias inhabilis, vel defectu Natalium, vel quia deformis, admittatur ad Religionem, siue vir, sit, siue femina.
Sed non esset simonia, si dare-
5 tur † pecunia pro damno euitando, Monasterio, quia v3. persona recipienda est infirma, & pro hoc onere datur, & recipitur pretiũ, sicut etiã licet recipere dotem mulierum ingredientium Monasterium, etiam si Monasterium sit diues, D. Thom. loc.cit.
6 Nec esset simonia, † si recipiantur a monialibus in ingressu nouæ monialis, aliqua munera, quia illa non recipiuntur, vt pretium professionis siue admissionis in monasterium, sed quia ita laudabili consuetudine (vbi viget) receptum est.
7 Nec esset † simonia, siquis cupiens fieri Monachus, vel siqua cupiens fieri monialis, vt facilius admittatur ad captandam beneuolentiam mittat munera, seu eleemosinas illi loco, Sot. de Iust. & Iur. lib.9.quæst.6.art.vlt.
8 Nec esset simonia, † siquis ingredi volens Religionem, promittat alere se suis sumptibus, quia locus non est capax, quousque locus valet, Sot. loc.cit.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXXX.

SVMMARIVM.

1 *Recipere aliquid pro conficiendis ordinibus vel dandis dimissorijs ad ordines recipiendos an sit simonia.*

2 *Episcopus non potest participare de emolumento notarij.*

3 *Concilium Tridentinum sustulit omnes consuetudines recipiendi in collatione ordinum cereos forfices & mantilia.*

4 *Episcopus an possit aliquid recipere ratione laboris itineris &c.*

5 *Simonia an sit post collationem ordinis vt sinè pacto sed ratione eleemosine Episcopus pauper aliquid petat.*

6 *Pretium pro absoluendo excõmunicato non debet exigi.*

An sit simonia recipere aliquid pro conferendis ordinibus, vel dandis dimissorijs ad recipiendum ordines?

1 DIc, quòd † sic quo ad Episcopiscopum, cap. 1. de simonia, & c. extua eod. tit. quod dicas etiam, si aliquid recipit pro sigillo, vel pro firma eius manu iuribus supra allegat. & Concil. Trid. sess. 21 cap. 1. de refor.

2 Imo Episcopus † non potest participare de emolumento Notarij sui, Concil. d. lo. & Sot. q. de Iust. & Iur. quæst. 6. art. 1. Vbi nota, quod Concilium † subtulit omnẽ consuetudine recipiendi in collatione ordinum, cereos forfices, & mantilia.

4 Secus esset, † quando Episcopus ordinans reciperet aliquid ratione labo is, & itineris extraordinarij quæ sunt pretio extimabilia, quia tunc non est vendere spirituale, pro temporali, sed hoc non conceditur Episcopo ordinario, qui tenetur ex officio ordinare.

5 Nec esset simonia, † si post collationem ordinis absque vllo pacto Episcopus ordinans peteret aliquid pro victu ratione eleemosinæ, quia pauper, Nauar. cap. 23. num. 100. & seqq. Sed esset abstinendum ab hoc, ratione scandali, quod licet posset procedere in foro conscientiæ, in foro exteriori, est periculosum.

Nota quod pro absoluendo

ex-

Digitized by Google

† excommunicato, pretiũ nõ debet exigi c. Aures de simonia.

QVAESITVM LXXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Examinatores synodales seu approbatores ad ordines an committunt simoniam recipiendo quid ab ordinandi.*

2 *Et quid si aliquo temporale fuerit datum à consanguineis ordinandorum, & num. 3.*

4 *Ignorantia an excusat ordinatos vt supra, & quod respectu fructuum, nu 5.*

An examinatores synodales, siue quicunq; alij approbatores ad ordines committant simoniam, si recipiunt aliquid ab ordinandis, seu alijs ratione approbationis, & examinis?

1 DIc, quòd † sic, cap. ex tuę de simonia, & sunt excõmunicati, quia simoniaci in ordine, & sunt suspensi, vt in extrauag. 2 de simonia, & extrauag. omnibus eod. tit. Concil. Trid. sess. 24. c. 18. de refor. quod intelligę, nec ante, nec post alioqui simoniacę, vitium ipsi examinatores, quã alij dantes incurrant, a qua absolui nequeũt, nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocunq; etiam obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles redantur, & hoc intellige ratione examinis, & approbationis.

Et hoc procedit etiam si pecunia, † seu aliquod temporale datum sit à consanguineis ordinandorum, seu approbandorum, ipsis ignorantibus, quo casu, quo ad ordines, licèt ordo teneat, & procedit etiam si fuisset datum aliquod examinatori contradicent maior. part. & approbant illum ad ordinem, cap. Mettheus de simonia, vbi sciuerint, † ipsi sunt suspensi ab administratione, & requiritur dispensatio Papæ, si res est publica, si occulta, dispensabit Episcopus, Concil. Triden. vbi supra, Abb. in cap. de simoniace eod. tit. vbi nota, quòd ignorantia excusat hos ordinatos ab excommunicatione; & pœnis, sed mediatores sunt excommunicati, sicut, & recipientes, & quo ad beneficia à die scien-

Digitized by Google

5 tiæ † non faciunt fructus suos, & tenentur resignare, sicut etiam, & fructus perceptos in bona fide deductis tamen expensis, & mercede laboris, iusti, & debiti, quo inseruiuit beneficio vt supra latiùs dictum est.

QVAESITVM LXXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus & habilis an possit redimere vexationem examinatoris, ex malitia nolentis eum approbare.*

2 *Idoneus & habilis in casu nõ approbationis debet appellare ad superiorem.*

An possit dari casus, in quo dãs pecuniam pro ordine recipiendo non incurrat simoniam ipse, sed solummodo recipiens?

1 DIc, quod † sic, & hoc valet in foro conscientiæ, quando quis est idoneus & habilis, & examinator ex mera malitia recusat eum approbare, tunc licet redimere hanc iniustam vexationem sine incursu simoniæ, sed recipiens incurrit, & tenetur restituere.

Sed abstinendum esset in foro exteriori ab huiusmodi datione ob scandalum, & periculum, sed in casu † non approbationis deberet ordinandus appellare ad superiorem à non admissione, & sic tutior esset in vtroque foro.

2

QVAESITVM LXXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an possit recipere aliquid ab ordinatis pro bullis, & dimissorijs vel pro sigillo.*

2 *Concilium Triden. prohibens recipere etiam à sponte dantibus qualiter intelligitur.*

3 *Clericus redimens vexationem notarij an incurrat simoniam.*

An notarius possit recipere aliquid ab ordinatis pro bullis seu pro literis dimissorijs, vel pro sigillo?

1 DIc, quòd † non, quia esset vendere, sed si Notarius mercedem non habet ab Episcopo, potest eo casu recipere decimam partem aurei, Concil. Trid. sess.

Digitized by Google

21. cap. 1. extra quem casu notarij recipientes sunt simoniaci. Verùm si post collactos ordines, vel datas literas notarijs aliquis daretur sponte, non esset simonia, quia non petenti, nec directè nec indirectè datum est, Nauar. c. 23. num. 12. & hoc procedit in foro interiori, quia dispositio Concilij † prohibens recipere etiam à sponte dantibus, procedit in foro exterio
2 ri, & si notarius † vellet vltra
3 decimam partem aurei pro literis, & Clericus daret, quia redimit vexationem, non incurrit, dans sed recipiens, simoniam.

QVAESITVM LXXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Ordinandus, an debeat habere titulum sufficientem.*
2 *Religiosus ordinatur ad titulum paupertatis.*
3 *Ordinans tenetur prouidere de beneficio sufficienti ordinato absq; titulo.*
4 *Quid si Episcopus fuerit deceptos per falsas literas dimissorias an ordo teneat.*
5 *Et quid si quis ordinaretur ab Episcopo ordine, Sacro sine titulo cum pacto de non petendo ab ordinante.*
6 *Et quid si quis ordinatur ad titulum beneficij cum pacto de non recipiendo fructus beneficij.*
7 *Et quid si quis promisit renunciare titulum, sibi donatum pro ordine sacro suscipiendo, & num. 8.*
9 *Titulus ordinandorum seu patrimonij cuius valoris esse debetur.*

An ordinandus debet habere titulum sufficientem?

1 DIc, quòd sic, † intellige de ordinando ad sacros ordines, & titulus debet esse, siue beneficium siue patrimonium, Cõcil. Trid. sess. 21. cap. 2. de refor. vbi habetur titulum ordinandi debere esse beneficium sufficiens, patrimonium verò, vel pensionem posse etiam deseruire pro titulo illi, quem Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate vel cõmunitate Ecclesiæ suæ. Reli
2 giosus † verò ordinatur ad titulum paupertatis cap. neminem. 70. distinct.

Digitized by Google

3 Et cum quis † absque titulo fuerit ordinatus, tenetur ordinans prouidere illi de beneficio sufficienti, vel dare ei victum, cap. Episcopus de præbende. & cap. cum Apostolus eod. tit. Sed si Episco
4 pus fuerit † deceptus, per falsas litteras dimissorias, vel per falsas probationes, ordo tenet, & ordinatus est suspensus, sed cum ordinans, & ordinatus est in culpa, quia ordinans non adhibuit diligentiam, & ordinatus adhibuit malitiam, vterque est suspensus, & ordinans tenetur prouidere ordinato, Nau. conf. 14. & 16. de tempor. ordin.
5 Sed notandum † esse simoniam, siquis ordinaretur ab Episcopo ordine sacro sine titulo cum pacto de non petendo, nec recipiendo aliquid ab ordinante, & ordinatus incurrit pœnas, cap. penul. de simonia, & hodie ex cõstitutione Sixti V. est casus reseruatus sedis Apostolicæ.
6 Sic † etiam esset simonia, si quis ordinaretur ad titulum beneficij petens id sibi licere à beneficiato cum pacto de non recipiendo fructus beneficij: Idem dic siquis promisit renunciare titulum donatum sibi pro ordine sacro suscipiendo, vt facilius sibi donaretur, & est excommunicatus, & suspensus, & celebrando cum Episcopo ordinante fit irregularis capit. per tuas de simonia el 3. secus esset, si sine pacto præcedente post susceptos ordines sacros subdiac. & diac. renunciet titulum, ordinatus postea ad sacerdotium, pec-
8 cauit m. † sed non est suspensus, quia non poterat renunciare, Imò potest semper repetere l. qui actionibus ¶ S. de reg. iur. & renunciatio est nulla, & inualida, Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. Nauar. conf. 16. & 47. de temp. ord.
9 Et hic † nota, quod titulus ordinandorum, siue sit patrimonij, siue beneficij deberet esse volaris aureorum triginta sex quolibet anno, vel aliàs sufficiens iuxta arbitrium Episcopi, & morem Prouinciæ, & aliàs ordinati titulo non sufficienti dicuntur ordinati absque titulo, nam requiritur à Cõc. duo nempe, vt adsit titulus, & sit sufficiens.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia, quæ dicũtur dependentia à spirituali siue annexa spiritualitati quæ sunt.*
2 *Beneficium in genere quid sit.*
3 *Beneficium Ecclesiasticum, quid sit.*
4 *Beneficiorum Ecclesiasticorum quot sunt species.*
5 *Dignitas quid sit.*
6 *Personatus quid sit.*
7 *Officium quid sit.*
8 *Beneficium curatum quod sit & quod beneficium simplex num. 9.*
10 *Canonici an dicantur habere dignitatem vel personatum aut beneficium simplex.*
11 *Beneficia conferre cuius sit proprium.*
12 *Eligere cuius sit & cuius præsentare, num. 13.*
14 *Inuestitio seu institutio cuius sit.*
16 *Pensionis impositio cuius sit.*
17 *Permutatio quid sit.*
18 *Dare pecuniam seu quoduis temporale vt quis præsentetur eligatur, &c. ad beneficia est simonia.*
19 *Si quis renunciat titulum beneficij, vt per Papam alteri conferatur & precessit pretiũ de aliqua pensione an sit simonia.*
20 *Mittens munera Episcopo vel collatori seu electori vel præsẽtatori cũ hac intentione, vt postea conferat beneficium aut eligat, an sit simonia.*
21 *Soluere quid modicum notario pro bullis expediendis, siue expeditis non est simonia.*
22 *An sit simonia si Episc. conferat beneficium famulo in recumpensam seruitiorũ gratis præstitorum.*
23 *Benefacere benefacienti opus est virtutis.*
24 *Simoniacus in beneficio an deponatur ab ordine si non conuincitur per viã accusationis.*
25 *Dare temporale mediatoribus cum Episcopo, vel collatore aut præsentatore vt beneficium conferat an sit simonia. & num. 26.*
27 *Beneficia regulariter sunt cõferenda ciuibus, & quid si collatores aliter disponant.*

Quæ sunt spiritualia, quæ dicuntur dependentia à spirituali, vel annexa spiritualitati?

1 DIc, esse † beneficium Ecclesiasticum, Ius patrona-

tronatus, pensiones, & simi-
2 lia, & beneficiū † cū est actio beneuola, gaudium tribuēs capientibus cap. 1. in quibus causis feud. amittit, & est duplex, seculare, & Ecclesiasticum, & secularis beneficij est descriptio assignata, nam beneficium † Ecclesiasticum est portio reddituum Ecclesiasticorum data ministro pro seruitio, & officio c. vlt. de rescript. in 6. Simonia autem non committitur in beneficio seculari, sed in Ecclesiastico, quod est duplex, seculare, & regulare: & regulare est quod datur profitentibus tria illa vota religionis, & seculare, quod datur clericis secularibus.

4 Beneficiorum † Ecclesiasticorum secularium sunt quinq; species, prima est dignitas. secunda personatus, tertia officium, quarta beneficium curatum, quinta beneficium simplex.

5 Dignitas † est beneficium cū Iurisdictione, & Cura animarum, vt Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarcatus, & Abbatia habentes Pontificalia.

6 Personatus † est beneficium solummodo habens præeminentiam, vt stallum in choro, & vocem in Camp. sine iurisdictione; & cura animarum, vt sunt cantores, Primicerij, thesaurarij, Archidiaconi, & simil. in Ecclesia Beneuentana Archidiaconus habet iurisdictionem in tribus Castris, & est prima dignitas post Archiepiscopalem.

7 Officium, † vt est Sacrista, Vicarius alicuius Ecclesiæ, Economus, & sindicus.

8 Beneficium † curatum est quod habent Parochi, qui tenentur residere, & est certis finibus distinctum.

9 Beneficium † simplex est, quod est sine cura animarū, vt est Cappellania, & simil. vbi nota, quod Canonici,
10 † non dicuntur habere dignitatem, neq; personatum, sed tantummodo beneficium simplex, largo tamen modo dici possunt dignitates, seu quasi dignitas, sed si habent curam animarum, dicitur beneficium curatum.

Beneficium Ecclesiasticum regulare potest esse cum cura animarum annexa, cum iuris

dictio-

Digitized by Google

dictione, vel sine, cum prę eminentia, vel sine in religione cap. cum in singula de præbend. in 6. Et tam in secularibus beneficijs Eccles. quàm regularibus potest interuenire simonia, vel in collatione, vel in electione, vel in præsentatione, vel in confirmatione, vel in inuestitura, seu institutione, vel in resignatione, vel in impositione pensionis, vel in permutatione, vel denique in datione in confidentiam.

11 Conferre beneficia † per totum orbem est proprium sũmi Pontificis, & Episcopi in suaDiœcesi secundu m menses alternatiuè, si habet, vel secundum ius, & regulas Cancellariæ.

12 Eligere † est propriè capituli sed in Reuerend. capit. Beneuentano electio est instituere, & hæc constitutio non cedetur nec examinari ordinario nec cõfirmatione, vt diximus in nostro tract. de voce Canon. impresso Neapoli, &

13 probauimus: præsentare † est patronorũ iuris patronatus,

14 Inuestitio, † seu institutio est

15 etiã Episcopi, resignatio † est

16 † beneficiati, Impositio pensionis est Summi Pontifi-

17 cis, permutatio † est beneficij cũ beneficio, & potest fieri per Episc. in aliquot casibus datio in confidentiam est malorum, vt quando quis aliquem præsentat in benficio, vel confert cum pacto, vt ille postea alteri cedat.

18 Dare igitur † pecuniã, seu quoduis temporale, vt quis præsentetur, eligatur, &c. ad beneficia est simonia, Si ali-

19 quis † renunciat titulum Beneficij vt per Papam alteri cõferatur, si prece sit pactum de aliqua pensione, simonia est, sed vt euitetur vide Panorm. in cap. non satis de simonia.

20 Hic scias, † quod qui mitteret munera Episcopo, vel alteri collatori, seu electori, vel prẹsentatori, & simil. cũ hac intensione, vt postea conferat ille beneficium vacans, vel vacaturum, aut eligat, & præsentat &c. & Episcopus absque alio pacto confert, vel elector eligit, aut præsentator præsentet, collatio beneficij tenet, sic electio, vel præsentatio, sed beneficiatus cõ-

misit

Digitized by Google

misit simoniam mentalem,& peccauit, m. non autem realem c. tua nos de simonia, & ibi Abb. Nec erit simonia,
21 † soluere modicum quid Notario pro bullis, expediẽdis, siue expeditis, quia illa solutio est pro labore, Tab. in V. simonia,nu. 51. nam scriptura illa authentica de collatione beneficij est fauore beneficiati, qui procurat beneficia in curia Romana alicui, cui est obligatus vt ab obligatione se liberet, est sim. Innocen. in cap. tuam de ætatæ & qualit.
22 Nec esset simonia, † si Episcopus conferret beneficium famulo in recumpensam seruitiorum gratis præstitorum Couar. Var. res. lib. 1. cap. 25. num. 4. quia est antidoralis obligatio, & opus virtutis,
23 † benefacere benefacienti, secus esset, si obligatio illa naturalis esset facta ciuilis, ex qua nasceretur actio etiã incõscientia contra collatorem, tunc si ad extinguendam illã actionem daretur beneficiũ, esset simonia, quia illa actio est pretio extimabilis, Felin. in cap. ad audientiam de rescrip. & ad nostram, eod. tit.
24 Nota, quod simon. in † beneficio non deponitur ab ordine quãdo non conuincitur per viam accusationis vt insinuatum de simonia, vide c. inquisitionis de accusationibus.
25 Sed esset † simonia dare tẽporale mediatoribus cum Episcopo, vel collatore, aut præsentante, & simill. vt danti beneficium conferatur, Sot. lo. cit. Nauar. cap. 23. num. 106. etiam si Episcopus id penitus ignoret, si beneficium cõferatur danti ad præces, & instantiam mediatorum, secus
26 esset, † si daretur mediatori aliquid pro eius labore, vel vt declaret collatori virtutes petenti s beneficium, & non pro collatione beneficij, tũc ex neutra parte est simonia, Sed quando datur vt supra pro collatione beneficij mediatori ex vtraque parte committitur simonia, & hic nota
27 obiter, beneficia † regulariter esse conferenda ciuibus, vt l. Eccles. ca. de Epis. & cler. & c. nullus inuitus, dist. 61. & c. quoniã pleriq; de offi. ord. Abb. in c. ad decorẽ de

instit.

institut. Petrus Foll. de offi. Iustitiar. à numer. 8. vsq; ad nu. 9. Rolan. cõs. 47. nu. 66.
27 libr. 1. & eam † Collatores aliter disponunt, credendum est pro bono publ. id facere & inspirati à spiritu diuinæ prouidentiæ, & hoc non sequitur in concursu, quia ibi eligitur magis idoneus sic posset sequi in sinplicibus.

QVAESTIVM LXXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Simonia vtrum sit si aliquis sciens Episcopum esse resolutũ dare beneficium tali clerico petit pecuniam promittens curare vt sibi illud beneficium conferatur &c.*
2 *Conferens beneficia vni magis grato quam alteri an committat simoniam sperãs ex illa animi gratitudine, aliquid temporale.*
3 *Simonia vtrum sit si quis diceret collatori, da mihi beneficium, quia non ero tibi ingratus.*

An committitur simonia, si aliquis sciens Episcopum esse resolutum iam dare beneficiũ tali clerico, tractat cum eo, & petit pecuniam, promittens curare, vt sibi illud beneficiũ conferatur, & in effectu datur, sine ipsius petitione, qui sciens Episcopi inclinationẽ, nil de hoc tractauit, sed Episcopus sua sponte contulit, & mediator habuit pecuniam?

1 ALiqui dicunt, † hunc clericũ cõmisisse simoniam, quia dedit pecuniã pro beneficio obtinendo, Abb. in cap. nobis de simonia, cuius sententia subscribunt, & alij, & sic collatio respectu clerici est inualida.
Aliqui dicunt, & melius hunc clericum solummodo commisisse simoniam mentalem, in qua non incurruntur censurę & pœnę sed solum peccatum mort. ex p. vero coferentis, nulla culpa est sed mediator debet restituere quod accepit danti Nauar. ca. 23. num. 103. Sot. lib. 6. de Iust. & Iur. quæst. 1. ar. 4. glos. in cap. nobis de simonia.
2 Hic nota † non committere simoniam conferens beneficia vni magis grato, quàm alteri,

teri, etiam si ex illa animi gratitudine speret aliquid temporale, quia hic non sperat tẽporale ex collatione beneficij sed ex animi gratitudine Sot. de Iust. & Iur. lib. 9. quæst. 8. arti. 1. Nauar. lo. cit. Andrian. colibet q. art. 3. Imo Idem prosequitur in mutuo quo
3 ad vsuram, Ita nec esset † simonia, siquis diceret collatori da mihi beneficium, quia non ero ingratus, & ille conferret, & sequeretur gratitudo, quia illa verba sunt verba iactatoria, & generalia, quæ non inducunt obligationem. P. Marius de simonia.

QVAESITVM LXXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Simonia vtrum sit emere vel vendere Ius patronatus vel suffragia ad illud.*
2 *Ius patronatus cum vniuersitate vendi potest sine simonia.*
3 *Patroni facta præsentatione an possint se intromittere exactioni fructuum.*

An sit simonia emere, vel vendere Ius patronatus, vel suffragia ad illud?

1 Dic, quòd † sic, sicut, & de beneficijs dicitur, Concil. Trid. sess. 25. sicut legitima, & cap. de hoc de simo
2 nia, sed Ius patronatus † sine simonia potest vendi cum vniuersitate aliorum bonorum, nulla facta mentione singulariter de illo, sed in confuso cũ venditione feudi.
3 Vbi nota, ꝙ † patroni facta p̃sentatione ad ius patronatus non possunt se intromittere, seu immiscere exactioni fructuum alias incurrerent simoniam, ex Concil. Trid. loc. cit. nisi in casu paupertatis, & tũc decreto iudicis.

De resignatione beneficij.

QVAESITVM LXXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Simonia vtrum sit resignare beneficium in manibus Papæ ad fauorem tertij præcedente conuentione de aliquo commodo temporali Papæ non expresso..*
2 *Resignationes beneficiorum semper fiunt in manibus Papę.*
3 *Resignans liberè nil petens nisi*

men-

Digitized by Google

mente & animo an committat simoniã si Episcopus sciens eius mentẽ conferat nepoti renuntiantis.

An sit simonia resignare beneficium in manibus Papæ ad fauorem tertij, præcedente conuentione de aliquo commodo temporali, quod Papæ non exprimitur?

1 DIc, quòd sic, † D. Anton. 3.p. tit.25. c.3.§. 15. Ioann. Andreas de rer. permut. in 6.

2 Vbi nota † huiusmodo resignationes semper fieri in manibus Papæ ex constitut. Pij V. sed quando non fiunt ad fauorem, sed liberè fiunt coram ordinario quæ potiùs vocatur renuntiatio.

3 Et hic scias non committere † simoniã qui renuntiauit liberè nil petens, nisi mente, & animo, sed Episcopus sciens illius mentem, confert nepoti renuntiantis, & est securus in conscientia tam renuntiãs, quàm conferens, & ille, cui est facta collatio, cessante omni fraude, sed in foro exteriori videtur esse contra bullam Pij, V.

De permutatione beneficiorum.

QVAESITVM LXXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficiorum an sit licite.*

2 *In permutatione Iuris patronatus quid requiritur.*

An sit licita permutatio beneficiorum?

1 DIc, quod † sic, si concurrãt hæ conditiones, prima vt volens permutare, habeat ius verè non in spe, neq; ad rem, c. vnico de rer. permut. vbi Ioannes Andr. & scribentes, secunda vt fiat authoritate ordinarij, quando non fit coram Sãtissimo cap. questiones, & cap. vniuersorum, & cap. quæsitum, & cap. cui olim, de rer. permut. & ibi Abb. & si ammutantes sint diuersarũ Diœcesum vtriusq; Episcopi requiritur authoritas, & posset in praxi obseruari, vt alter Episcopus alteri Episcopo vices, et voces suas in hoc demandaret, et conferentem facere de hoc in literis mentionem. Videatur opti-

Digitized by Google

ma glos. ca. vnico de rer. permut. in 6. tertia vt tractantes de permutando nil inter eos concludant, sed tractatum reseruant totum ordinario approbandum, nec aliàs, nec aliter, nec alio modo, Sil. permutatio num. 3. Abb. in cap. olim, de rer. permut. quarta conditio, vt prius fiat renuntiatio in manibus ordinarij, & postea sequatur permutatio cap. quæstiones de rer. permut. cap. cum vniuersorum eod. tit. & d. cap. vnico, & in 6.

2 Sed in Iure † patronatus vltra consensum Episcopi requiritur etiam consensus patronorum Couar. lib. pract. cap. 36. num. 9. quinta cõditio vt permutatio fiat libera, nullo adiecto pacto, modo, aut conditione, c. vlt. de pact. glos. cap. dudum de præbend. in 6. Nauar. cons. 29. de simonia.

QVAESITVM C.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio an fieri possit de beneficio præsenti cum beneficio vacaturo.*

2 *Permutatio de beneficio, quod quis iam possidet cuius adhuc alter non cœpit possessionẽ licet haberet bullas expeditas an valeat.*

3 *Permutatio Abbatiæ in eommendam cum beneficio in titulum collato absque assensu superioris an valeat.*

An possit fieri permutatio de beneficio præsenti cum beneficio vacaturo, quia Pontifex concesserat alicui primum beneficium vacaturum?

1 DIc, quòd non etiam si Episcopus consentiret, quia est necesse vtrumq; habere beneficium de præsenti in rè, non in spe, nec valeret

2 † permutatio de beneficio, quod quis iam possidet cum beneficio, cuius adhuc alter non cœpit possessionem, licet haberet bullas expeditas, quia hic habetur Ius ad rem, sed non Ius in re quia adhuc non cœpit possessionem Abb. in cap. cum olim de rer. permut.

3 Nec † valeret permutatio Abbatiæ in comendã cum beneficio in titulum collato absq; assensu superioris Abbatiæ, Abb. loc. cit. & ratio est, quia hæc non est æqualis permu-

tatio,

Digitized by Google

tatio, in qua debet seruari æqualitas tituli, & introituum.

QVAESITVM CI.

SVMMARIVM.

1 *Simonia vtrũ sit siquis de nouo fundet, & dotet beneficiũ pro eo cõmutando cum Abb. vel Canonico.*

2 *Permutantes beneficia, propria authoritate sunt simoniaci, & priuandi.*

3 *Simonia est siquis renunciat beneficium alteri cum pacto vt ille renunciet aliud beneficium nepoti renunciantis.*

4 *Simonia est dare votum in capitulo cum promissione, quod altera vice dabitur ab altero ad eius instantiam.*

An esset simonia, siquis de nouo fundet, & dotet beneficiũ pro eo commutando cum Abb. vel Canonico?

1 DIc, quòd † si præcessit conuentio inter fundãtem, & dotantem beneficium & Abbatem seu Canonicum cum pacto de fundando, & permutando, est simoniaca permutatio sequuta, Nauar. consil. 44. de simonia.

2 Hic nota, quod qui † permutarent beneficium propria authoritate sine consensu Episcopi, sunt simoniaci, & priuandi cap. cum olim de rer. permut. Couar. lib. 1. Var. c. 5. & ratio est, quia authoritas superioris purgat omnem suspectionem.

3 Hic nota † esse simoniam, si quis renuntiat beneficium alteri cum pacto, vt ille renuntiet aliud beneficium nepoti renuntiantis, & collatio facta est inualida cap. vlt. de pactis glos. in cap. dudum de præbend. in 6. Nauar. consil. 23. de simonia, & in manu. cap. 23. nu. 100. & ratio est, quia hæc pactio, vt supra continet aliquod temporalitatis, & obligationis, & ideo simoniaca D. Anton. 3. p. tit. 15. c. 3. §. 25. Ita etiam esset † simonia dare votum in capitulo cum promissione, quod altera vicè dabitur ab altero ad eius instantiam. Idem dic de datione voti in iure patronatu, vel quacunque electione Ecclesiastica DD. in præallegat. locis.

4

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CII.

SVMMARIVM.

1 *Simania vtrum sit resignare beneficium ob luxuriam.*

An esset simonia resignare beneficium ob luxuriã .i. cum pacto, vt alter permittat resignantem luxuriari cum consanguinea, vel altera?

1 DIc esse † simonia sacrilegam, & pessimam, Sot. lib. 9. de Iust. & Iur. q. 7. artic. 3.

QVAESITVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam an sit si in permutatione, vel resignatione præcessit pactum, vt alter faciat omnes sumptus in bullis.*

2 *Simonia an sit siquis permutat beneficium pingue cum altero minus pingue, vt haberet aliquem annuum censum, vel &c.*

3 *Quid si quis permutaret dignitatem, vel personatum, paucorum redditum cum beneficio simplici pinguiorum introituum cum pacto, vt intus.*

An sit simonia, si in permutatione, vel resignatione præcessit pactũ, vt alter faciat omnes sumptus in bullis?

1 DIc, quòd † sic, quia interuenit temporale pro spirituali, Inn. in c. cũ pridẽ de pactis, esset tuta praxis id exprimere supplicatione sũmo Pontifici, Ita etiã esset

2 † simonia, siquis permutans beneficium suum pingue cũ altero minus pingue, vt hac occasione haberet aliquem annuum censum, vel semel, vel tuto tempore iuri allegat.

3 Idem dic, † siquis permutaret dignitatem, vel personatum paucorum reddituum cum beneficio simplici pinguiorum introituum cum pacto, vt renuntians pinguius beneficium, aliquid sibi retineat fructuum ad sui substentationem, & remedium esset consulere summum Pontificem, vt pensionem concedat super pingue, Sot. loc. cit. art. 3. Couar. lib. Var. 1. c. 5. Sil. V. permutatio, q. 13. Tabien. simon. num. 53.

Licet aliqui dicant id posse fieri authoritate Episcopi, Felin. in

Digitized by Google

lin. in c. quia verisimile de rer. permut. Ancar. cõs. 208.

De pensione.

QVAESITVM CIV.

SVMMARIVM.

1 *Pensio quid sit.*
2 *Pensio qualis, & quanta esse debet, & num. 3.*
4 *Pensio in beneficijs Iurispatronatus requirit assensum patronorum.*
5 *Papa solus potest pensiones imponere.*
6 *An sit simonia si fiat pactum de extinguendo pensionem intra tot annos.*
7 *Quid si Episcopus concederet vt alter litigantium solueret pensionem super beneficio alteri cedenti.*
8 *Quid si sine consensu Papæ extingueretur.*
9 *Quid si quis solueret pensionem successori in beneficio grauato pensione ante expeditionem bullarum.*
10 *Successor in beneficio tenetur ad onera realia ipsius.*
11 *Pensionarius ad quid teneatur.*

Quid est pensio?

1 DIc, quòd † est ius spirituali annexum dependente percipiendi fructuum beneficij, certam quantitatẽ ob iustam causam, ad tempus ex consẽsu summi Pontificis, Nauar. c. 23. nu. 101.

2 quæ pensio † debet esse certa, & determinata, & non debet transcendere tertiam partem fructuum annuorum beneficij, Abb. in c. conqueren. de cler. non resid. Felin. in c. ad audien. de rescrip. vel debet esse †, tanta, vt beneficiato, vnde viuere possit, sed in hoc standum est voluntati summi Pontificis, qui omnia facit optimè, & rationabiliter.

4 Hęc pensio † in beneficijs iuris Patronatus requirit assensum patronorum, DD. cit. & in omni pensione imponenda super beneficijs requiritur Papæ authoritas, †

5 qui solus eas imponere potest, alias esset simonia, Coua. Var. c. 5. Nauar. lo. cit. & Papæ authoritate extinguitur, viuo pensionario, per pretium anticipatum, sed alio modo ex-

tingui-

Digitized by Google

tinguitur, morte pensiona rij.

6 Esset † simonia, si fit pactum de extinguendo eam intra tot annos, & coll. beneficij esset nulla, intellige sine Papæ authoritate, Gigas de pens. quæst. 87.

7 Esset simonia, † si Episcopus concederet, vt alter litigantium solueret pensionem super beneficio alteri cedenti, Abb. in c. 1. vt Eccle siastica beneficia sine di. conf. Nauar. conf. 20. de simon. & esset si-

8 monia, † si sine cõsensu PP. extingueretur Nauar. conf. 50. de præbend. & extinctio, esset nulla, sed ex simonia, non inducit pœnas, sed tantummodo peccatum mor.

9 Esset † simonia, siquis solueret pensionem, successore in beneficio grauato pensionem ante expeditionem bullarum, & ratio est, quia da tur spirituale pro temporali, vide Abb. in c. dilectus de simonia, Nauar. conf. 51. de præbend.

Et notandum, quòd successor

10 † in beneficio tenetur ad onera realia ipsius, Gigas de Prens. Grem. & Franc. in ca. præsenti de offic. ordin. & pẽ

11 sionarius † tenetur incedere in habitu, & tõsura Clerical. & quotidie recitare offic. B. M. & non recitans, non facit fructus suos pro rata temporis, & non incedens in hab. & tonf. peccat, maximè per bullam Sixti V. vide Nauar. conf. 55. de præben.

De Confidentia.

QVAESITVM CV.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia, quid sit.*

2 *Confidentia quando committitur, & num. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Simoniaca confidentia, qua dicatur.*

Quid est confidentia?

1 DIc, quod † est collatio, seu receptio Eccclesiastici beneficij per modum fidei commissum, vt recipere beneficium cum pacto, vt alteri postea cedatur, & conferens, & recipiens sunt simoniaci, & confidentia committitur.

2 Committitur † confidentia aliquando in collationem cũ pacto, vt supra, & tunc rece-

pto

Digitized by Google

pto beneficio incurrũtur censuræ; & pœnæ ab vtroq; Nauar.c.23.nu.100. secus quando collator contulit absq; pacto, sed solummodo intentione, tunc non incurrit simoniam, sed peccauit, Nauarr. cons.36. de simonia.

3 Committitur † in resignatione, cum fit pactum, vt resignãs habeat fructus, & alter titulum, vel aliquam partem, DD.cit.vbi supra. Sed siquis

4 † resignaret cum animo percipiendi fructus, & non cum pacto, resignatio teneret, sed factum esset punibile in foro exteriori, vide Nauar. consil. 28. & 29. de simonia; & in cõscientia esset licitum.

5 Potest committi † in præsentatione, vel nominatione ad beneficia, vt quando quis præsentat, vel nominat cum pacto, vt alteri postea cedatur, Nauar. cons.23. de simonia, & in manu.c.25. nu.107.

6 Potest committi † in impetratione beneficij, vt cùm fit pactum, vt alter, alterum certioret de vacantijs, & habeat p̃ẽsionem super impetratis, hæc

7 dicetur † simoniaca confidentia, etiam si postea pensio obtineretur à summo Pontifice, nam deberet exponi etiam pactum, vt supra initum, Nauar. c.23.nu.100.

De pœnis confidentiæ.

QVAESITVM CVI.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiæ pœnæ quæ sint.*

Quæ sunt pœnæ confidentiæ?

1 DIc, quod sunt † eędem pœnæ, quæ sunt cõtra simoniacos reales, scilicet, quod confidentes in beneficijs sunt ipso facto excõmunicati, vacat beneficiũ collatum, & receptum illo modo, nullus acquiritur titulus, & obtinentes beneficia tenentur ad restitutionem fructuum, etiam ante condẽnationem, etiam sequuto adimplemento ab altera parte promisso, quod est plusquàm in simonia reali, in qua requiritur adimplementum ex vtraque parte.

Digitized by Google

Nunc de Superstitione.

QVAESITVM CVII.

SVMMARIVM.

1 *Superstitio quid sit.*
2 *Superstitionis subiectū quid sit.*
3 *Superstitio vnde dicitur.*
4 *Superstitio circa quæ consistit, & num.6. 7. 8. & 9.*
5 *Simplicitas qua excuset à superstitione.*
10 *Superstitio an sit ieiunare in die Dominico,*
11 *Superstitio an sit si celebrans vel recitans diuinum officium &c. plures Cruces adhiberet quam Ecclesia præcipiat.*

Quid est superstitio?

1 DIc, quòd † est veræ religionis falsa imitatrix, vel est falsa, vel vana religio exihibens cultum Deo debitum, cui non debet, vel ipsi Deo, eo modo, quo non debet, D. Tho. 2.2. q. 92. art. 2. Summist. titul. 5. superstitio.

2 Et subiectum † superstitionis est ipsa religio, quæ, quia est virtus, potest habere extrema vitiosa, vel ratione defectus, & diceretur irreuerentia, vel ratione excessus, & diceretur superstitio, quæ dirigit hominem ad colendum Deum modo, & cultu indebito, sicut vera religio dirigit ad colendū Deum tanquam Creatorem.

3 Superstitio † dicitur ab hoc vocabulo superstitè, quia solebant antiqui gentiles, vt filij essent, superstites quoti die, & sacrificare, & orare cum obseruationem temporis, loci, modi, & numeri, D. Tho. 2.2. q. 92. art. 4. Isiod. lib. de ethimol.

4 Superstitio, † vel potest consistere circa cultum, quod datur creaturę, & debetur Creatori, & dicitur proprius Idolatria, vel potest consistere circa cultū, quod datur Creatori, sed modo indebito, vt superfluo, & hæc dicitur propriè superstitio, quæ, vel potest consistere in cultu pernicioso, vt cum in cultu diuino adhibentur mendacia, & falsitates, nam in hoc potest interuenire Apostasia, Idolatria, vel hæresis, vt si hodie quis circumcideretur, vel si componeret. Azimos pan es hæc est Apostosia, quia huius-

modo

modo antiquæ legis cerimoniæ ostendebant Christum futurum, quem iam nostra fides credit, & verè iam venisse, & talis esset puniendus, vt hæreticus.

5 Excusaret † aliquas simplices mulieres in huiusmodo, simplicitas, & quia ita fuissent instructa à maioribus, sed si fuissent admonitæ, peccarēt mortaliter, & punirentur etiam in foro exteriori.

6 Huc etiam pertineret proponere falsa miracula fideli populo, vel falsas historias, aut falsas reliquias, aut falsas imagines, vel falsas tabulas votiuas, contra quod inuehitur Concil Trid. vide Nauar. c. 2. num. 22. quæ omnia grauissima peccata mortalia sūt in genere superstitionis in cultu pernicioso.

7 Potest † etiam consistere superstitio in cultu Dei superfluo, vt cū quis exhibet Deo honorem, sed cum cerimonijs ab Ecclesiastico, vsu alienis, & quæ nihil pertinent ad Dei reuerentiam, siue ad ipsius gloriæ exaltationem, vt audire missam cum certo candelarum numero, vel cū quatuor euangelijs, vel certum numerum missarum, vt septē missas pro obtinendis septem donis Spiritus sancti vel quatuor pro obtinendis quatuor virtutibus, vel cum orationibus, quæ non sunt in missali, & simil. quæ omnia superstitiosa sunt, et prohibita per Concil. Trid. sess. 22. et argu. text. cap. 2. ext. de celebrat. miss. et peccatum grauissimū, vbi interuenisset pertinacia, et præcesserit admonitio, aliàs regulariter sine pertinacia, et admonitione diceretur regulariter peccata venialia huiusmodo.

8 Sed non † comprehenduntur sub hac regula missæ, quæ certo numero, celebrantur in Ecclesia nempe, le 31. & 41. vulgo nuncupatæ, le messe di S. Gregorio, quia hic numerus missarum, habuit initium à bona causa, & est in Ecclesia vsitatus, vt habetur in cap. ad monasterium extra de statu monacorum, & apud D. Greg. in dialog. Hoc enim numero missarum fuit reuelatum, liberatam fuisse à pœnis Purgatorij animam cuiusdam monaci, licèt tūc non fuerint

Digitized by Google

celebratæ, nisi triginta missæ, sed hodie ad fugiendam superstitionem dicuntur plures, nempe 31. vel 41.

9 Posset etiam † in his esse superstitio, vt si crederetur non posse dici plures, vel pauciores, vel debere dici continuatis diebus, nam possunt dici etiam cum intermissione, si absit superstitio, sed dici per dies continuatos, melius est.

10 Hic nota, † esse superstitionem, ieiunare in die Dominico, quia de hoc non est, nec præceptum, nec vsus Ecclesia, imo si vigilia incidit in Dominicam, obseruatur in Sabbato præcedenti. c. 1. & 2. de obseruat. Ieiun. & cap. quadragesi. de conse. dist. 5. Verùm siquis vouisset ieiunare in aliquo festo, quod postea incideret in Dominicam posset ieiunare, & deberet in tali die vel si ieiunet ex causam exultationis in die Dominico, & non afflictionis vt supra de voto dictum est.

11 Nota etiam † esse superstitionem, si celebrans in celebrando, vel in recitando diuino officio, vel in quauis alia actione misterij sacerdotalis plures cruces, quàm Ecclesia præcipit, adhiberet; & peccaret mortaliter, nisi excusaretur simplicitate, vel inaduertentia.

De speciebus superstitionum.

QVAESITVM CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Superstitionum quot sunt species.*

Quot sunt species omnium superstitionum?

1 DIc, quod † sunt quinq; Prima est Idolatria, Secunda est magia, Tertia est vana obseruatio. Quarta est maleficium. Quinta est diuinatio. & de hac loquitur bulla Sixti V. prohibentis.

De Idolatria.

QVAESITVM CIX.

SVMMARIVM.

1 *Idolatria quid sit.*
2 *Idolatria vnde sumpsit originem.*
3 *Qui peccant peccato Idolatriæ & num. 4. & 5.*

Digitized by Google

6 *Signa obsessi quæ sint.*

7 *Qui potest adiurare demones & de licentia cuius.*

8 *Credens demonem scire dare omnia responsa, quæ petuntur est excommunicatus in bulla Cœnæ.*

Quid est Idolatria?

1 Dic, quòd † est cultus debitus Creatori, qui datur creaturæ, siue tacitè, siue expressè, & latria græcè, interpetratur latinè cultus, seu honor, vel adoratio, & Idolum, est statua, vel imago alicuius creaturæ, D. Tho. 2. 2. quæst. 94. & ibi Caiet.

2 Et Idolatria, sumpsit originē à Nino Rege Babiloniæ, qui posuit statuam Belo eius parenti mortuo, & illam adorari præcepit, D. Anton. 2. p. tit. 15. c. 1. §. 3.

Hoc peccato peccāt omnes Ido-
3 latræ, † & peccaret qui adoraret Demonem inclusum in anulo, vel in fiala, vel alio loco, & responsa ab eo peteret, vide Nauar. c. 25. nu. 28.

4 Hoc peccato † peccat qui spē haberet in aliquibus vanis imaginibus, vel statuis, & ab eis responsa quæreret, excep-

tis imaginibus, & statuis Sāctorum, quæ dicuntur libri simplicium idiotarū, quas venerari debemus, vt eorum intercessione apud Deum adiuuemur.

5 Similiter peccaret, † siquis per curiositatem peteret responsum à Demone, seu promissionem, ne reuertatur in corpus, aliàs obsessum, secus si ex simplicitate, vel per modum Imperij, quando exorcizans petit à Demone; vel eius nomen, vel à quanto tempore corpus obsedit, vel alia, quæ faciunt ad eius expulsionem.

6 Et hic nota, † quòd signa obsessi sunt principaliter, quando loquitur diuersis linguis, vel si proicit se in terram, vt leuari non possit, & alia, quæ sciunt exorcistæ, quo in genere habuit maximam gratiā à Deo P. D. Bernardus Canonicus Sancti Saluatoris ex familia monasterij Sāctæ Sophię huius Ciuitatis Beneuēt.

7 & solus † sacerdos, vel exorcista de licentia Episcopi, vel Parochi potest adiurare per adiurationes ab Ecclesia introductas, sed laicus nullo

modo

modo potest, quia non habet ordinem, & si faceret, esset peccatum expressum, vel tacitum cum Dęmone, nec Episcopus potest dare illi licentiã P. M. Et si legitur familiam Eleazari in l. veteri habuisse hanc virtutem eijciendi Demones, dicendum est, id concessum à Deo speciali gratia, de qua dicit Iansenius in concord. Euangel. inter alios textus Euangelici, intellexisse Dominum, cum dixit, Filij vestri in quo eijciũt?

8 Nota † etiam eum, qui crederet Demonem scire dare omnia responsa, quæ petuntur esse excommunicatum in bulla Cenæ, si cum pertinacia, & errore, intellectus.

Secus, si sine errore intellectus, sed solummodo pro obtinendis thesauris, vel veneris, vel sciendis hostium secretis, tũc peccat mortaliter, sed nõ est excomm. sed in foro exteriori potest castigari tanquam suspectus de hęresi quomodocunque hæc faciat, per bullã Sixti V. sed antea puniebantur iuxta, glos. in cap. accusatus de hæres. in 6.

De Magia.

QVAESITVM CX.

SVMMARIVM.

1 *Magia quid sit.*
2 *Magia falsa quæ sit.*
3 *Magiæ falsæ quot sunt species.*
4 *Negromantia quæ est.*
5 *Pharmatia quæ sit.*
6 *Magia hodie semper sumitur in malam partem.*
7 *Magia falsa quot modis possit fieri.*
8 *Magici homines pactũ habent cũ Demone & quale & nu. 9.*
10 *Nux Beneuentana hodie non extat.*
11 *Habentes expressum pactum cum Demone sunt excõmunic.*

Quid est magia?

1 DIc, quòd † est scientia, quæ pertinet ad practicam, alio modo vocata sapientia, vel naturalis Philosophia, vel mathematica. hinc apud Persas magi appellabantur, qui sapientes erant, vt apud Græcos Sophi, & apud Hæbreos. scribæ, sicut apud nos appellantur doctores, & hæc magia verè est, quæ est cognitio virtutum naturalium, quo

modo

Digitized by Google

modo applicentur actiua paſſiuis.

2 Sed eſt, & alia † magia falſa, quæ eſt ſcientia practica rerũ naturalium, ſed deprauata opera Demonum, & vſu perditorum hominum, & cum auxilio Demonum operatur mirabilia, D. Tho. 2.2. quæſt. 2. art. 1.

3 Huius falſæ † Magiæ duæ ſũt ſpecies, negromantia, quę eſt,

4 quando pro ſuſcitandis mortuis interuenit Demon, qui dicit eſſe ſe illum mortuum,

5 & Pharmatia, † quando datur poculum maleficiè compoſitum ad inducendum odium, vel amorem, hinc pocula amatoria, & hodie magia

6 † ſemper ſumitur in malam partem, & magi dicuntur nigromantes. nam vera magia poſt Chriſti Euangelium ceſſauit. 26. q. 3. c. Igitur, & hæc ſemper ſunt peccat. grauiſſ. & continent pactum expreſſum vel tacitum cum Dęmone, niſi excuſatur ſimplicitas, & bona fides, ſed in foro exteriori puniẽtur à S. Inquiſitione.

7 Magia igitur falſa, † tribus modis poteſt fieri, vel transferendo, vel applicando, vel deludendo, Transferendo vn corpus de loco ad locum, quod poteſt Demon diuina permiſſione, & non aliter, ſed non poteſt creare, quia id ſolius Dei eſt, applicando actiua paſſiuis per miniſterĩ alicuius pſonæ, vt ſi applicat herbam, cuius virtutem ipſe ſcit morbo, qui ſanatur hac dæmonis applicatione. Deludendo, vt cum decipitur imaginatoria hominis, vt faciunt præſtrigiatores, quod fecerũt magi Aegijptij Exord. 7. & 8.

8 Hiperditi † homines pactum habent cum Dęmone ſiue tacitum, ſiue expreſſum, tacitũ, vt cum per incantationes, aliquod operantur, quod non procedit ex cauſis, neq; naturalibus, neq; ſupernaturalibus, vt dicere aliqua verba, quæ nullo modo poſſunt operari, quod quæritur, vel cum datur breuis ſcriptura continens caractheres, nihil ſignificantes, vulgo breuia in collo appenſa, uel ſimil.; In his adeſt pactum tacitum, & inuocatio dęmonis, & ſit regula, quoties, ſiue caractheres, ſiuè per figuras, ſiuè per circunſtantiam loci, aut tempo-

ris,

ris, & simil. petitur, quod nõ est effectus proportionatus medijs, vt portare breue ligatum manu Virginis ante ortũ solis in Ecclesia, & simil. est Demoniaca superstitio, etiam si ferantur res sacræ ad aliquẽ effectum particularem cum obseruatione loci, aut circunstantia temporis, vel personę, & simil. Non tamen est malum ferre deuotas orationes ad excitandam deuotionem, & ad obtinẽdum omnem gratiam à Deo.

9 Expressum † vero pactum est, cum homo creatoris sui oblitus, expresse cum Dęmone paciscitur se illi inseruiturum, stipulando adinuicem scribendo cum sanguine, vel alio modo ab eis adinuento, vt faciũt strigęs, quæ iurant omagiũ Dæmoni in nuce Benuentana.

10 Et hic nota † nucem hanc hodie non extare, nam, vt traditio fert, fuit radicitus extirpata à Beato Barbato XX. Beneuentanorum Episcopo, qui in imo radicum fosso inuentum serpentem, aqua benedicta aspergens, occidit, sed adhuc congregantur eo in loco stygę, vel prope, vt noui ego, qui vt Auditor, Curię Archiepisc. interueni examini quarũdam fœminarum huius prouinciæ, quarum causa fuit à S. Officio Inquisitionis præteritis annis examinanda, & cognoscenda, remissa Domino Archiepiscopo Beneuẽtano, cum interuentum admodum Illustris. & Reuerendis. D. Mellini tũc Gubernatoris, huius Ciuitatis.

11 Hi tales † habentes expressũ pactum cum Dæmone sunt, excõmunic. & in eos est bulla Sixti V. vide Nau. c. 25. n. 22. in manu, & hic sciatur consulere negromãres esse prohibitum sub pœna excom. latæ sentẽ. Nauar. c. 2. num. 23. & 36. & habetur in c. Ariolos, 26. quæst. 5.

De vanis incantationibus.

QVAESITVM CXI.

SVMMARIVM.

1 *Incantatio quid sit.*
2 *Incantatio an quandoq; sit licita.*

Digitized by Google

3 *Incantatores serpentum habent pactum tacitum cum demone.*

4 *Dauidis carmen Psalmi an approbet incantationes.*

An sit licita incantatio?

1 DIc, quod † est prohibita, quia, vt dictum est habet tacitum pactum cum Dæmone, & hoc procedit, in omnibus incãtionibus, nisi excusaret ignorantia, & bona fides ante admonitionem cõfessoris, maximè circa simplices mulierculas, quæ ante admonitionem confessoris possunt absolui imposita salutari pœnitentia, & si fuerit casus reseruatus, vel habuerit annexam excommunicationẽ debet obtineri prius facultas à superiore, vide D. Tho. 2. 2. q. 95. & 96. Incãtatio igitur est prohibita, & pertinet ad superstitionem, sed si fuerit in mala fide nõ essent absoluendę.

2 Sed, posset † dici, quod aliquando sit licita, quãdo quis dicit verba sacra, & nil aliud addit, vt Deus in adiutorium meum intende, sperans diuino adiutorio expellendum esse omne malum, sed non debet attendi aliquis finis particularis, vel obseruari tempus, vel locus, vel modus, vide D. Tho. 2 2. quæst. 69. art. 4. & Caiet. v. incantatio, qui dicit nulli credendum esse in bonum in materia Incantationis, Idem, Sil. in v. superstitio.

3 Et hic † nota, incantatores serpentium habere pactum saltem tacitum cum Dæmone, qui fingit obedire, vel educendo serpentes è latebris vel reddendo eos innoxios, & obedientes incantatori.

4 Nec † Dauidis carmen Psalmis. Approbat incantationes, sed potiùs reprobat iuxta D. Augustini, & aliorum, illius loci expositionem, sed ibi Propheta, similitudine voluit exprimere nolentes intelligere, vt bene agant; &c.

De vana obseruatione.

QVAESITVM CXII.

SVMMARIVM.

1 *Vana obseruatio in quo consistit.*

Digitized by Google

In quo consistit vana obseruatio?

1 DIc, quòd † consistit in sumendis vanis, & superstitiosis remedijs pro recuperanda, vel tuenda sanitate, D.Tho.loc.cit.& Nauar. cap.12.num.22. Vt est, cum quis vtitur aliquibus verbis, quæ neq; ex diuina institutione, neq; ex naturali virtute, neq; ex Ecclesiæ dispensatione, talem effectum operari possunt, vt esset pro liberatione à febre quartana, liberè aquam cum cartis scriptis, verbis sacris, vel non intelligibilibus, & simil.

QVAESITVM CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Verba Euangelij an liceat super nos gestare vel res sacras vt Agnos Dei.*
2 *Eijcere Agnos Dei in mare ad sedandas tẽpestates vel &c. an sit superstitio, & num.3.*
4 *In verbis, & lapidibus aliquibus ineſt virtus quædam naturalis.*
5 *Superstitio an sit dicere verba sacra, ad aures infirmi pro recuperanda sanitate.*
6 *Viris aliquibus probis concessa est à Deo gratia sanitatum in signo Crucis.*

An liceat gestare super nos verba Euangelij, vel res sacras, vt Agnos Dei, & simil.?

1 DIc, quòd † non est illicitum, dummodo non immisceantur vanitas, & superstitio, puta ad hunc, vel illum finem particularem, nisi quantum virtus diuina, aut naturalis, aut Ecclesiastica dispensatio permiserit, Nauar. in tract.de Hor. Canon.
2 c.6.num.44. Hinc non † erit superstitio aliquando eijcere Agnos Dei in mare turbatũ ad sedendas tempestates, vel ad extinguẽdum ignem, quia ex matris Ecclesiæ, dispositione talem possunt habere virtutem communicatam illi ab eius sponso, Caiet. V. Superstitio in fine, Hinc legi-
3 tur † Imperatorem ad sedandum mare Andriaticum eijcisse in illud vnum ex clauis passionis Christi.
4 Nota tamen posse † in aliquibus herbis, vel lapidibus inesse virtutem quandam natu-

ralem,

Digitized by Google

ralē, quæ applicata ſortiatur effectum, & hoc non eſt ſuperſtitioſum, nec prohibitū, vt virtus lapidis dyaſpidis, quæ habet ſiſtere ſanguinē, & vnguis Elephanti, quæ eſt naturaliter contra grancum, & calamita in ferrum, vide D. Antonin. 2. p. titt. 12. c. 1. §. 2. & alios. Quod poteſt dici de alijs, quæ habent naturalem virtutem in aliquos effectus eis infuſam, & diuina reuelatione cognitam, & à diuina bonitate, vt proſit ſanitati conceſſa, ſed eſſet

5 † ſuperſtitio dicere etiam verba ſacra ad aures infirmi pro recuperanda ſanitate, quæ ſi ſuccedit vel caſu ſucceſſiſſe vel dęmonis fraude, dicas, vt inducat homines ad credendum ei.

6 Non tamen † negandum eſt aliquibus probis viris conceſſā à Deo gratiam ſanitatum, vel ſigno Crucis, Gaiet. V. ſuperſtitio in fine, maximè quando eſt in ædificationem fidei, & familiæ Eleazariç erat conceſſa expulſio immundorum ſpirituū, de qua Chriſtus, in Euāgelio, filij veſtri in quo eijciunt. Ita Ganſenius in ca. Concor. ſuper Euāgel. Luc. c. 11.

QVAESITVM CXIV.

SVMMARIVM.

1 *Remedia quæ prohibita, & quæ permiſſa pro ſanitate recuperanda, & num. 5.*
2 *Noxia remedia quæ ſint.*
3 *Contumelioſa remedia, quæ ſint.*
4 *Nugatoria remedia quæ ſint.*

Quæ ſunt remedia prohibita, & quæ permiſſa in hoc propoſito pro ſanitate?

1 Dic, quædam † eſſe noxia, quædam contumelioſa, quædam nugatoria. No-
2 xia † ſunt, quæ dantur ad inducendam ſterilitatem, ſiuè viro, ſiue feminæ, & ſunt peccata mortalia, & ſi dantur pro abortu, inducunt excommunicationem ex bulla Sixti V. quæ bulla compræhendit dantes mulieribus remedia pro abortu, ſeu ſterilitate, non autem viris, quia tunc tantummodo peccatur mortaliter.

3 Contumelioſa † remedia ſūt quando dantur pocula ad

Digitized by Google

amorem, vel odium, quæ sũt cum maxima Dei contumelia, & si miscentur in eis sacramentalia, sapiũt hæresim, Sil. in V. superstitio, Angel. V. interrogatio.

4 Nugatoria † remedia sunt quæ adhibentur per aliquam actionem factam in aliquo particulari tempore, vel per particulare medium, vt natare in nocte Sãcti Ioannis Baptistæ, vel colligere herbas in hoc, vel alio die, vel emittere sanguinem hoc, vel alio festo, & non comedere capita animalium, hæc sunt remedia nugatoria, vana, & superstitiosa, & vtentes peccant mortaliter, quia habent pactum tacitum cum Dęmone, nisi excusentur ab ignorantia, & numquam fuerint admoniti à confessore, Nauar. c. 6. num. 9. de Hor. Canonicis

5 Sed pro temporalibus † infirmitatibus, post adhibita licita remedia, ad Deum recurrendum est, scilicet rationibus, votis, & eleemosinis, & ad Sanctorum intercessionẽ, ac etiam ad vsus Sacramentorum nec non & Sacramentalium, vt aquæ benedictæ, incensi, & palmæ benedictæ, sed absq; superstitione, vide Nauar. de Hor. Can. nu. 49.

QVAESITVM CXV.

SVMMARIVM.

1 *Inuocare auxilium alicuius sancti particularis pro aliquo particulari, malo an liceat.*

2 *Inuocari potest D. Anton. pro inueniendis rebus deperditis.*

3 *Superstitio an sit ducere animalia infirma circa templa Sanctorum in eorum festis, vel &c. & num. 4.*

5 *Superstitio an sit pro sanitate recuperanda imponi sibi vestem alicuius sancti.*

6 *Quid si fiat anulus ex nummo argenteo, primo in adoratione Crucis oblato, &c.*

7 *Quid in eo qui ex nummo per eleemosinam acquisito, quamuis sit diues dum luna est media, &c.*

An liceat pro aliquo particulari inuocare auxilium alicuius sancti particularis, vt pro dolore dentium inuocare Sanctam Apolloniam, vel pro expulsione ignis Sanctum

Anto-

Digitized by Google

Antonium de Viēna, vel pro inuentione rerum deperditarum, Sanctum Antonium de Padua aduocatum meum, cānendo responsorium, vt solet fieri?

1 Dic, quòd † licet, quia Deus elargitur multas gratias intercessione Sanctorum, sed euitandus esset vanus cultus, ne incideretur in superstitionem.

Hic nota, Nauarrum in specie
2 docere posse inuocari † D. Antonium aduocatum meū pro inueniendis rebus deperditis, modo absit superstitio, quæ esset, si quis diceret esse necessario dicendum responsorium, & non sufficere, aliā orationem, c. 18. nu. 24.

3 Nota etiam, non † esse superstitione ducere animalia infirma circa templa Sanctorū in eorum festis, vel alio tempore, vt fit Neapoli in festo Sancti Antonij, & Sancti Eligij, & Romæ in festo etiam Sancti Antonij, vt vidi maximo concursu, & in terra Cerinariæ huius Diœcesis in festo Sancti Blasij, vel alibi in festo Sancti Viti, cuius Corpus est in Praga vrbe Boemiæ vt ex Martirol. & ratio est, quia deuotio, dominorū potest impetrare sanitatem animalibus intercessione sanctorum, quod approbat historia S. Paulini Nolensis Epi-
4 scopi, sed † posset inesse superstitio, siquis putaret necessarium ducere circum circa templum, vel per vnā portam introire, & aliam exire, vel tot vicibus circuire, & simil. vel cum dono, nam sufficit ibi illa apparere, & si cū oblatione, quod signum pietatis est, vt domini animaliū moueantur ad deuotionem & eorum orationibus, & sibi, & animalibus sanitatem præcentur.

5 Nec esset superstitio, † pro sanitate tuenda, vel recuperanda procurare imponi sibi vestem alicuius Sancti, vt pro dolore capitis, imponi biretum Sancti Francisci de Paula, vel cingulum Sancti Francisci Seraphici, dūmodo sine superstitione apponatur, vt manu virginis, vel in tali loco, vel hora.

6 Sed esset † superstitiosum ex nummo argenteo, primo in

adora-

adoratione Crucis oblato, fieri anulum pro sanitate tuenda, vel pro expellenda infirmitate, puta attractione neruorum, vulgo lo grãco, quia id ei, nec ex naturali virtute, nec super naturali, nec ex diuina reuelatione, nec ex Ecclesiæ institutione, aut quauis alia ratione, hoc illi ineſſe virtutis reperitur.

7 Idem dic † de eo, qui ex nũmo per eleemosinam acquisito quamuis diues, confici curat, mediam lunam, dum luna est media pro liberatione à morbo caduco, nã hoc nugatorium, & superstitiosũ remedium est.

Secus esset, si quis faceret aliquod, quod ab antiquis audiuit reuelatum à Deo alicui Sancto, vel deuotæ personæ, Caiet. in Summ. V. Superstitio, & in 2.2. q. 96. art. 4.

De arte Notoria.

QVAESITVM CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ars notoria quæsit.*
2 *Scientia non acquiritur nisi studio, & labore aut per intellectus illuminationem.*
3 *Ars notoria habet tacitam Dæmonis inuocationem.*

Quid est ars notoria?

1 DIc in hoc proposito † esse illam, qua quis artificiose vtitur ad acquirendas scientias absq; labore, & studio, vt cum vtitur certis 1 Ieiunijs, orationibus, vel probationem verborum, incognitorum, aut in spectioni aliquarũ figurarum, hæc est ars diabolica. D. Tho. 2.2. q. 96. art. 1. Nauar. c. 2. nu. 38. Sil. V. Superstitio. Nam scientia † non acquiritur, nisi studio, & labore, aut per intellectus illuminationem, quæ non potest fieri à Dæmone, sed à Deo solo, & ideo hæc 3 ars † habet tacitam inuocationem Dæmonis, Nauar. loc. cit. licet hodie non sit in vsu, Sed qui haberet reuelationem sibi à Deo fuisse infusam scientiam, bonum esset, sed hodie non facile à Deo conceditur 26. quæst. 2. cap. qui sine Saluatore, & ibi glos.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Reliquias Sanctorum an liceat gestare.*
2 *Gestare an licitum sit sacras orationes, & Agnum Dei.*
3 *Gestare reliquias falsas & alteri dare est sacrilegium.*
4 *Superstitio quando potest in esse in orationibus, & gestationibus rerum sacrarum.*
5 *Superstitio an sit Imergere imaginem alicuius Sancti in mari vel flumine pro excitanda pluuia, &c.*
6 *Et an scribere in carta in festo Sanctæ Agatæ dum missa celebratur vt liberetur Domus à tactu fulminum.*
7 *Et an scribere verba in candelis in festo purificationis pro liberanda muliere à partus difficultate.*
8 *Imagines deuotas ad pluuias excitandas vel sedandas an licitum sit.*
9 *Quot sunt necessaria ad euitandã superstitionem, in gestatione breuium & quæ.*

An liceat gestare reliquias Sanctorum.

1 Dic, † quod sic, si cum Dei reuerentia, & Sanctorum veneratione gestentur, pro omni bono obtinendo, & omni malo euitando,
2 & hoc modo licitum † est etiã gestare sacras orationes Agnum Dei, & simil. sine tamen vana circũstantia, vt gestare reliquias, vel Agnos Dei. in forma triangulari, vel tribus filis ligatos, & simil. quia inesset superstitio cum pacto tacito dęmonis, vide Nauar. c. 2. num. 35. & D. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. & D. Antonin. in 2. p. tit. 12. c. 1. §. 13. Sed
3 gestare † reliquias falsas, & dare alteri sacrilegium est.
4 Hic in vniuersum sciatur † in orationibus, vel gestationibus quarumuis rerum sacrarum posse inesse superstitionem, si gestentur, aut dicantur cum circumstantia loci, & temporis, aut pro aliquo fine particulari, quia orationes, & gestatio Sacrorum optima sunt, sed possunt esse vanæ circumstantiæ, nisi dicatur de aliquibus orationibus reuelatis à Deo aliquibus Sanctis, quod per eas tales effectus impetrari possint, de quo standum

est

est Sanctæ Matris Ecclesiæ, dispensationi. Et si legatur de aliquibus orationibus, quod sint compositæ ab aliquibus sanctis pro aliquo particulari fine, obtinendo, vel euitando, dicendum est, vel ex Dei reuelatione illos composuisse, vel eos in vniuersali composuisse pro omni malo euitando, & bono obtinendo, sed alios adidisse hunc, vel illum finem particularem.

5 His adde † esse superstitionem imergere alicuius Sancti Imaginem in mari, vel in flumine pro excitanda pluuia, vel lauare pedes alicuius sancti per manus Virginis ad eundem effectum, Nauar. c. 6. num. 46. Ita etiam scribere † in carta in festo Sanctæ Agatæ, dum missa celebratur, vt cartula liberet domum à tactu fulminum, Nauar. c. 2. num. 35. P. M. de superstitione, sic † etiam scribere verba in candelis in festo Purificationis pro liberanda muliere à partus difficultate, & pro pariendo masculum, quæ omnia supestitiosa sunt Sed licitum est ad excitandū pluuiam, vel remouendum,

8 † circunducere, deuotas Sanctorum imagines, & orationibus flectere Deum ad nostra vota. Vnde Dauid. flectitur iratus, voce præcante, Deus. Adde etiam ad euitandam

9 † superstitionem in gestatione breuium, quatuor esse necessaria. Primum vt contineant nomina, vel verba Sacræ Scripturæ, nam si continent verba incognita, inest tacita inuocatio Dæmonis. Secundum vt nullus alius caracther apponatur, præter signum Crucis, Tertium, vt nulla species requiratur in modo scribendi, aut ligandi aut gestandi, puta, quod scribatur in carta virginea, aut manu puellæ, ligetur tot nodis, aut in tali die &c. Quartum vt non contineat finem malum, puta ad alliciendum amorem, vel, vt non confiteatur in tortura, & similib. Nauar. capit. 2. numer. 34. qui citat. Diuus Anton.

Digitized by Google

De obseruatione temporis.

QVAESITVM CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Superstitio an possit esse in vana obseruatione temporis vt in exemplis, num. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Futurorum obseruatio an possit esse superstitiosa.*

An possit esse superstitio in vana obseruatione temporis?

1 DIc, quòd † sit, quando inaliquo faciendo, vel non faciendo obseruaretur tempus excepta causa naturali, vt si quis non † lauaret 2 caput in die Sabathi ad euitandum dolorem, & simil. cum id ars medicina non docet, vel colligere † herbas 3 in die Sancti Ioannis Baptistæ pro aliquo remedio, & simil. Nauar. loc. cit. & habetur in c. non obseruetis, 26. quæst. 7. Ita etiam esset 4 superstitiosum, si quis † haberet pro malo augurio in capite anni non mitti sibi munera, vt solitum est, nam id fine superstitione seruari potest ad retinendam reciprocam beneuolentiam, ita etiã 5 posset † esse superstitio non plantare vineam in anno Bisexto, c. non liceat, 26. q. 5. Sed obseruatio temporis in nauigatione, agricultura, & medicina, quia est naturalis non est superstitiosa.

Ita etiam posset esse superstitiosa obseruatio futurorum, ex aliquo accidenti, vt quando 6 quis, in egressu domus, si offendit pedem, & inde crederet sibi malum futurum, vel si ex occursu talis animalis, vel cantu auium, vel vlulatu aliquorum animaliũ, & simil. aliquod siniſtri sibi timet quod si euenit, vel casu accidisse, vel arte Dæmonis, credendum est, non autem ex ante dictis, in quibus debet pastor animarum remedijs oportunis oues sibi commissas ita deterrere, vt tales vanitates abborreat.

De maleficio.

QVAESITVM CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium quid sit.*

2 *In maleficio quot concurrunt.*
3 *Maleficium quotuplex.*
4 *Parochus in confessione maleficiorum quid debet aduertere.*
5 *Malefici quid sunt interrogandi à confessare cum Sacramenta, vel Sacramentalia adhibuerint.*
6 *Maleficia quot modis possunt impedire debitum matrimoniale.*
7 *Quare Deus hæc maleficia permittat, & num. 11.*
8 *Maleficia alio maleficio dissoluere non licet.*
9 *Dans mercedem malefico pro recuperanda sanitate an peccet.*
10 *Vera remedia contra maleficia, quæ sint, & numer. 13.*
11 *Malefici seu maleficia non possunt offendere tria genera personarum, & quæ.*

Quid est maleficium?

1 DIc, † quod est ars nocendi, siue animæ, siue corpori ex Dæmonis potestate à Deo permissa, & species artis magicæ.

2 Et tria † concurrunt in maleficio, Dæmon præparans, maleficus cooperans, & Deus permittens ex occulto, & semper iusto eius giudicio, cap. per sortiarias 33. quæstio 1.

3 Et est † duplex maleficium, alterum amatorium, quod inducit ad amorem lasciuũ, vel auertit ab amore honesto, vt vxoris, & amici, & contra authores vltra pœnas Sacrorum Canonum est pœna mortis in Regno Neapolitano.

Alterum veneficium, quo solent malefici nocere hominibus, vel brutis, vt in volucro aliquarum materiariam, vel cereis imaginibus, & simil. & hoc nunquam est sine occulto maleficio, c. nec mirum, 26. quæst. 5. l. multi, C. de malefic. & matematic. vide Castrens. lib. 1. cap. 15. de iusta hæretic. punition.

4 Hic sciet † Parochus in Confessione maleficorum esse bene aduertendum, an habuerint pactum expressum cum Dæmone, abnegantes fidem Christianam interius,

Digitized by Google

& exterius, nam tunc ſunt excõmunic. & Apoſtate nec poſſunt abſolui, niſi à ſummo Pontifice, verum ſi corde non credente, ore tantũ peccauerunt, ſine errore intellectus, non ſunt excommunicati in foro conſcientiæ, ſed peccauerunt peccato mortali, quod ſapit hæreſim, ſed in foro exteriori adhuc punirentur, & in horum abſolutione, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt, eorum ſcripta ſtatim comburantur.

5 Et cum hi malefici † adhibuerunt Sacramenta, vel Sacramentalia in maleficijs, sũt interrogandi à confeſſore, ſi crediderunt in illis eſſe virtutem ad facienda maleficia, nam, ſi ita, ſunt hæretici, ſin ſecus, eorum peccatum ſapit hęreſim, & in abſolutione debet eis imponi, vt ſatisfaciant partibus læſis, quantũ fieri poteſt.

6 Et tene mente † maleficia quatuor modis poſſe impedire debitum matrimoniale, primo refrigerãdo lumbos, & renes coniugum, occulta dęmonis applicatione rerum refrigeratiuarum, puta ſucco herbarum, vel puluere lapidum, citiſſimo, ſi opus eſſet, motu ex vltimis terræ partibus exportando. Secundo turbando imaginatiuam, & fantaſiam illorum ita, vt vxori vir exoſus videatur, & è contra. Tertio interponendo corpus aereum inter coniuges, vt coniungi non valeant. Quarto intercludendo vias naturales, & meatus, ne ſemen poſſit pertingere ad vaſa genitalia.

7 Et hæc † ſolet Deus permittere propter peccata coniugum, c. nec mirũ, 26. quæſt. 3. quæ ligamina Dęmon ſolet operari per maleficia extrinſeca malefici opera, ſed re vera ipſe interius operatur illuſo malefico.

8 Et notandum non licere huiuſmodi maleficia, alio maleficio diſſoluere, quia eſſet inducere maleficum ad peccandum, vt male tenuit Angelica; licet eſſet paratus, qđ eſt res intrinſecè mala, & nũquã põt bene operari, ſed licet implorare malefici auxilium, tum in inueniendis maleficijs, & materijs, quibus

Digitized by Google

confecta sunt, tum etiam, vt maleficus illa dissoluat sine tamen alio maleficio, Caiet. V. maleficium, Paulus de Castro lib 1. de Iusta hæret, punit. cap 15 & hic nota,
9 promittentē † mercedem ma lefi.o pro recuperanda sanitate si dar ante recuperatam sanitatem peccata m. sin vero post pecc. mortaliter, sed tenetur soluere promissū sal ua meliori sententia.
10 Sed vera remedia † contra maleficia sunt sacrificia, & Orationes, & alio modo dissoluere est peccatum m. Sed, vt dictum est, Sacrificia, & orationes sunt optima remedia, & ad sanandas & ad præseruandum, quibus adde Ieiunia, confessiones generales, eleemosinas, & alia pietatis opera, d. c. si per sortiarias. Adde optimum remedium esse exorcismum per ministros Ecclesiæ per preces Ecclesiasticas ad id deputatas, optimumq; etiam remedium esse frequentem inuocationem dulcissimi nominis Iesu, ac eius Sanctæ Matris, & haberem magnam deuotionem erga Angelum Custodem, est etiam optima cautela ad purgandum maleficia, requirere totius domus angulos ad inueniendū facturam, & inuenta, comburatur, vel patiens muret domicilium, sed sciatur † aliquā
11 do Deum permittere ad meritum patientis, & ad illius purgationem in hac vita.
12 Et hic sciatur † maleficos, seu maleficia non posse offendere tria genera personarum, in prima sunt omnes ministri Iustitiæ contra maleficos, & maleficas non possunt ab eis lædi; Paulus de Castro loc.cit. & Paulus Grillan. in suo tract. de strig. & ratio est quia nō possūt impediri actus iustitiæ, imò vt experientia docuit, non possūt nocere, nec bonis, nec filijs, nec amicis officialium. In secundo genere sunt, qui habent bonā custodiam Angelorum, idest ita se gerunt, vt bene ab Angelo custodiri mereantur, & qui bene se muniunt signo Crucis: In tertio genere sunt, qui deuotè vtuntur sacramentalibus, nempe aqua benedicta, palma benedicta, & in ensu

bene-

Digitized by Google

benedicto, & candelis benedictis, quæ sunt ab Ecclesia disposita ad debilitandas vires hostis, vide Authores cit.

13 Adde, † quod idonea remediam ad soluendo maleficia, sũt exorcist. apposita aqua benedicta, preces deuotæ, deuota perceptio communionis, & tunc sine vlla etiam inuocatione soluendo vinculum capillorum, seu aliorum inuoluerũ, quibus incantatio contineri solet Nauarr. capit. 11. numer. 29.

QVAESITVM CXX.

SVMMARIVM.

1 *Incantationibus maleficorum, &c. an liceat expellere tempestates & alios aeris motus.*

2 *Campanæ sunt benedictæ.*

3 *Bombardarum ictus iuuat ad dissipandum aerem quo futura tempestas continetur.*

4 *Ad idem prodest accendere candelas, benedictas ante imaginem B. M. V.*

5 *Dæmones in corpore obsesso an liceat interrogare.*

6 *Maledictiones contra sorices vermes brucos, &c. vastãtes labores hominum an liceat ministris Ecclesiæ proferre ne superstitione.*

An liceat impedire, vel expellere tempestates, aut alios aeris motus incantationibus maleficorum, vel alio modo, præter quàm orationibus?

1 DIc, quòd † non licet vllo pacto, quia est peccatum m. Sed licitum est orationibus placare Deum, vt desinat ab illis afflictionibus, prodest etiam campanarum † sonitus, quia sunt benedictæ, & illarum benedictio expellit Dæmones ab aere causantes plerũque tempestates, vel quia illo sonu populus inducitur ad deuotionem, & sic placatur Deus,

2 3 iuuat etiam ictus † bombardarum ad dissipandum aerẽ, quo futura tempestas continetur.

4 Prodest † etiam accendere candelas benedictas ante imaginem Beatæ Virginis, & ibi etiam apponere palmas benedictas ad modũ Crucis, & dicere deuotas

præces

præces ab Ecclesia approbatas ad dictum finem contra tempestates, & tonitrua. Et hic nota, sententiam Bartoli in l. eorum c. de malefic. & matemat. non esse contrariam D. Thom. quia Bart. loquitur in foro exteriori, sed D. Tho. in foro interiori.

5 Nota hic quòd licet † interrogare Dæmones in corpore obsesso non tamen precepi ēt sine aliquo societatis pacto ad aliquā vtilitatem, D. Anton. 2. p. tit. 12. q. 1. §. 5. Nauar. cap. 1. p̄cept. dicas ca. 11. num. 27. qui citat. D. Anton. Imo addit, quod non sit nisi veniale, colloqui cum dæmonibus in corpore obsesso ob curiositatem.

6 Nota contra † sorices, Vermes, brucos, & simil. labores hominum deuastantes solere sine superstitione proferri à ministris Ecclesiæ maledictiones, & est optimum remedium confessio generalis populi, & orationes publicæ. Vide Cassaneum in lib. Consiliorum super hac materia, de quo habetur ea ratio quæ secundum fidem Christianam habenda est.

De Strigibus vulgo Ianare.

QVAESITVM CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Striges seu Strigones quare ita dicantur.*
2 *Harum maleficarum quot sunt species.*
3 *Causa quibus mouentur ad hoc pessimum exercitium.*
4 *Vxores nouæ antiquitus vngebant postes maritorum oleo & adipe & cur.*
5 *Vxores vnde ita dictæ.*
6 *Maleficæ an vere intrant domos sub forma canis aut felis*
7 *Et an possint intrare domos ianuis clausis.*
8 *Animal in cuius forma maleficę apparent si percutitur an & vbi remaneat signum percussionis.*
9 *Non vella de Bereuentana nuce.*
10 *Beneuenti cur olim potius, quam alibi maleficę conuenebant.*

Quare

Digitized by Google

Quare huiuſmodi perditæ fęminę vocantur ſtriges, ſeu ſtrigones, qui maſculini ſunt generis?

1 Dic, appellari † tali vocabulo, ſumpta ſimilitudine quorundam animaliũ rapacium, quæ dicuntur habere aſpectum quaſi humanum, & latenter intrantes domos, ſugunt ſanguinem puerorum, & oleum lampadum, & ita appellantur huiuſmodi mulieres, quæ dicuntur etiam & lamiæ, & hæ expreſſe paciſcuntur cum dæmone dantes ſe illi in corpore, & in anima, cum chriſtianæ fidei abnegatione.

2 Harũ † maleficarum duplex eſt ſpecies, aliquæ deferũtur corporaliter, ſiue viſibili, ſiue inuiſibili modo per Dęmonem ſub forma canis, vel hirci 26. q. 5. c. Epiſcopi, Aliquæ per imaginationem deceptæ putant adire diuerſa loca, & diuerſas rerum videre ſpecies, dum grauiſsimo ſomno oppreſſæ in terra, vt mortuæ iacuerunt.

3 Tres † autem cauſæ ſolent aſſignari, quibus mouentur ad hoc peſsimum exercitium, Prima eſt ad explendam luxũriam, & ideo vt plurimum vetulæ ſunt, quæ in priori vita meretrices, vel aliàs mali nominis fuerunt. Secunda propter paupertatem, aut deſperationem, Tertia propter zelotipiam, & vindictã, nam poſſunt intrare in domos, & facere multa mala ex permiſsione diuina.

4 Nota quod apud † antiquos vxores nouæ vngebant poſtes maritorũ oleo vel adipe ne quid mali medicamenti inferre, ſed præcipuè adipe Lupino, teſte Manſurio,

5 hinc vxores † dictæ ſunt ab vngendo, ita Beroaldus contra Seruium.

Sed ſciendum, quod iſtæ male-

6 ficæ † non intrant domos ſub forma canis, aut felis, quia Dęmon non poteſt mutare formas, ſed facit eas apparere in aliena forma præſtringendo virtutem viſiuam circunſtãtium, nec poſ-

7 ſunt † intrare domos ianuis clauſis, quia hoc ſolummodo Beatorum eſt, ſed Dæmõ præcedendo eas aperit, & illis intrantibus ianuæ clauſæ

appa-

apparent, quæ tamen apertæ sunt & oculi earū præstrigio detenti, non vident.

8 Nota, hic, quòd † si percuteretur illud animal, in cuius forma ipsæ apparent, remaneret signum percussionis, in loco vbi percussæ fuerunt, & sic de die posset cognosci, quæ nam fuit malefica illa, quòd sæpe accedisse in praxi publicè docuit fulgentissimus sydus, Sanctiss. & mundo vtillime Societatis Iesu P. Marius toties à me citatus magister meus, idem confirmauit tot venerandus Pater Pecorarius eiusdem Societatis, qui fuit Theologus Beneuentanæ Ecclesiæ tempore Illustriss. Card. Arigoni Archiepis.

9 Non ab re † inferā hic aliqua de nuce Beneuētana, occasionem præbente materia, de hac nuce, & Paulus Gyrlandus, & alij scriptores mētionem faciunt.

Hæc nux mos non extat, fuit in loco vbi nūc dicitur à Sāta Colomba in planitiæ inter collennam Monticalui, & fluuium sabati, prope viā quaitur al' Stretto de Barba, in eodē loco, quo erat, fuit ædificata Ecclesia sub vocabulo Sanctę Columbę, de ordine S. Barbati Vigesimi Beneuentan. Episcopi, qui sacrilegam hanc & nefaustam arborem radicitus extirpauit, & ex inde erumpentem serpentem aqua benedicta aspersum interfecit: hoc idem præfatus Sanctus de altera arbore in cuius loco Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cota ædificata fuit non longè à mænib. Beneu. miraculosè operatum esse antiqua traditione Beneuēti habetur, de hoc Sancto Episcopo quod samnitum populum, ab idolatria purgauit, & quod sectam internitionis Benti expellendo extulit.

Itaq; ad hanc nucem infames maleficæ quas striges vocant ad nocturnum Conuentum conuenire solebant vt ex pluribus processibus apparet.

Tempore autem Maximiliani de Palombaria cuius memoria in benedictione sit ex cō fessione quinq, maleficarum ex Beneuentana Prouincia apparet eas per plures annos, conuenisse ad locum

dictæ

Digitized by Google

apparet eas per plures annos, conueniſſe ad locum dictæ Nucis, & ad plenum confeſſas fuiſſe multa curioſa de ludo hoc Nocturno, & diabolico, me vti Auditore præfati Archiepiſcopi interrogãte, prout ex proceſſu cõſtat quæ tamen malefice vt dictũ eſt extere fuerunt, nam ſic propter vigilantiam DD. Archiepiſcoporum nomen hoc perditarum mulierum videtur penitus extinctum.

10 Quare autem † Beneuenti olim potiùs, quàm alibi peſſimus ſic conuentus haberetur, ſicut etiam habebatur in quodam loco Dalmatiæ, & loco fori Liccij: hanc rationẽ reddunt ſcriptores, quod in his ſcilicet locis, principalior idolatriæ ſoboles ab antiqua gẽtilitate colebatur, vel quia, prædictæ humidæ, ſunt regiones, & Behemot habitat in locis humentibus.

QVAESITVM CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Faſcinatio quid ſit & quotuplex ſit nu. 2.*
3 *Nabucdonoſor quomodo ludificatus, qui credebat ſe eſſe bouem & degebat cum beſtijs.*
4 *Ludificatio hæc an ſolet fallere ſanctos.* (*ſit.*
5 *Faſcinatio per oculos qualiter*

Quid eſt Faſcinatio.

1 DIc quod † vocabulum eſt Græcum, & Latinè ſonat nocumentum, quod fit præ ſtrigijs, & artibus magicis, Italicè pigliare d'occhi & affaturare, & ſolet etiam animalia tenella inficere hũc, Poeta Neapolitanus., che ſi dilegua come Agnel per
2 faſcino, & triplex † eſt huius mali ſpecies, prima eſt ludificatio oculorum, ſecunda inuidia, & odium, tertia eſt infectiua viſio ludificatio oculorum ſiue ſenſuum hominis fit quando, ita præſtringuntur oculi alicuius, vt rem videat, aliter ác eſt vt erãt diſcipulorũ oculi qui tenebantur, ne Dominum agnoſcerent,
3 & ita † fuit ludificatus. Nabuodonoxor qui credebat ſe eſſe bouem, & degebat cum beſtijs Daniel. 4. &
4 hæc † ludificatio non ſolet fallere ſanctos vt affirmat D. Hieronymus in vita Sancti

Hyla-

Hylarionis secunda fascinatio fit propter inuidiam, & odium quando quis per inuidiam per mala media inficit alios. Tertia fit naturalis ex infecta complexione cum
5 spiritus infecti † per oculos aspicientium egredientes inficiunt aliorum oculos maximè tenellorum puerorum vnde Aristot. in lib. de sõm. & Vigil. quia multa huc pertinentia diffusè inuenientur. Vide etiam tractatum de fascino Fratris Magistri Leonardi Vaiti ex monacis antiquis Sanctæ Sofię de Beneuento, postea Reuerendissimi Episcopi puteolani, & vide quæ satis diffusè scribit Thomas Garzonius in la sua piazza Vniuersale, discursu 41. fol. mihi 417.

De ebullitione sanguinis occisi ex vulnere.

QVAESITVM CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Causa ebullitionis sanguinis mortui ex vulnere in præsentia occisoris.*

2 *Ebullitio huiusmodi an sit inconueniens inditium ad detegendum crimen occultum.*

An possit assignari causa ebullitionis sanguinis mortui ex vulnere in præsentia occisoris?

1 DIc, quòd vel ebullit ille sanguis in præsentia occisoris propter aerem ex spiritibus malignis infectum ipsius occisi, & hæc est ratio naturalis, quæ placuit D. Prospero reghene, apicino celeberrimis nominis Medico, & Matemathico, vel potest id accidere ex diuina dispensatione in vindictam homicidij, vnde dixit Dominus Caino, sanguis Abel fratris tui clamat ad me de terra, genes. 4.

2 Sed notandum hoc † non esse incõueniens inditium ad detegendum crimen occultum, prudenti Iudici, contra suspectum homicidam, Poder. decis 166. Comes de tor. reor. num. 15. Vide Aflict. in cap. 1. §. inuria, numer. 62. de pac. Marcus Antonius Blancus in tract. de ind. numer. 408. qui dicunt quòd est inditium, si

ces-

Digitized by Google

cessat ebullitio post discessum himicidæ.

De Diuinatione.

QVAESITVM. CXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatio quid sit, & an sit prohibita num. 2.*
3 *Dæmon quot modis possit scire futura occulta.*
4 *Experientia est rerum magistra.*
5 *Diuinationis quot sunt species.*
6 *Astrologia naturalis an sit vera & quid in Iudiciaria num. 7.*

Quid est diuinatio?

1 DIc, quòd † est inordinata præcognitio eorũ, quæ per naturam sciri non possunt, Cæiet. V. Diuinatio in summ.

2 Et est prohibita, † & continet tacitam, vel expressam inuocationem Dæmonis, qui

3 ‡ tribus modis potest scire aliquantulum futura occulta, vel per quasdam coniecturas, & exteriora inditia, ex quibus ipse, vt optimus Philosofus conijcit per signa secreta cordium, & cogitationes hominum, vel per longã experientiam, & ingenij subtilitatem, nam ipse, vt est prima creatura habet experientiam præ alijs exactissimam,

4 & experientia † est rerum magistra, vel ex ipsa rerum natura, & dispositione, vt prædicere morbos futuros in autũno, ex maxima humiditate æstatis, & simil.

5 Et hic nota species † diuinationis esse multas, & omnes esse prohibitas, vt peccata mortalia regulariter, nisi excusset simplicitas, vel curiositas, vel iocus, pro quibus breuitate studens, remitto paro chum ad summistas.

6 Et hic nota † Astrologiam naturalem, quando pura est, esse veram, vt in prædictione futurorum ventorum, aut pluuiæ, aut defectus lunæ, vel solis, quia dependet ex causa naturali, & ideo non superstitiosa; in hac non est mediocriter versatus D. Oratius Albinus Beneuentanus Medicus, & philosophus excellentissimus.

7 Sed Astrologia † Iudiciaria

Digitized by Google

est prohibita ab Ecclesia vbique, & signanter per bullã Sixti V. & vltra peccatum m. sapit hæresim; contra hos Astrologos Parochus debet ita se gerere, vt eos non absoluat, nisi vere pœniteat, & abstineant in futurum, & libros statim comburant, vide bullam Sixti V.

QVAESITVM CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Incantationes pro conseruandis fructibus seu animalibus &c. an admittatur.*

An admittantur incantationes pro conseruandis frustibus, seu animalibus, seu pro sanandis vulneribus?

1 DIc, † quòd non, vide Osasc. in sua disputatione, an Principi Christiano, fol. 110. nu. 21. impress. post decis.

Nunc de Ludo.

QVAESITVM CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ludus quid sit.*

2 *Ludus in genere suo est opus indifferens.*

3 *Actio sanctorum vel passiones Christi an possit representari in Ecclesijs.*

4 *Ludus quibus rationibus potest esse illicitus.*

Quid est ludus?

1 DIc, quòd est † humana inuentio ad exercendum corpus, vel ingenium, Nau. cap. 19. num. 41. Caiet. 2. 2. quæst. 68. art. 1. & in summ. V. ludere.

2 Et in genere suo ludus † est opus indifferens; & per consequens nullum peccatum, quia est virtutis eutropoliæ, .i. iucunditatis, sed potest inesse peccatum, vel ex genere ludi, vel ex circumstantijs, vt si constaret ex factis turpibus, & simil. vel si resultaret in damnum spirituale, seu etiam corporale, vel si fierẽt in Ecclesia, quod esset irreuerentia loci Sacri cap. eum decorem de vita, & honest. cler. licèt † in Ecclesijs possit repræsentari actio sanctorum, vel passionis Christi, de licentia tamen Episcopi.

3

4 Præterea † ludus potest esse illici-

Digitized by Google

illicitus, vel ratione personę, vt sunt clerici, vel ratione loci, vt si fiant in Ecclesia, vel ratione temporis, vt in diebus pœnitentiæ, vel ratione finis, vt si ad corrumpendam mulierem, vel ratione abusus, vt si ita quis sit ludo affectus, vt vilescat apud leges Canonic. & ciuiles, aut etiã ratione qualitatis, quando ludus in se est malus, vel continet malũ modum ex exercendo, Nauar. c. 20. Caiet. in V. Ludere.

QVAESITVM CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clerico an liceat ludere, & num. 2.*

3 *Qui vouit non ludere si lusit in parua quantitate an faciat contra votum, & num. 4.*

An liceat clerico ludere?

1 DIc, † quòd non ijs ludis, qui sunt permissi laicis, vt ludus armorum, nec ludo alearum, cap. Cler. el. 2. de vita, & honest. cler. Imò non præmit esse participes acquisiei in talibus ludis, nec spectare ludentes, glo. in cap. Episcopus 31. distin. & in d. cap. cler.

2 Sed causa † recreationis, & in loco secreto, & ludo honesto non est prohibitum clericis ludere, quia tunc non faciunt contra sacros Canones, qui sunt contra lusores ordinarios, & ludẽtes notabilem quantitatem, Imò si Clericus luserit, non causa recreationis, sed lęnitatis, qa est homo lenis, peccat venialiter. Nauar. cap. 20. num. 9. & 10. D. Th. 2. 2. quæst. 168. artic. 3.

3 Hic nota pulchrum, † quod, qui vouit non ludere, si lusit in parua quantitate, non fecit contra votum, imò, nec contra Iuramentum si iurasset, quia votum, & iuramentum interpretantur de ludo in quantitate notabili, Idem

4 dic, † si vouisset, vel iurasset non ludere, & ludendo, soluere tot hospitali, si luserit postea in parua quantitate, vel per breue tempus, non vt priùs, sed si lusisset, vt priùs in tempore, & in quantitate, teneretur ad votum soluendum etiam non sequuta conditione, quia hoc non est

pœna,

Digitized by Google

pœna, sed votum, & ius est acquisitum, loco pio, nec procuratores possent remittere, nisi summus Pontifex. Quando verò votum esset ex presse etiam in parua quantitate, votum teneret, vt emissum est.

QVAESITVM CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scaccorum ludus an sit permissus clericis, & religiosis.*
2 *Ludus non solum clerico sed etiam laico potest esse prohibitus*
3 *Ludere ludo licito est prohibitum in Ecclesia, & num.4.*
5 *Ludere in die Festo quando sit peccatum veniale, & quando mortale.*
6 *Ludens in diebus sollemnibus est excommunicatus.*
7 *Ludo ita intentus vt vilescat & contemnatur peccat mortaliter.*
8 *Aleatores sunt velut hostes reipublicæ & deterioris conditionis quam latrones nu.9.*

An ludus scaccorum sit permissus clericis, & religiosis?

1 Dic, quòd † omnes ferè dicunt esse permissum, Riccar. 4.sent.d.15.q.13. ar. 3.dub.2.glos. in authen. interdicimus, C. de Episcopis, & cleric. & ratio est, quia est ludus ingenij.

Aliqui dicunt esse illicitum, quia mens eo distrahuntur Hab. 4. sent. di. 15. Tu dic resolutè esse prohibitũ, si luda tur per consuetudinẽ, ita, vt prorumpetur in vitium, sed causa recreationis.

2 Et hic nota, quemcumq; † ludum posse esse prohibitum non solùm clerico, sed etiam laico, si ille ex quocumq; ludo est solitus prorumpere in blasfemias, & simil. quæ sunt peccatum; Imò ludere
3 † etiam ludo licito est prohibitum in Ecclesia, & ludens peccaret, nisi excusaretur tẽpore belli in obsidione, si tamen fieret reuerenter, c. decet de immun. Eccles. astica in 6. sed exercere † in
4 Ecclesia ludos theatrales, & similes esset peccatum m. Nauar. c. 20. num. 3. Sil. V. ludus, & alij summ. Caiet. 2.2. q.166. art.3. & cap. cũ decorẽ, de vit. & honest. cler.

5 Et

Digitized by Google

5 Et hic sciatur qđ ludere † in die festo, aliquando est veniale, & graue, quando quis luderet per totum diē audita missa, sed esse mortale, quando quis luderet, & omitteret audire missam, quia facit contra præceptum,
6 Imò Ludens † in diebus sollemnibus est excommunicatus de conse. dist. 1. & hoc intellige, cum totus dies cōsumitur, sed si non consumaretur totus dies, etiam si esset dies sollemnis, vt nox Natalis Domini, vel dies Paschatis, non esset peccatum propter ludum, sed posset esse peccatum ratione scandali propter irreuerentiam, vel propter personæ qualitatem, Sil. V. Ludus. Caiet. V. ludere, Ita etiam peccat
7 † mortaliter ludens qui ita est intentus ludo, vt vilescat, & contemnatur, Sil. V. Ludus, Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 5. art. 2. Nota, quòd Odofred. in l. 1. ff. de aleatoribus
8 dicit, quod aleatores † sunt velut, hostes reipub. & phi-
9 lo. IIII. ethic. lusores, † sunt deteriores conditionis, quā latrones, D. Aug. de penitente, cohibeat se ludis seculi qui profectā vult consequi remissionem gratiam. Hieron. non sunt cum Consilio ludentium, & cap. 15. Iob. namq; ludentibus miscui me cap. 3.

QVAESITVM CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Ludens habens intētum ad lucrum non ad delectationem animi an peccat.*
2 *Parocus non debet statim absoluere habentes continuā consuetudinem, ludendi.*
3 *Habentes continuam consuetudinem ludēdi sunt infames*
4 *Ludens qua ratione peccat.*
5 *Ludi qui prohibentur à Iure Canonico vel Ciuili qui sunt.*
6 *Ludentes ludo prohibito quādo excusatur.*
7 *Factores seu venditores taxillorum an peccant.*
8 *Baratter iam tenentes peccāt grauissime.*
9 *Restitutio à lusoribus quibus facienda, & num. 14.*
10 *Spectantes ludorum prohibitorum an excusentur à peccato.*
11 *In ludo peccatur si non seruatur*

tur modus & interuenit fraus dolus, vis, aut metus.

12 *Quot modis possit esse fraus in ludo.*

13 *Ex defectu cõsensus quot modis possit esse fraus in ludo.*

15 *Lucratum in ludo a filijs fam. etiam 40. annorum restituendum est eorum patri fallit. num. 16. 17. & 18.*

19 *Peculium Castrense vel quasi quod sit.*

20 *Ludens cum Clerico seculari an teneatur restituere quod ab eo lucratus fuit.*

21 *Admonitus in ludo de punctis aduersarij teneatur restituere.*

22 *In ludo permittitur quaedam fictio, & fraus adinuicem.*

23 *Decipiens socium in errore calculi se vinceret peccat, & tenetur restituere.*

24 *Ludens tenetur restituere quod acquisiuit violãte leges ludi.*

25 *Ludens tenetur restituere q lucratur ab eo qui inductus est ad ludendum quadam reuerentia, & Vassallus cum Domino, & num. 26. & 27.*

28 *Simulãs se ineptum cum sit peritus in ludo teneatur restituere quod lucratur.*

29 *Et quid de tertio affirmante illum simulatorem esse inexpertum.*

30 *Expertus in ludo ludens cum inexperto an peccat & teneatur restituere.*

An peccet qui habens intentum ad lucrum, & non ad recreationem, & delectationem animi?

1 DIc, quod sic, † & aliquando mortale, vt cũ ludit, intendens lucrum cum periculo tamen amissionis omnium bonorum, vel maioris partis, vel cum periculo reddendi se impotentem, postea ad satisfaciendum creditoribus, aut cum quouis periculo nocendi proximo, Nauar. c. 20. num. 3. Sot. lo. cit. Caiet. in V. Ludere, D. Tho. 2. 2. q. 168. art. 3. Aliquando peccat venialiter, quando intendit principaliter lucrum, sed sine periculo, vt supra, aliquando nec venialiter, vt quando lucrũ, non est causa primaria, & finalis ludi, sed secundaria, & impulsiua, etiam si esset causa, sine qua non lusisset, nam causa principalis vitiat, non

autem

Digitized by Google

autem secundaria potest etiã esse peccatum in ludo respectu abusuum, nempè blasfemiarum, mendaciorum, & similium. Nec obstat antedictis præceptum legis de non concupiscendo rem proximi nam ibi intelligitur, concupiscentia vijs illicitis, secus est in ludo, in quo ludens, certat cum periculo bonorũ suorum, remotis fraudibus, & alijs circumstantijs malis.

2 Hic aduertat Parochus, † q̃ non debet statim absoluere habentes continuam consuetudinem ludendi, quia exponit se periculo peccandi, &

3 hi † tales sunt infames de Iure communi, ac etiam de iure regni, per constitutionẽ, quæ incipit, exordiẽs de his, qui ludunt, Gramt. decis. 40.

Peccat etiam aliquando ludens

4 † ratione ludi prohibiti, vel quia est per se malus, & contra legem Dei, vel quia est prohibitus per legem Canonic. seu ciuilem, quia non obedit legi, sui tenetur obedire.

5 Et ludi, † qui prohibetur à Iure Canonico, seu Ciuili sunt ludi qui innituntur forte, seu fortuna, vel casu, vt sunt ludens alearum, & simiLes, non autem illi, qui innituntur viribus corporis, aut ingenij, & iura, quæ prohibent huiusmodi sunt in viridi obseruantia, quo ad taxillos, sed quo ad cartas, aliqui sunt prohibiti, aliqui verò permissi, & ita obligãt ad peccatum m. ludentes ex consuetudine, & professione aliquo ludo taxillorum; seu cartarum in tali ludo prohibito excusarentur ludentes non ex consuetudine, vel ex professo, sed semel, atque iterum, & in pauca quantitate, hi peccant tantum venialiter, cap. Episcopus 35. dist.

6 excusarentur † item, qui luderent etiam ludo taxillorũ, seu cartarum prohibito, sed causa recreationis, nisi ex ludo magnum sequeretur scãdalum, Nauar. cap. 20. nu. 6. & 7.

7 Hic nota non peccare † factores, vel venditores taxillorum, & alearum, D. Thom. 2. 2. q. 169. artic. 2. ad quartum & Caiet. Sil. in V. ars contra D. Antonium 2. par. tit. 1. c. 23. §. 27. & ratio est, qui ta-

Digitized by Google

xilli, & alcæ non sunt venenum, vt non possit quis illis vti in bonum, quod non fit de veneno.

Peccant tamen grauissimè, qui
8 tenent la baratteria, cum ipsi sint lusoribus peiores, l. 1. ff. de ale. lus. imò sunt infames ex constitutione Regni antedicta, & decis. Grammat. 40. & multæ pœnæ sunt impositæ in Pragmat. Regni contra prædictos, imò ex iure Regni tenentur ad omnia damna, quæ à lusoribus fierent in eorum domibus, & hoc in foro exteriori secus in foro interiori, in quo tenẽtur lusores susceptoribus, vide Sil. V. ludus q. 9. qui dicit
9 restitutionem à lusoribus esse faciendam pauperibus, sed tu dic melius, esse faciendam parti læsæ.

10 Nec excusantur † à peccato saltem veniali spectatores ludorum prohibitorum, imò aliquando potest esse mortale ratione scandali, & mali exempli, quando sunt personæ, quæ alios corrigere deberent, vel quando cooperiunt, & protegunt ludentes ludo prohibito, ne inueniantur ab executoribus curiæ, vide Angelum in V. ludus, nu. 13. & Sil. & Tabien. num. 14.

Peccatur etiam in ludo, † quan-
11 do non seruantur modus, & lex ludi, & interuenit fraus, aut dolus, vis, aut metus, Nauarr. cap. 20. nu. 13. D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. & ratio est, quia in tali ludo videretur esse ablatus concessus, vbi interuenit fraus, &c. efficeretur ludus malus, Nauar. cap. 20. nu. 17. & sic vincens tenetur restituere, & peccat mortaliter.

12 Quatuor autẽ modis † potest esse fraus in ludo, vel ex parte instrumẽti lusorij, quãdo cartæ, seu taxilli sunt falsi vel ludenti aliquo signo noti, tũc ludentes peccant mortaliter, & tenentur restituere, Nauarr. cap. supra, quia in pugna ludi non fuit æqualis conditio vtriusque partis, vel ex defectu legum ludi non seruatarum, & hoc sequitur, siue ludi sint liciti, siue illiciti, siue à fortuna, siue ab ingenio dependeant, sic vincẽs tenetur restituere, & peccat mortaliter.

Vel

Digitized by Google

13 Vel ex defectu † consensus, & hoc tribus modis, vel quãdo quis ludit inuoluntariè, vel cum alter simulat imperitiam ludi, & est peritissimus, vel cum ludit quis cum amentem, & simil. hic sic lucrans tenetur restituere, & peccat mortaliter. Vel ex parte defectus dominij collusoris, cum non habent super rebus suis, vt filij familias, religiosi, professi, vxores, serui,
14 prodigi, & minores viginti annis, hinc quicquid ab his super lucratum fuerit est restituendum nõ ipsis, sed eorum dominis, curatoribus, vel superioribus, administratoribus, vel parentibus, &c. D. Tho. 2. 2. q. 57 art. 7. ad secundum. Nauar. c 20. nu.
15 12. & alij, imo dic † de filio familias, quod etiã si sit ætatis quadraginta annorum, et aliquid ab eis super lucratũ fuerit, est restituendũ eius pa
16 tri secus esset, si filius fuerit emancipatus, vel vixerit seorsum à patre per decem annos l. 1. C. de patria potesta.
17 Affl. decis. 183. Vel si † filius familias luderet, patre expresse consentiente, vel si existeret in curia alicuius Principis, vel in studio, quia tunc potest ludere, & disponere de aliqua parua quantitate, nam videtur pater in eo casu & loco consentire, Nauar. c. 20. nu. 17. Sot. lib. 4. de ius. & iur. q. 5. art. 7. Sed hoc intellige iuxta qualitatem personæ, filius enim pauperis in studio, vel in curia, non debet ludere vti filius Principis quia non videtur in tali casu pater consentire, vel dicas
18 etiam filius familias posse ludere, si habet peculium castrense, vel quasi, & peculium castrense est, quod est acquisitum militiæ quasi vero castrense est, quod est acquisitum exercitio artium liberalium, Nauarr. c. 17. nu. 241. & lucrans non tenetur restituere, secluſa fraude, idẽ dic de religioso habente peculium ex permissione sedis apostolicę, licet ludere peccat.

Idem dic, quando seruus haberet consensum domini ad ludendum, vel si haberet peculium de consensu domini, vel si esset factus liber, ludẽs cum eo, & lucrans, non te-

Digitized by Google

nerur restituere.

Sed tenetur restituere, qui vinceret monetam subreptam,

20 statim atq; scit, qui verò † lucraretur cum clerico seculari etiam si essent fructus beneficij, aut distributiones quotidianæ, aut quæuis participationes in Ecclesia, non tenetur restituere, licet ipsi clerici grauissimè peccent, nec ipsi clerici lucrantes tenētur restituere, Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 7. licet Nauar. teneat contrarium de reddi. eccles.

21 Ita etiam tenetur restituere, qui lucratur in ludo cartarū admonitus signo alicuius de punctis aduersarij, & admonens tenetur insolidum restituere, & peccat mortaliter, ita etiam, qui ludit nummis adulterinis, tenetur, rerestituere, & peccat mortaliter.

22 Secus † esset, quando quis luderet in ludo, in quo permittitur quædam fictio, & fraus adinuicem, vt cùm quis fingit habere plura puncta in cartis, & prædicta plura offert, vel spondet ad faciendum fugere aduersarium, & lucrans in hoc casu non tenetur restituere, nec peccat Couar. Reg. pecc. 2. p. §. 4. n. 1. & idem dicas de omnibus fictionibus, quæ fiunt in ludo, siue inuitando, siue acceptando sponsiones, vulgo l'immite, quia ita fert lex ludi, quæ est vtrique parti comunis.

23 Sed † qui deciperet socium in errore calculi, & sic vinceret peccaret, & teneretur restituere, l. eleganter. ff. de dolo.

24 Ita etiam teneretur quis restituere acquisitum violādo leges ludi, vt si prius acciperet cartas, qui debebat accipere posterius, & ex hac præuentione lucratus sit, & si erit incertum, quod lucratus sit, restituat arbitrio boni viri Nauar. c. 20. n. 17.

25 Ita etiam tenetur † restituere, qui lucratur cum eo, qui sit inductus ad ludendū, non propria voluntate, sed q̄dā reuerentia, & pudore, vt solet etiam vassalli cum Domino, cui non audet contradicere, & tamen sine voluntate ludit, Sot. de iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 7.

26 Et

Digitized by Google

26 Et hoc † procedit ab ea parte ludi, à qua incepisset reuerentia, vel pudor, vt qui in principio voluntariè lusisset, sed postea in medio, vel in fine ludi non audet discedere à ludo quodam timore reuerentiali, & pudore, noto tamen Domino, alias secus.

27 Quod fortius procedit in ludere † coactum nimis, aut alio modo ad ludendum cũ potentiori, quia lucrans peccat, & teneur restituere, maximè, qui amittit, si est vilis conditionis, & animi, Sot. lo. cit. & in l. solet, ff. de ale. lus. Limitat Nauar. quando quis fuit leuiter distractus, & de facili inductus ad ludendum c. 20. n. 15.

28 Ita etiam † tenetur restituere, qui simulat se ineptum, cũ sit peritus in ludo, & sic alter etiam inexpertus inducitur ad ludendum, quia fraudem committit lucrans, Nauarr. loc. cit. n. 13. Innoc. in c. quia pleriq; de immun. Eccles. & ibi Abb. num. 31. Couar. lo.

29 cit. Idem dic † de tertio, qui vt in expertus induceretur ad ludendum, affirmauit illũ simulatorem doctum in ludo esse inexpertum, quia cũ illo participabat de lucro, faciens, vt vulgo dicitur la vacca. Sed hoc non procederet, quando duo lusores ambo essent peritissimi, & vterq, fingeret se imperitum.

30 Quando vero † peritissimus non fingit se in expertum, sed ludit cum inexperto certissimus de victoria, peccat, et tenetur restituere, quia non fuit æqualis conditio.

QVAESITVM CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Filius fam. ludens cum maioribus an teneatur restituere, & num. 3.*

2 *Minores possunt facere conditionem suam meliorem non deteriorem.*

An filius familias teneatur restituere, si lucratur cum maioribus, cum lex ludi debet esse æqualis?

1 DIc † quod non, vide Couarr. reg. pecca. 2. p. §. 4. Nauarr. c. 20. num. 22. Med. c. de restitu. q. 22. et ratio est, quia minores, et

alij

2 alij, vt supra possunt † facere conditionem suam meliorē, sed non deteriorem.

Sed alij dicunt huiusmodi minores teneri restituere, Alfons. de Cast. l. 2. de leg. pen. c. 7. Sot. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 2. sed prima opinio est probabilior.

3 Sed † cum filij familias, & alij, vt supra inhabiles ad ludendum, vel finxerint se esse maiores, vel habere peculiū castrense, seu quasi, cum vtrū que falsum sit, tunc si lucrentur, mentientes tenentur restituere, Nauar. & alij Io. cit. Sed si ludentes cum antedictis, sciebant illos mentiri, & ludunt, & perdunt, eis imputetur, nam scienti non fit iniuria de reg. iur. in 6.

QVAESITVM CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Habens vnum aureum, & fingens habere plura an teneatur restituere.*

An qui habet nisi solum vnum aureum, & in ludo fingit habere plures, & sic inuitat ad ludendum, & lucratur plura teneatur restituere?

1 DIc. quod † potest lucrari plures pluribus vicibus, dūmodo in vnaquaq; vice non lucretur, nisi quantum ipse habebat, nam in vna vice non potest lucrari, nisi quantū ipse habebat, & alias tenetur restituere.

QVAESITVM CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ludere pecunia credita an sit licitum, & quid extra Regnum Neapolitanum, & n. 1.*

3 *Tenetur quis de iure communi soluere, quod in ludo amisit vel promisit, & quando excusatur.*

4 *Renunciare quis non potest quod est fauore publico statutum.*

An sit licitum ludere pecunia credita?

1 DIc. quod † non in quauis ludo, & si quis ita lucratus fuerit tenetur restituere, etiam ante sententiam & hoc procedit in Regno Neapolitano ex dispositione

Prag-

Digitized by Google

Pragmaticarum, sicut etiam non potest ludi super apocis banchi, nec super pignorum, quod vt audiui, etiam in Ispanijs obseruatur.

2 Sed † extra regnum Neapolitanum in casu prædicto nō tenetur restituere ante condemnationem, etiam ratio est, quia ludus in Regno per leges antedictas dicitur illicitus, & prohibitus, & propria annullat quemcunq; contractum, & quamuis promissionem ratione ludi factam.

Aliter autem esset dicendum, si alibi extaret lex, quæ prohiberet ludum, sed non annullaret contractum, nam de iu

3 re comuni † tenetur quis soluere, quod in ludo amisit, vel quod promisit, sed excusatur prohibitione legis particularis, quod sequitur etiā si cum iuramento promisisset, Nauar. cap. 20. n. 17. nam licet peccauerit iurando, tamen non peccat non obseruando, Quod procedit etiā si ludens renunciaret pragmaticæ, & omni legum auxilio facienti in contrarium,

4 quia quis non potest renunciare, quod est pro publico bono statutum, Sot. 4. de iu. & iur. q. 5. art. 2.

QVAESITVM. CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio de acquisitis in ludo fraudolente cum quæsitis in ludo bonæ fidei an valeāt.*

2 *Quid de lucro cum pecunia præsenti mutuata.*

3 *Restituere tenetur lucrans cū pecunia præsenti, sed subrepta à monte, vel mensa communi.*

4 *Ludens cum pecunia fraude quæsita in ludo restituere tenetur.*

5 *Quid si appareat de voluntate perdentis.*

6 *Ludens in die festo contra prohibitionem legis, vel præcepti superioris an teneatur restituere.*

7 *Ludens cum pecunia absenti cum altero pecunia præsenti si lucratur non potest recipere.*

An valeat compensatio de acquisitis in ludo fraudulento cum quæsitis in ludo bonæ fidei, & licito?

1 DIc. quod † non, sicut non valeret compen-

Digitized by Google

satio lucri cum pecunia præsenti cum lucro de pecunia credita, Sil. V. ludus num. 9

2 & ibi Tabien. Idem dic † de lucro cum pecunia præsenti mutuata, vel ab ipso collusore, vel ab alio consorcio, nam ludere cum pecunia mutuata, à collusore virtualiter est ac si luderetur pecunia credita, & ita in foro conscientiæ non teneretur quis restituere collatori pecuniam sic in ludo mutuatam.

3 Ita etiam tenetur quis restituere lucrum factum pecunia præsenti, sed subrepta à monte comuni, & mensa pecuniæ; itaq; lucrans hoc modo, & lucrum perdenti restituere, & pecuniam subreptam mensa comuni tenetur: Idem dic † de lucro facto in ludo per pecuniam

4 fraude aliqua quæsita in ludo, quia hoc est virtualiter ludere pecunia absente.

5 Sed hoc non † procederet, si appareret de voluntate perdentis, quod vellet lucrari voluntariè donare sine respectu humani, & tunc lucrans legitimè sibi retinet, non ratione ludi, sed ratione doni. Nec procederet hoc in locis, vbi tales leges non sunt, vel si sunt, abrogata sunt, patiẽte legislatore, & sciente.

6 Et hic nota † ludentem in die festo contra prohibitionem legis, vel præcepti superioris, si lucratur teneri restituere, & perdentem teneri soluere, quando lex vltra pœnas non tollit obligationem.

7 Et hic sciendum † ludentem cum pecunia absenti cum altero pecunia præsenti, si lucratur, non posse recipere, sicut, si perdit non teneri soluere, quia lex ludi debet esse æqualis.

QVAESITVM CXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sponsio, quid sit in hoc proposito.*

2 *Sponsiones quot modis fiunt.*

3 *Sponsio quando sit licita.*

4 *Modus alius sponsionis licitus & num. 5.*

6 *Promittens non ludere, & si luserit centum Ecclesiæ cum iuramento tenetur, nec potest ei sponsio remitti.*

7 *Stipulatus non ludere, & quotiesſ-*

tieſcunque luſerit dare centum, &c. an teneatur toties ad centum quoties contrauenerit, vel ſemel tantum, & num. 8.

9 *Stipulatus hoc modo ſi me reprehendes in ludo dabo tibi centum ſi clam luſerit an teneatur.*

10 *Ad ſponſionem teneatur qui concedit de veloci curſu, vel de validioribus viribus in luſta etiam ſi ante experientiã, quem pœnituerit.*

11 *Sponſio de re illicita non valet.*

12 *Sponſiones quaando ſunt licitæ, & obſeruandæ.*

13 *Ludus alearum recreationis cauſa non præſumitur eſſe peccatum m.*

14 *Perdenti in ludo licitum eſt furari aliquod vincenti, & tenenti barattariam.*

15 *Mutuans pecuniam ad ludendum an habebat actionẽ.*

16 *In prohibitione ludi alicuius particularis, comprehenditur tam qui ludit, quam qui reſpicit.*

17 *Ludum tenens in domo ſi percutitur ratione ludi nõ tenetur percuſſor.*

18 *Colluſor ſi colluſori vendat an teneatur de euictione.*

Quid eſt ſponſio in hoc propoſito?

1 DIc. quòd eſt ludus conuentionalis, & quædam ſpecies aſſecurationis, vt cum pecunia exponitur pro dubijs euẽtibus, vulgo, le inguagiature, o le ſcommeſſe. Et
2 fiunt tribus † modis vel quãdo vterque colluſor deponit pecuniam penes tertium, ſeu pignus, vel quando vnus tantum ſtipulatur, vt promitto tibi centum, ſi nauis mea ſalua redierit, & ſi non redierit, ſolues mihi centum, & ſic firmant ſtipulatione. Tertio quando vnus ex colluſoribus promittit pro futuro aliquo euentu, vel dat aliquã pecuniæ quantitatem requirens ab eo in caſu non ſequuti effectus duplum.
3 Et hic ſciatur quod † ſponſio vt ſupra in tantum erit licita, in quantum habet in ſe cauſam iuſtam, & honeſtam, ſed quando eſt de re parum honeſta, dicas eſſe illicitam, ſed per modum aſſecurationis, ſemper eſt licita, Sot. 6. de iu. & iur. art. vnico.

Digitized by Google

4 Est & alius † modus sponsionis etiam licitus, vt cum quis accipit mutuo ab aliquo cum pacto ne ludat, & ludendo reddere illi duplum, si iste lusore luserit in secreto, tenetur in foro conscientiæ soluere illud duplum promissũ, Bart. in l. ex ea parte, ff. de verbor. oblig. Nec requiritur condemnatio, quia hæc est pęna conuentionalis, quæ nõ requirit condemnationem, & non legalis, in qua requiritur condemnatio, Imò nec pęna conuentionalis debetur ante petitionem partis, Nauar. c. 23.66. Couar. c. 6. §. 8. nu. 2. de sponsal. Imo hic est contractus mistus, & modus ludẽdi licitus, & obligat ante petitionem, etiam si conditio clam euenerit. Quod procedit † etiam si quis per alterũ luserit, nam per se ipsum ludere videtur. Imo procedit etiam, si stipulator promisisset pecuniam, & non adhuc dedisset,

6 Et hic nota † cum, qui promisit nõ ludere, & ludendo soluere centum tali Ecclesiæ, & iuramento firmauit, teneri in foro conscientię, si contrauenerit ad sponsionem, nec posset remitti ab economis vel rectore, nam ius est Ecclesiæ acquisitum, sed solùm posset remitti à summo Pontifice, & quando pactum esset publicum, posset spondens cogi per curiam, posset tantũ quando promissio fuit secreta, comutari ab Episcopo, vel à Confessore in aliã rem piam si talis detur facultas in indulgentia.

7 Et hic sciatur † quòd si quis stipulatus fuerit non ludere & quotiescunq; luserit promittit soluere centum, tunc contraueniens tenetur ad promissa quotiescunq, ludit pro qualibet vice, secus si stipulatus fuisset non ludere tunc pro vna tantum vice tenetur, & pro alijs, & in dubio ita est interpretanda stipulatio l. bonus, ff. de verb. & rer. signifi.

8 Qui autem stipulatus † esset pro quacunque vice qua luserit promitto soluere centum, tunc, si per per totum diem luserit cum vna persona, tenetur semel ad centum, sed si luserit cum plurib⁹ personis, tunc tenetur

ad sol-

Digitized by Google

ad ſoluendum toties centum quot ſunt perſonæ, cum quibus luſerit,& ratio eſt,quia tunc fiunt actus diſcontinui, & tot ſunt vices,quot fuerũt perſonæ, cum quibus luſit, Sil.in V.ludus in fine,Bartol. in l. Inficiendo, ff. de furtis, §.infans: hoc autem non procedit, quando luditur parua pecunia, vel ſine pecunia.

9 Nota etiam † qui ſtipulatus eſſet hoc modo, ſi me reprehenderis ludentem dabo tibi centum,non contrauenire, nec teneri,ſi clam luſerit, nã ad hoc,vt teneatur debet cõſtare cauſa cognita de ludo.

10 Nota † etiam teneri ad ſpõſionem qui dato pignore cõtendit cum aliquo, vel de veluciori curſu, vel de validioribus viribus in lucta, ſi ipſe inferius fuerit, & ante experientiam eum pœnituerit, dũmodo per alterum non ſtet, nam hic recuſans experiri, fraudem committit, Dec. in l. in iure ciuili de regũl. iur. gloſ.in l.ſi rem,ff.de præſcri. § ſi quis ſponſionis.

11 Nota etiam † non valere ſponſionem de re illicita, vt de committendo peccato,vel de re inciuili, & damnoſa, vt de bibendo tot vicibus, cap. à crapula de vit.& honeſt.cle

12 ric.& tunc † ſponſiones etiũ licitæ,& obſeruandæ, cum continent honeſtam cauſam, & excludunt omnem fraudẽ, quæ interuenire poſſet cum periculum enim eſſet æquale vtriuſq; partis.

13 Nota hic † quod ludus alearum, recreationis cauſa, non præſumitur eſſe peccatum m. Cappel.Toloſ. q. 192. in addit. Aufr.

14 Nota etiam † quod perdenti in ludo licitum eſt impune furari aliquod vincenti,& tenenti barattariam in domo, & pro tali furto non datur accuſatio Anton.Corſet.in ſuis ſingul.c.f.ſing. 1.

15 Nota etiam,† quod mutuãs pecuniam ad ludendum non habet actionem pro reſtitutione,Gram. deciſ. 40. Cappel. Toloſ.vbi ſupra.

16 Nota etiam, † quod ſtante prohibitione ludi alicuius particularis ludi tam cõprehenditur qui ludit, & puniri poteſt; quam qui reſpicit ludere, Hippol.ſingul.152.

17 Nota etiam, † quod tenens

Digitized by Google

ludum in domo; si percutitur ratione ludi, non solum in loco, vbi luditur, sed vbicunq; non tenetur percussor, & talis iniuria est impunibilis Gram. decis. 40. nu. 5.

18 Nota etiam, † quod si collusor collusori vēdat, de euictione non tenetur, idem dic si vendat extraneo, intellige, quando venditio fit in ludo prohibito, Petrus de Rau. singulare 562.

Nunc de sanctificatione festorum.

QVAESITVM CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Sabathum vox hebrea est, & quid sonat.*
2 *Sabathum apud hæbreos accipiebatur per tota hebdomada, & quid apud gentiles nu. 3.*
4 *Dies Dominicus quare ita dicitur.*
5 *Sabathum hodie obseruans an pecc. mortaliter, & nu. 6.*
7 *Dies sabathi est consecratus B. M. V. & quibus rationibus.*
8 *Miraculum magnum in Grecia in effigie B. M. V.*

Quid intelligatur per Sabathum quod in lege mandatur sanctificare, per hæc verba, Sabatha sanctifices?

1 DIc. quod sabathū † vox hæbrea est, & sonat latinè requiē, & dicitur è sabbe, idest septem, secundum hæbreos, itaq; dies sabathi, quietis interpretatur, & sabathizare est quiescere, & vacare, & quoniam in creatione mundi Deus quieuit in die septimo ab omni opere, quod patrarat, hinc dies septimus sabathum fuit appellatum.

2 Præterea † apud hæbreos sabathum accipiebatur pro tota hebdomada, & ita ieiuniū pharisei bis in sabatho, interpretandum est, quod iactabāt se ieiunare bis in hebdomada, scilicet quarta, & sexta feria, unde etiam habetur in Euangelio prima sabathi, & secunda sabathi; idest prima dies, & secunda dies hebdomadæ, & sic de reliquis.

3 Sed Apud †gentiles dies hebdomadæ denominati fuerunt à planetis, vt prima dies appellaretur dies solis, secunda

dies

dies lunę, & sic de reliquis, quod etiam hodie apud nos obseruatur verso tantum nomine solis in nomẽ Domini, & sic prius dies vocatur dies Dominicus, secundus dies lunæ, &c. Sanctus Siluester Papa mandauit, vt retento nomine diei Dominici reliqui dies per ferias appellarentur, vt feria secunda, & tertia, &c.

Iudæi itaq; obseruabant sabathũ quod est septimus dies in memoriam creationis mundi & ob tantum beneficium, sed nos non obseruamus sabathũ sed diem dominicum in quẽ sabathum translatum est, & hoc in memoriam beneficij recreationis nostræ, idest redemptionis, & licet omnes dies sint Domini, hic tamen dies vocetur Dominicus, idest

4 consecratus in honorem Domini, vel vocatur dies Dominicus, quia in tali die Christus natus est (vt omnes tenẽt) vel quia in tali die Dñs fecit principium creationis, vel quia in tali die venturus est iudicare mũdum, vel quia in tali die resurrexit, vel quia in tali die misit Spiritum sanctum Apostolis, et propterea in tali die debemus omnes quiescere, & tunc tantum diem sanctificare.

5 Vbi nota † quòd peccaret mortaliter hodie, qui obseruaret sabathum more iudæorum, cap. peruenit de consecr. distin. 3.

6 Sed obseruare sabathum in honorem B. Virginis, nempe orando, ieiunando, visitando Ecclesias, & alia opera pia faciendo, etiam abstinẽdo ab operibus seruilibus, non esset malum, sed pium, & meritorium.

7 Et ratio quare † dies sabathi est consecratus b. Virgini, est quia cum Christus esset in sepulchro, solum in matre Virgine remãsit fides integra & hoc fuit in die sabathi, secunda, quia in hoc die B. Virgo diuersa beneficia, & gratias deuotis suis impetrauit. tertia quia in hoc die † magnum visum est miraculum in Græcia in quadam effigie B. Mariæ Vir. cooperta velo, nam visa est discooperiri ab hora nona diei Veneris, vsq; ad horam vigesimam quartã sabathi, quod pluries visum est. D. Anton. 1. p. tit. 24. cap.

Digitized by Google

4.§.4. & Duran. in suo ratio nal. Sed aduertendum in hac obseruatione sabathi in hono rem B.V. ne incidatur in aliquam superstitionem, vt solet mulierculæ, & ne quod pietas introduxit, impiè fiat, vt non texere, vel non filare, vel non suere, vel ieiunare vsque ad stellas, & interim alia opera seruilia facere P. Marius.

QVAESITVM CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Rationes quibus fuit institutũ vt obseruaretur dies dominicus, & alia festa.*
2 *Homo in festis debet abstrahere se à terrenis, & vacare spiritualibus.*
3 *Præceptum de obseruando die dominico partim est morale, partim cerimoniale.*
4 *Determinatio dierum sanctificandorum, est de iure positiuo.*
5 *Obseruare tenemur non solũ festa de præcepto, sed de consuetudine in loco vbi reperimur.*

Quare fuit institutum, vt obseruaretur dies Dominicus, & alia festa de præcepto, & hora qua incipiunt?

1 DIc. primo † ob requiem corporalem hominum, & animalium, quia continuo labore deficerent, & ideo decebat aliquando quiescere, & hoc est in die Dominico, & alijs festis.

Secundo, ob requiem animæ,
2 nam in festis potest, & debet homo abstrahere se à terrenis, & vacare spiritualibus de conse. dist. 3. c. Ieiunio, §. vlt.

Tertio, vt homo in die Dominico, & alijs festis recordetur diuinorum beneficiorum.

Quarto. vt in talibus diebus cõtemplando imitetur exempla Sanctorum, & illorum suffragia sibi imploret, quorum festa obseruat, D. Augu. lib. 20. & 22. contra Faustum.

3 Et notandum † præceptum de obseruando die Dominico, esse partim morale, idest de iure diuino, & partim cerimoniale, idest de iure positiuo, De iure diuino dicetur, vt sicut corpore iure naturali est necessaria temporum vi-

cissi

cissitudo,ne deficiat, sic, & animæ pro ejus refectione est obseruanda,& sanctificanda aliqua dies, in qua facta vacatione à rebus seruilibus, animæ saluti incumbatur.

4 Sed est de † iure positiuo determinatio dierum sanctificãdorum,nam iuris positiui est statuere celebranda festa, & celebrationis præfigere tempus,& teneatur menti teneri

5 nos † obseruare non solum festa de præcepto, sed etiam quæ sunt de consuetudine in in loco, vbi reperimur tempore festi glos.in cap.illa 12. distint.

6 Et sanctificatio † festi incipit à media nocte præcedenti vsq; ad mediam noctem subsequentem ipsum festum more Romano, ff.de fer. licet in aliquibus locis hoc non procedit,nam dies aliter incipit, vt in loco, in quo incipit ab hora 24.diei præcedentis vsque ad 24.die. subsequentis, & vbi esset hæc consuetudo antiqua,& recepta, sciente Episcopo, & tolerante,esset obseruanda, in nostris autem regionibus obseruatur more Romano.

Nec obstat textus in cap.2.de fer.vbi præcipitur, vt de vespere ad vesperam celebrentur sabatha, quia ibi loquitur quo ad officium Diuinũ à ministris Ecclesiæ celebrandũ; quia regulariter à primo vespere incipiunt, & finiunt in secundis.c.si peccauerit.2. q. 1.

7 Sed in obseruatione semifestorum est seruanda consuetudo locorum,quo ad perdurationem, vel etiam præceptum Episcopi,nam si Episcopus mandat,vel est consuetudo seruari,vt semifesta, tunc sunt seruanda vsque ad meridiem per duodecim horas computatas à media nocte præcedenti.

Si vero Episcopi mandatum esset, vel ita consuetudine seruaretur obseruanda esse per horas missarum,tunc sunt seruanda vsq; ad horam, qua missæ, vel similiter terminari solent incipiendo à tempore,quo verisimiliter missæ incipere possunt,Nauar. c. 17. num.1,Et hora pro vtroque solet esse ab aurora quousq; terminetur missa conuentualis, vbi est vltima, vel aliæ

missæ

Digitized by Google

missæ, omnes in maiori ecclesia, & in his semifestis est obligatio audiendi missam, sicut in festis ordinarijs, & per illud tempus, quo durant, est abstinendum à seruilibus.

QVAESIT. CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ prohibentur in diebus festis.*
2 *Opera quæ prohibentur in die festo quotuplicia.*

Quæ prohibentur in diebus festis?

1 Dic. † primo quod præcipuè prohibentur opera seruilia animæ, quæ sunt peccata, nam seruus est peccati, qui peccatum facit, secundo sunt prohibiti ludi, ioci, & malæ consuetudines. l. dies festos, C. de fer. Tertio, sunt prohibita opera seruilia corpori, & dum dicuntur hęc tria esse prohibita in diebus festis, debitum est fidelium tribus vacare nempe operibus misericordię, orationibus & verbo Dei, & auditioni Missæ.

Opera † autem, quæ prohibentur in die festo, vel sunt opera manualia, vel alia, quæ prohibentur ab Ecclesia, & hæc differunt, nã prima sunt prohibita de iure diuino, sed opera, quæ sunt prohibita ab Ecclesia sunt de iure positiuo, vt facere mercedem, ferre laudum recipere iuramentũ & similia, & peccatum mort. committitur in cõtrauentione horum, sicut contramueniendo præcepto piuino de abinendo à seruilibus posset excusare à peccato consuetudo antiqua tolerata, circa facere mercatum in die festo & hoc propter humanæ vitæ necessaria.

QVAESIT. CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Opera manualia; quæ sint in proposito.*
2 *Pingere, sculpire, deygnare, & similia non seruilia, sed ingenua sunt opera.*
3 *Opera communia tam liberis, quam seruis an sint prohibita in die festo.*
4 *Docere artem sonandi canendi, &c. an sint prohibitum diebus festis.*

Digitized by Google

5 *Seruilia exercitia an liceat facere in die festo, & quæ sint, & num.* 8.

6 *Opus in die festo qua ratione redditur licitum, vel illicitum.*

7 *Studere scribere allegationes, & simil. an liceat in die festo, & quid copiare, vel transcribere nu.* 9. & 13.

10 *Videre computa, & ratiocinia, an liceat in die festo.*

11 *Aritmetica est ars liberalis et an sit prohibitum eã docere die festo nu.* 12.

14 *Scribere testamenta, vel capitula matrimonialia, an liceat die festo.*

15 *Et an scribere ad amicos, & an orationes, & prædicationes, & similia nu.* 16.

Quot sunt opera manualia, quæ considerari possunt in hoc proposito?

Dic. quod possunt esse triũ specierum, vel quæ pertinent ad animam, & eius potentias, & hæc non sunt prohibita, quia sunt libera, & ingenua, vt studere, audire lectiones, meditari, informare iudices in scripto, vel verbo, etiam in die resurrectionis, Scribere allegationes in iure & similia, & etiam docere, nam hęc pertinent ad potentias animæ D. Thom. 2.2. q. 122. art. 4. Nauar. cap. 13. nu. 6. Caiet. in D. Tho. loc. cit. & non est audiendus Abb. cõtrarium sentiẽs in c. 1. de fer.

2 Adde, quòd pingere, †sculpire, designare, & similia, non sunt opera seruilia, sed ingenua, & facientes in diebus festiuis non peccant, quia sunt opera intellectus, intelligo, quo ad primos modellos, vel retractus, Caiet. V. festos dies Nauar. loc. cit.

3 Vel quæ † sunt communia, tã liberis, quàm seruis, vt iter facere, saltare, currere, sonare, venari, cantare, & similia, & hæc non prohibentur die festo, nec est sentiẽdum cum Sil. aliter sentiente de venatione, sicut etiam non † est prohibitum docere artem sonandi, canendi, æquitandi, digladiandi, sonandi organum in Ecclesia, vel extra, etiam necesse esset portare illud à baiulis p Ciuitatẽ. Nauarr. cap. 13. nu. 7. D. Tho. 2.2. q. 122. art. 4. cum Caiet.

5 Vel quæ † sunt verè seruilia, vel manualia, quia communiter pertinẽt ad seruos, & mercennarios, vt fabricare, arare, suere, & alia quæcunq; exercitia seruilia, & hæc facere in die festo est mort. vt etiam esset barbas tondere, l. omnes Iudices, C. de fer. Scit ergo Parochus, quæ prohibentur in die festo.

6 Et notandum † quod opus in die festo non redditur licitũ, vel illicitum ratione mercedis prætij, vel si fiat gratis, sed cõsideratur ipsum opus, nam pretium est per accidens, & nil operatur ad constituendũ peccatum. Et est com. sent. cõtra Armill. & Angel.

7 Itaque potest † quis in die festo etiam interueniente mercede, studere, scribere allegationes, informare iudices, & simil. quia hæc opera pertinẽt ad intellectum, & cum sint ipsa licita, sũt etiam licita, & accessoria, vt lucrum pro eis.

Sed de operibus seruilibus dicẽdum est totum contrarium,

8 quia † & si pia essent, & in vsus Ecclesiæ, & gratis sine mercede, adhuc est peccatum, si fiãt in die festo, etiam si ædificarẽtur altaria, & multo magis, si hæc opera seruilia exercerentur in vsus priuatorum, & consuetudo, quæ esset in cõtrarium, esset abusus, licet posset excusare gratis laborãtes Ecclesia paupertas, vel Parochi, vel Parochiani, in quo casu non solùm est licitum, sed etiam meritorium.

Hic nota, quod scribere aliquãdo est opus seruile, & sic pro-

9 hibitum, vt transcribere, † vt copiare processus allegationes iuris, & simil. quia tunc non est propriè scribere, & est peccatum mort. exercere in die festo, Vt peccarent Notarij transcribentes à bastardolo in protocollũ, vel de libro ad librum, vt sit à mercatori-

10 bus, vt etiam esset † peccatũ videre compotus, & ratiocinia. D. Anton. 2. p. tit. 9 c. 7. §. 5. Sil. in V. Dominica nu. 5.

Esset itaq; seruile videre ratiocinia, licet dependeat ab Arit-

11 metica † q̃ est ars liber. & ratio est, quia hoc non est ipsã

12 docere, † quod non est prohibitum, nec est scribere, aut discere, Aritmeticę numeros, quod etiam licet in die festo, sed est expressè transcri-

bere

bere, quod est opus seruile.

13 Sed non † est prohibitum transcribere literas ab exemplari causa discendi, sicut etiã non est peccatum scribere, seu trãscribere spiritualia excitantia ad deuotionem, sed

14 scribere † testamenta; vel capitula matrimonialia in die festo regulariter est illicitum. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. 5. Sed vbi est consuetudo fieri, non est peccatum, siue quis per se ipsum faciat, siue per alios.

Aliquando verò, scribere est opus ingenuum, & sic licitũ, vt quando est per modum loquutionis permanentis, vt

15 scribere † ad amicos, quia sicut non est prohibitum ei loqui coram, sic, nec scribere prohibitum est in quolibet die festo etiam missa non audita, dummodo audiatur postea, & hoc siue per se, siue per alium, quis scripserit.

16 Hinc sequitur nõ esse † prohibitum in die festo scribere orationes, & lectiones, & prædicationes, & simil. quia huiusmodi pertinent ad illustrationem intellectus, & sunt opus animæ, vt etiam est, scribere lectiones in scolis, disputationes, vel argumenta, &c. Caiet. in 2. 2. q. 122. art. 4. & est communis opinio, Sil. in V. Dominica num. 7. contra Sotum de iust. & iur. q. 4. ar. 4. & alios.

QVAESITVM CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facientes alios, vt puta seruos laborare in die festo an peccent, & num. 4.*

2 *Et quid in seruis existentibus in domibus talium dominorum, an teneantur obedire, & nu. 3.*

An peccent, qui faciunt alios laborare in die festo, vt faciunt Domini in seruos, vel Dominæ in ancillas facientes vacare in seruilibus.

1 DIc, quod † peccãt mort.

2 sicut, † & ipsi laborãtes qui in hoc non tenentur obedire, quia est contra præceptum Dei, in quo casu non tenentur obedire, sicut non tenerentur obedire præcipientibus contra præceptum Ec-

Digitized by Google

3 cleſiæ, Imò huiuſmodi † ſeruui non poſſunt abſolui niſi diſcedant ab illa domo reperta alia commoditate, qua poſsũt viuere ſine hac occaſione peccandi; ſed alias excuſantur à peccato propter illam cohactionem, Nau. cap. 13. num. 7. & conſ. 3. de fer. Sil. in V Dominica.

4 Sed ſi Dominus † mandaret ſeruis laborare in die feſto, nõ ex auaritia, ſed in contemptũ Eccleſiæ, & feſti, quia non benè hic ſentiret de fide, ſeruus non deberet obedire, ſed ſtatim diſcedere, etiam ſine alia commoditate viuendi, etiam ſi futurum eſſet periculum, vt fame moriretur, alias ipſe eſſet in ſtatu damnationis, quia videretur cooperari Domino in errore fidei.

QVAESITVM CXXXX.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum an ſit facere laborare iumenta in die feſto, & num. 2. & 4.*

3 *Iter agere ſiue equeſter, ſiue pedeſter an ſit permiſſum.*

5 *Qui onerant iumenta in precedenti die ſi occurrit feſtũ inter iter an poſſint ſequi iter.*

6 *Nonnulla de vſu molendinorũ circa hanc materiam.*

7 *Sella geſtatoria an liceat vti in die feſto.*

8 *Iter tabellariꝰ, an ſit licitum in die feſto.*

An ſit peccatum facere laborare iumenta, vel molere in die feſto?

1 DIc, quod peccant † facientes laborare iumenta in diebus feſtiuis, nam ex præcepto Domini Exod. 20. etiam iumenta debẽt quieſcere.

2 Sed inducere iumenta † vacua in die feſto, vel agere ea onerata ſuperlectilibus domeſticis, vt lectis, pane, & alia, quæ ſunt neceſſaria in tranſmigratione, non eſt prohibitum, nam ſicut † iter agere, ſiue equeſter, ſiue pedeſter eſt permiſſum, ſic etiam ſunt permiſſa neceſſaria pro itinere.

3

4 Sed alia occaſione † onerare iumenta, & currus in die feſto ad lucrandum, eſt peccatum, vt ad conducendum vina, aut pabula, & ſimil. niſi

excu-

Digitized by Google

excusset aliqua iusta causa.

5 Hic nota † quòd qui onerant in præcedenti die iumenta, & inter iter occurrit festum, possunt sequi, quia prohibitio est onerare ad inchoandũ iter, non autem ad perficiendum inchoatum. Nau. c. 13. nu. 69. Sil. in V. Domenica.

6 De vsu molendinorum; Dic quod in molendinis † fluminum, vel ad uentum nullum est peccatum molere in die festo, quia ibi parua interuenit opera hominis, vel nulla P. Marius magister meus, sed hoc nõ procedit, quãdo adest prohibitio Episcopi ad bonũ finẽ, vt scandalum euitetur, & missa audiatur, & simil.

Sed in pistrinis, vbi interuenit opera plurium hominum, & iumentorum, esset peccatum, nisi excusaret necessitas, D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 2. in fine, Nauar. & Sil. loc. cit. Sicut

7 etiam non † est peccatum in die festo vti sella gestatoria per seruos ducta cum aliqua necessitate nec est prohibitũ

8 † iter tabellarijs quibuscunque.

QVAESIT. CXXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Mercatum vel nundinæ an sint licitę in die festo & nu. 2.*

3 *Notarij scribentes cõtractus in die festo an peccent.*

4 *Per placitum litis quæ intelligantur.*

5 *Officialibus ruralibus, & in villis degentibus an liceat facere actus iudiciales in die festo.*

6 *Executiones pro debito an liceat facere in Ciuitate in die festo.*

7 *Per sẽtentiam iuridicam quid intelligitur.*

8 *Publici latrones & perduelliones læsę Maiestatis possunt in die festo duci ad supplicĩũ.*

9 *Sententiam excommunicationis contra occupantes rerum alienarũ &c. an liceat in die festo fulminare.*

10 *Per iuramentum iudiciale, q̃ prohibetur etiam die festo fieri, quid intelligitur.*

11 *Iurare extra iudicium an sit pec. m. in die festo.*

12 *Dare iuramentum testibus in die festo an sit prohibitum.*

Digitized by Google

Quæ sunt opera prohibita præcepto Ecclesiæ, licet ingenua, & non seruilia?

1 DIc esse quatuor nempe mercatum, placidum litis, sententiam iuridicam, & iuramentum iudiciale. Sed de mercato alias Nundinis, vbi est consuetudo fieri in die festo, vt est in hoc Regno quæ fiunt bis, vel ter in anno, dic non est prohibitum, dummodo audiatur missa. De mercato † verò, quod fit intra hebdomadam bis, vel ter, vt fit Beneuenti, Dic etiam posse fieri ratione antiquę consuetudinis, licet Episcopus posset prohibere, q tamen non esset faciendum, quia publica negotia impedirentur.

2

Illa verò species mercati, quæ consistit in emendo, vendendo, locando, & conducendo, est prohibita in die festo, &

3 peccant Notarij † scribentes contractus, secus esset de cõmestibilibus.

4 Per † placitum litis intellige omnes actus iudiciales, vt processus, strepitus, iudiciarios, examen testium, capturas informationum, probationes sententiarum, & decretorum ciuilium, exequutiones pignorum, & rerum debitarum, & cõtrafacientes, peccant mort. cũ nullitate actorum, nisi excuset necessitas, vt

5 accidere solet in † officialibus ruralibus, & in villis degentibus, qui possunt facere aliquos actus iudiciales, vt testes examinare, & concedere exequutionem pro debitis, nam in alio die non possent vacare rustici, sine maxima eorum incommoditate, & interesse ob amissionẽ operum, licet Episcopus posset prohibere huiusmodi etiam in villis; quæ tamen prohibitio non esset facienda in villis, quia ibi ante dicta ratione licet exercere iudicialia, vt

6 etiam liceret † in Ciuitate facere exequutiones pro debito, quando adest periculũ in mora vel timor fugæ, vel transportationis de loco ad locum, Caiet. V. festos dies, & 2.2.q.122.art.4. Sot. 2. de iust. & iur. q. 4. art. 4.

7 Per † sententiã iuridicam intellige sententiam condenatoriam ad mortem, & exe-

Digitized by Google

quntio ipsius, sed hæc prohibitio non procedit quo ad publicos latrones, & perduelliones reos læsę Maiestatis,
8 & simil. nam ij † possunt etiã in die festo duci ad suppliciũ pro maiori populi ędificatione, & timore, l. prouinciarũ. C. de fer. Nec procedit prohibitio tempore belli, nec cũ hęreticis, nec quando mora posset fugę periculum offerre, vel aliud impedimentum Sot. de iust. & iur. q. 4. art. 4. Caiet. loc. cit.

9 Sed licitum † est in die festo fulminare sententiam excommunicationis contra occupatores, vel detemptores rerũ alienarum, & inobedientes, quia in huiusmodi actu nõ interueniunt strepitus iudiciales.

10 Per iuramentum iudiciale; quod prohibetur etiam fieri in festo, intelligi iuramentum testiũ, & principalium, item iuramentum calumnię, & cõtrafaciens, est peccatũ mort. & actus nullus. Sed iurare
11 † extra iudicium in die festo cum cõditionibus requisitis, non est peccatum.

12 Similiter est prohibitum † in die festo dare iuramẽtum testibus, vt est prohibitum scribere depositiones, licet Abb. sentiat contrarium c. 1. de fer. in villis autem aliter est dicendũ propter rationes supra assignatas.

QVAESIT. CXXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quæ possunt excusare laborantes in die festo quæ sint.*
2 *Modicitas rei quando dicatur & quando excusat num. 3. & 4.*
5 *Modicitas rei relinquitur arbitrio boni viri.*
6 *Ratio cultus diuini, quando excusat laborantes in die festo & num. 7. & 8.*
9 *Ornamentum Reipublicę quãdo excusat laborantes in die festo.*
10 *Humana pietas quando excusat laborantes in die festo, & nu. 11. & 12.*
13 *Pictor an possit in ecclesia pingere immagines in die festo.*
14 *Consuetudo quando excusat laborantes in die festo, & num. 15.*
16 *Necessitas quando excusat la-*

Digitized by Google

borantes in die festo, & num. 18. & 19.
17 *Necessitas multiplex est, & nu.* 21. *& pluribus seqq.*
26 *Otia si tollas periere cupidinis artes.*
28 *Operari in die festo an liceat ad captandum lucrum pertrãsiens.*
29 *Vendere vestes, &c. præcedẽtibus subhastationib⁹ in die festo an liceat, & quid in porticis nu.* 30.
31 *Ferrare equos an liceat in die festo.*
32 *Dispensatio Episcopi quãdo excusat laborantes in die festo, & num.* 33.

Quæ sunt causæ, quæ possunt excusare à peccato laborantes in die festo?

1 Dic posse † esse rei modicitatem rationem cultus diuini, ornamentum Rei pub. pietatem, consuetudinẽ, necessitatem, & licentiam superioris.

2 Modicitas † rei est, vt fuere viginti puncta in veste lacerata, siue ante, siue post missam, siue per se, siue per aliũ, etiam in die Natalis Domini. Sed non liceret etiã per pauciora puncta complere vestes nouas nam saltem esset venia le, & tunc in casu proposito

3 excusat † modicitas, quando quis non haberet alium modum reparandi, vt si quis non haberet nisi illam vestem lacerram; Ita etiam excusaret tonsio vnius barbæ, vel auulsio aliquarum herbarum à virida rio, & sic de simil. quæ modi-

4 citas † excusat à tanto, sed nó a toto; nec mercedem inde acquisitam tenetur quis restituere, quæ rei † modicitas,

5 quia non potest determinari, relinquitur arbitrio boni viri, Caiet. in D. Thom. loc. citat. qui exemplificat modicũ tempus, & modicam rem in tonsore tondente barbam vnius, & sic conclude, quodcumque opus factibile inf. a hoc tempus, esse licitum in die festo, vt verrere domũ, pectere equos, & alia seruilia opera facere, dummodo non exeatur extra spatium prædictum.

6 Excusat † ratio cultus diuini, vt quod fit seruile, respiciat honorem Dei vel Sanctorũ, & distingue, quod aut illud, quòd fit immediate pertinet

Digitized by Google

ad cultum diuinum, itaut præcedenti, vel alio die fieri non possit, vt pulsare campanas, & simil. & hæc sunt licita in die festo, etiam mediante mercede, vt etiam est gestare per Ciuitatem cruces, & imagines sacras, quia hoc immediatè pertinet ad cultum diuinum, aut non pertinet immediatè ad cultum diuinum, vt coque
7 re † hostias in igne, ponere claues in portis Ecclesiæ, & simil. & hæc fieri in die festo nō licet, nam possunt fieri in dic præcedenti, nisi tamen excusaret necessitas, Idem
8 die de † ornando templum tapetis, & simil. de construendo Santo Sepulchro, de purgatione viarum, de ornantibus parietis pannis, quia hæc possunt fieri die præcedenti, nisi quo ad pannos, & simil. esset timor amittendi, si affigerentur ante festum, Sot. loc. cit.

9 Excusat † ornamentum Reipub. nempe ea, quæ fiunt pro exercitatione militari, vulgo le giostre, vel le mostre, & cōstruere apparata pro iustis spectaculis, quando commodè nō possunt fieri in die præcedenti, Sot. loc. cit. 2. de iust. & iur.

10 Excusat humana † pietas, prout est causa sepeliēdi mortuos, excauare foſſas, emere, & fuere vestes lugubres, scribere testamenta infirmorum, illis inseruire, reficere pontes, & simili, Nauarr. capit. 11 13. numer. 11. Caietan. V. festos dies. Ita etiam † sunt opera pietatis reparare eccle sias religiosarum, reficere domos, & colere agros ipsorū, quando concurrit necessitas, & paupertas ipsorum, nam si possent conducere operarios mercede, non excusarē-
12 tur à peccato, sed † vt excusentur, requiruntur hæ condi tiones prima, vt adsit paupertas, secunda vt opera fiāt post auditam missam, tertia vt fiāt gratis vsque ad extremam defatigationem D. Anton. 2. p, tit. 9. c. 7. §. 5. Sil. V. Domi-
13 nica Vbi nota, quod nec † pictor posset in Ecclesia sine peccato pingere imagines, nisi concurrerent hæ tres cōditiones.

13 Excusat † etiam cōsuetudo, dummodo sit recepta antiquitate, & ab Episcopis tole-

Digitized by Google

rata, vt esset calceare soleas, vel vestire vestes in die festo illos, pro quibus facta sunt.

15 Sed non excusaret † aliquos artifices consuetudo præparandi materiam in die festo, quo citius, in die sequenti efficiat opus, quia hæc corrupt ela esse t, Nauarr. cons. 1. defer.

16 Excusat à peccato † necessitas, quæ non subest legi, l. 1. ff. de offic. consulis, & hæc est

17 multiplex † prima est necessitas corporalis propria, cùm quis non habet aliũde, vnde viuere possit, nisi ex diurno exercitio, & hæc excusat in quolibet die festo, dum modo inquantum potest, fiat sine scandalo: Imò in hoc ca-

18 su excusaretur quis etiam ab excommunicatione; si lata esset contra laborantes in die festo, & ratio est, quia hic non adest peccatum, quod est materia excommunicatio-

19 nis; cùm necessitas liberet ab hoc præcepto c. nemo 11. q.

20 3. Imò fortiùs si † episcopus in excommunicatione expres se nominaret pauperes laborantes adhuc excusaret necessitas, nec excommunicatio ligaret, quia contineret causã iniustam, Caiet. 2. 2, q. 121. art. 4. & in summ. in V. Dominica. Nauar. c. 13. num. 13. Seconda necessitas est respectu proximi adiuuandi, & tũc

21 † opera seruilia necessaria ad adiuuandum proximum infirmum, sunt licita, vt ea, quæ possunt iuuare illum ad salutem, & quæ in alium diẽ differri non possunt. Tertia necesitas est respectu emendi, vel vendendi necessaria

22 ad uictum, & hac † excusantur macellarij, vendendo carnes, vel mactando animalia in die festo, quæ in die præcedenti propter iminentem causam corruptionis mactari non possunt, vt est Beneuenti in æstate, cum maximi caloris esse solent. Sed circa modum seruanda, sũt statuta epi-

23 scoporum. Quarta necessitas consideratur ratione dãni temporalis euitandi, vt tempore belli, tempore inundationis, tempore incendij, pestis, & simil. & hac necesitate potest quis ad euitandum damnum temporale labora re in die festo. Item tempo-

24 re † messium, & vendemia-

rum,

rum, maximè, si periculum immineat, potest quis laborare pro recuperatione. Sed ista vt tutiori conscientia fiant, debent fieri de licentia Episcopi, qui pericula considerare, & necessitatem declarare potest, qua liceat. Quinta necessitas considerat pro
25 euitãdo dãno spirituali † vt esset laborare pro euitando otio, & tentationes, vnde D. Hyeronimus ad Rusticum. Sẽper aliquod facito, vt te occupatum diabolus inueniat,
26 & Ouidius. †

Otia si tollas periere cupidinis artes.

Sil. in V. Dominica. Sed hoc debet fieri sine scandalo.

27 Hic nota, quod † concurrentibus pluribus festis, quędã, qui alias sunt opera seruilia, possunt fieri licitè ꝓpter periculum deteriorationis, vt esset pectere equos, nã si non pecterentur equi per notabile spatium deteriorarentur, sic etiam verrere domũ alias macularetur honor ipsius Domini, Sot. lib. 2. de iust. & iur. q. 4. art. 4. Nauarr. c. 13 nu. 9.

28 Ita etiam † licet in die festo operare ad captandum lucrũ pertransiens, vt est in foro syculo in concursu piscium ꝓtiosorum. Vulgo il pesce spada, qui certis diebus, & non alijs ibi apparet, c. licet defer. & hoc data aliqua elemosina Eccles. conuicinę.

29 Ita etiam † licitum est vendere vestes, & id genus, præcedentibus subhastationibus, & hoc in locis, & in ciuitatibus paruulis, in quibus frequentia populi, est in die festo, & nõ in alijs, vt vero pretio vendantur propter concursum emptorũ. Ita etiam
30 liceret † in apotecis vedere bona in die festo, quando potius in tali die, quàm alijs vẽderẽtur, aduerte tamẽ quod in casibus similibus non sunt huiusmodi actus faciendi ꝓpria auctoritate, sed cum dictæ causæ sint rationabiles, consulendus est Episcopus, & seruandus est mõdus, qui ab ipso tradi solet. Nauar.
31 consil. de fer. Ita etiam licet † ferrare equos in die festo propter necessitatem itineris.

32 Excusat deniquè † dispensatio Episcopi, scù licentia, vel

Digitized by Google

declaratio, ob causam licere, quæ debet fieri iusta de causa, & bene considerari, necessitas, quæ plerunq; allega-
33 tur: nam alias † excusarentur subditi, sed concedens peccaret: vt etiam si sine causa, vel ea falsa scienter daretur, & impetraretur licentia nam tunc impetrans, & concedens, peccaret mort. P. M. Quò ad reliqua remitto Parochum ad cathec. Rom.

PRO FVTVRIS EPISCOPIS, ARCHIEPISCOPIS, ET PATRIARCHIS.

QVoniam maximè cupimus etiam futuris Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, & aliquo modo labore hoc nostro eorum labori, quantum cum Deo possumus, consulere; Hæc quæ sequuntur, eis considerandæ proponimus, non quod docere eos profiteamur: Sed quòd, quæ sparsim diuersis auctoribus leguntur, hic in vnum congesta in medium afferimus, illud rogantes, vt æqui, boniq; consulant, & charitati, non temeritati ascribant nostræ. Et sciatur primo, quòd Episcopatus secundum canonistas est ordo, Hostiens. in sum. de ord. Ang. V. ordo primo nu. 1. & est communis canonistarum sententia Sed secundum Theologos non est ordo, sed dilatatur in eo character susceptus in ordine præsbiteratus, & prima opinionem aliqui dicunt esse de fide.

QVÆ-

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus est vocabulum græcum, & quid sonat & num. 2. & 3.*

4 *Episcopus appellatur pupilla oculi Dei, & alijs nominibus, &c.*

5 *Appetens Episcopari sciens se esse indignum peccat mor. & num. 6.*

7 *Digno an liceat appetere Episcopatum.*

8 *Verba Diui Hieronymi circa materia.*

Quot nominibus appelletur Episcopus?

1 DIc, quòd † Episcopus est vocabulum græcũ, & latinè sonat superintendens, nam Epis. ideſt super, & scopus .i. intendere significat: dicitur † latinè speculator, nam debet vitam, & mores subditorum speculari. c. cleros. dist. 21. Hinc apud Athenienses habebant in eorum subditis ciuitatibus Episcopos ad inuestigãdum quę populi gerebant siue boni, 3 siuè mali. Et Episcopus † est nomen operis, non honoris tantum, c. qui Episcopatum, quæst. 1. capiscat, & 21. q. VII. cap. accusatio. Vbi habẽtur hæc verba, quòd qui præesse, & non prodesse desiderat, Episcopari non debet.

4 Episcopus † appellatur alibi pupilla oculi Dei, aliquando columna Ecclesię Sãctę Dei Domi. in c. statutis 11. q. 7. Aliquando vocatur summus Sacerdos, c. de his, de cons. dist. 5. Aliquando dicitur Vicarius Christi 23. q. 5. c. mulier.

Hinc Episcopus vocatur culmẽ, dist. 60. quis de præb. in sexto c. venerabilis, vocatur dignitas, & fastigium .i. magnitudo, vel altitudo, c. miramur dist. 61.

5 Hic nota primo quod appetens Episcopari, sciens se esse indignum. p.m Diuus Antonin. 2 p. titul. 3. c. 5. §. 3. & 4. Sylu. V. superbia, q. 7. Angelica V. ambitio, num. 1. Nauar. c. 13. nu. 15. in manual.

6 Secũdo nota, quòd qui † appetit ob lucrum, vel ob honorem, dicunt citati DD. quòd peccat mortaliter, & hoc est

verum tã in Episcopatu, quã in curato, & hoc ob pericu-
1 lum, & additur obiter idem esse de eo, qui dicit missam, vel habet concionem principaliter ob lucrum, vel vanam gloriam, Angel. V. vana gloria, in principio. Nota tamẽ
7 hic, quòd licet † appetere qui dignus est principaliter ob bonum finem, nimirum ob vtilitatem animarum, & simil. quando scilicet fuerit quædã necessitas in Ecclesia personæ dignæ, quæ habeat tale officium, præsertim si ad hoc inuitatur, sed sine tali occurrente necessitate peccat læui p. v. vide Sylu. Diuus Hieronymus
8 † tanta, inquit, debet esse conuersatio, & eruditio Pontificis, vt omnes motus, & gressus, & vniuersã opera eius mirabilia sint, & Diuus Bernardus ad Pastores, discite subditorum matres vos esse debere, non dominos, studete magis amari, quam metui, & sæueritas vestra paterna sit, non tyrannica.

QVAESIT. II.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus sciens se indignum appetens Episcopatum peccat mor.*
2 *Episcopus in quibus debeat esse dignus episcopatu.*
3 *Episcopus recusans recipere Episcopatum an peccat m.*
4 *Promotus ad Episcopatum debet procurare intra sex menses consecrari vel ordinari alias &c.*
5 *Episcopus si absq causa non residet ad quid tenetur.*
6 *Episcopus per se ipsum non conferens ordines, quid facere debet.*
7 *Quid si conferat Sacramentum confirmationis suis quando opus est.*
8 *Episcopus quid si sacros ordines promouet indignos, & alijs casibus seqq.*
12 *Diœcesis Beneuentana est cẽtum & sex locorum.*

Quot modis Episcopus possit peccare?

1 DIe quòd infrascriptis modis, Primo si appe

tat

tat † Episcopatum, cum certo sciat, vel probabiliter se ad hoc esse indignum, quod etiam de appetentibus beneficia curam animarum habentia, vel aliud beneficium Ecclesiasticum dicẽdum est. Dixi indignum ratione criminis ætatis, ignorantiæ, defectus natalium, censuræ Ecclesiasticæ, vel alterius impedimenti canonici. p.m.

Secundo si suscipit Episcopatũ per symoniam, vel intrusionem, vel si non habet saltem ætatem ad Episcopatum, vel si non sit bonæ vitæ, & sufficientis doctrinæ, vt per concil. Trid. sess. 22. c. 2. de refor. & c. cum in cunctis de electione, & ibi glosa, & DD. nam

2 † Episcopus debet esse dignus scientia moribus, & ęta te, ita vt habeat trigesimum annum completum, secus est in ordine subdiaconatus, Diaconatus, & præsbyteratus, nã ætas assignata sufficit, si sit incepta, vt diximus in nostra lucerna Parochorum iam impressa de sacram. ordinis.

3 Terzo pec. m. † si recusat acceptare Episcopatum, dum ei præcipitur à Domino Papa, vel ab altero de eius commissione, siuè sciat se esse idoneum, siuè de eo dubitet, quia in dubio huiusmodi debet sub. m. obedire superiori D. Thom. 2. 2. q. 185. artic. 2. Sylu. V. Episcopatus. q. 3.

4 Quarto si promotus † ad Episcopatũ intra sex menses nõ procurat cõsecrari, vel ordinari in Episcopũ, cũ restitutione ratæ fructuum, Trid. sess. 23. c. 2. de reform. Et si infra sex alios menses ex negligentia sua non consecratur, priuandus est Episcopatu.

5 Quinto si sine † rationabili causa nõ residet, & fructus tenet applicare fabricę Ecclesię, vel erogare pauperibus, Trid. l. c. l. c. cap. 1.

6 Sexto si † per seipsũ non cõfert ordines non legitimè impeditus, & tunc debet mittere approbatos cum litteris dimissorialibus: idem dic, si nõ cõfert sacramẽtũ Cõfirmationis suis, quando opus est, & si singulis annis non renouet chrysma, c. si quis de alio, & c. omni tempore, de consec.

8 dist. 4. Idem die † si ad sacros ordines promoueat indignos, & non seruet disposita per

Trid.

Digitized by Google

Trid. sess. 25. c. 20.

9 Septimo si non † concionetur per seipsum, vel per alios Trid. l. c. 20. de reform.

10 Octauo si singulis † annis non congregat synodum Diœcesanam, vel si est Archiepiscopus Metropolitanus, tertio quoque anno nō celebret Prouincialem sess. 24. c. 2. de refor.

11 Nono si non visitet, vel visitari facit totam Diœcesim, vel maiorem partem, nam,

12 quando ampla est † Diœcesis, vt est hæc Beneuentana, quæ est centum, & sex locorum, sufficit biennio finire, vt feci pluries, vt visitator generalis Maximiliani de Palumbaria, Pompei Cardinalis Arigonij Archiepiscopi successoris, & D. Alexandri de Sangro Patriarche Alexandrini Archiepiscop. qui nunc præest, quem Deus diù conseruet felicem, & incolumen Præsulem nostrum, pastoralium virtutum laude insignem. Vide c. Episcopū 10. quæst. 1. Trid. sess. 22. c. 3. de refor.

13 Decimo si † non eligit dignos ministros tam in foro interiori, quam exteriori.

14 Vndecimo Si fuerit regularis, non obseruat tria, seù alia vota suæ Religionis, à quibus non absoluitur, D. Tho. 2. 2. q. 185. nu. 8.

15 Duodecimo si non † curat adimpleri legata pia, c. hæredes de testam. Trid. sess. 22. cap. 6.

17 Decimoterzo si † superflua non erogauit ad pios vsus, & eleemosinas, vel Ecclesię vtilitatem c. ex his c. opus, c. præcipimus, cap. res Ecclesiæ, 12. quæst. 1.

18 Adde † si interesse neglexerit diuinis officijs, & missæ diebus Dominicis, & festis non legitimè impeditus, Nauar. c. 5. de horis canon. Syl. V. hora q. 10.

QVAESIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet duplicem potestatem in Ecclesia Dei, & quam.*

2 *Abbas benedictus potest ordinare suos subditos, & quibus ordinibus.*

Quàm

Quam potestatem habet Episcopus in Ecclesia Dei.

1 DIc quod duplicem, † nempè ordinis Episcopalis, & iurisdictionis, gl. in c. transmissam, item glos. in c. 1. de translatione, & potestas functionis ordinis Episcopalis versatur in cleri ordinatione, iurisdictionis vero circa, ea q̃ infrà habeatur, nam præcipua quædam relictis alijs breuiter prosequemur.

2 Nota, hic, quod Abbas benedictus potest ordinare suos subditos prima tonsura, & quatuor ordinibus, ac etiam benedicere calices, & paramenta, & facere omnes benedictiones, vt declarauit Cõgregatio de anno 1594.

QVAESITVM IV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest ordinare omnes indifferenter, & quid si contra fecerit nu. 2.*
3 *Diœcesanus quibus rationibus quis efficitur, & nu. 4.*
5 *Qui nullius est diœcesis a quo debeat ordinari.*
6 *Subditus vnius Episcopi an possit ordinari ab alio.*
7 *Concessa facultate ordinandis per litteras dimissoriales censetur concessa facultas dispensandi circa concernentia ipsam ordinationem.*
8 *Episcopus quando possit ordinare ad subditum sine literis dimissorijs, & nu. 10 & 11.*
9 *Familiaris Episcopi quis dicatur.*
12 *Literas dimissorias ad ordinationem an possit concedere Episcopus excommunicatus.*
13 *Dimissoriæ semel concessæ semper durant.*
14 *Fœminę & infideles non possunt ordinari nec etiam hermaphroditus num. 16. nec habentes ętatem requisitam num. 17.*
15 *Baptismus est ianua sacramentorum.*
18 *Ætas ad ordines suscipiendos quæ sit.*

Digitized by Google

An Episcopus possit ordinare omnes indifferenter.

1 DIc quòd non † sed debet ordinare suos subditos, & diœcesanos, c. nullus de tẽp. ord. in 6. & Trident. sess. 14. c. 2. & 23. c. 8. de reform. & qui con-
2 trafecerit suspenditur † per annum à collatione, sicut primotus ab exercitio ordinis, arbitrio propij Epi-
3 scopi, & hic nota † quod qs efficitur diœcesanus ratione originis domicilij, & benefi cij c. nullus citatus vt supra.
4 Nota, & quod hæc regu la † de subditis, comprehendit, & regulares, nam, & hi debent ordinari, ab illo ordinario, sub cuius diœcesi sunt monasteria, licet in regularibus non requirantur alij modi circa acquirendam diœcesim.
5 Nota etiam, quod qui † nullius est Diœcesis, debet ordinari à viciniori Episcopo, quem elegerit, vt respondit Sac. Congreg. Concil. petitioni Episcopi Cadsis de anno 1587.
6 Nota etiam, quod subditus vnius Episcopi potest ordinari ab alio cum dimissorijs sui superioris, imo, & cum eo dispensari in casibus dispensari cõsuetis per literas dimissoriales, vt possit ordinari ab alio, & ratio
7 est, quia concessa † facultate ordinandi per litteras dimissoriales, censetur etiam concessa facultas dispensandi circa ea, quæ ipsam ordinationem concernunt, cap. præterea, de offic. deleg. Nõ tamen poterit hic ordinator dispensare super interstitijs temporum, alijsque maioris momenti, nisi expressum fuerit in dimissorijs: ita Sac. Congregatio Episcopo Alifano de anno 1593.
8 Nota etiam hic, quod potest Episcopus sine dimissorijs ordinare non subditum sibi, qui interuenerit ei per triennium, dũmodò statim quacumque fraude cessante conferat beneficium, Trident. sess. 23. c. 9. de refor. Et hæc facultas ordinandi non subditum, triennalem familiarem, fundatur in collatio-

Digitized by Google

latione beneficij ex declaratione Congregationis, quã citat Parisius de resigna. lib. 4. q. 2. num. 91. & familiaris
9 † in hoc proposito est, qui præsens semper assistit Episcopo, non qui longinquo moratur, etiam si sumptibus Episcopi viuat. Non
10 tamen hic Episcopus poterit dispẽsare cum dicto suo familiari in casibus, in quibus licitè potest cum suis subditis, nequè circa interstitia temporum, nisi cum arctato ad beneficium, Nauar. de tem. ord. cõs. 12. 23.
11 & 24. Episcopi tamen † titulares nihil horum facere possunt videatur lucerna nostra Parochorum de sacramen. ord. quæsito 22.

12 Has tamen † dimissorias non potest concedere Episcopus excommunicatus, vel suspensus declaratus, & hoc casu possent subditi ordinari se facere absque dimissorijs proprij Episcopi, viciniori Episcopo probato per eos Episcopum proprium esse excommunicatum, c. 2. de temp. ord. in 6. Rebuff. de dimiss. nu. 19.

13 Et hæ † dimissoriæ semel concessę semper durant, nec expirant morte concedentis nisi fuerint reuocatæ per successorem, Cardinal. in Clem. fi. q. 5. de electione, Nauar. de pœnit. dist. 6. nu. 34. & 166. in c. placuit, idem dic de dimissorijs concessis à Capitulo in casu permisso Imol. in c. 2. ne sede vacan. Rebuff. de for. dimissor. num. 43. Hoc non placet aliquibus Actuarijs lucri cupidis, contra quos omnes inuehitur Caranita, & turpem contra eos deducit conclusionẽ in tract. super ritu vic.
14 Nota etiam hic, quod † fęminæ, & infideles non possunt ordinari, & ordinati non recipiunt characterem,
15 quia † Baptismus est ianua sacramentorum, c. 1. & 3. de præsb. non ō baptiz. Nau. in c. 27. n. 27. fęminę vero sũt in capaces c. noua de pœnit. & remiss. & est communis opi
16 nio, imò nec † hermophroditus etiam si ad sexum virilem magis declinet, reciperet characterem, Angel. in V. o. do 3. num 21. Alij dicunt, quòd si magis decli-

Digitized by Google

net ad sexum virilem, ordinatus reciperet characterem.

17 Nota etiam hic, quòd non sunt ordinandi non habētes autem requisitam ex necessitate præcepti, & quò ad primam tonsuram, & tres primos minores ad minus septē annorum ad Acolitatum verò annorum duodecim requiritur, c. nullus, de temp. ord. in 6. & in sing. 77. distint.

Sed hæc moderanda est ex præscripto iuris communis, cum Sac. Congregatio censuerit præstitutam ætatem tōsurę, & quatuor minoribus à Tridentin. nō esse, sed ex S. Canonibus exhauriendam. De reliquis verò ordinibus per Triden. sess. 23. c. 12. de reformat. dispositum est, vt ad

18 † subdiaconatum 22. ad Diaconatum 23. ad præsbiteratum 25. incæpti anni sufficiant, sed ad Episcopatū 30. completi, c. cum in cunctis, & ibi glosa de elect. Clem. generalem de ætat. & qual. qui ordinatur ante ætatem, est suspensus cōstit. Pij II. cum ex sacrorum, & cap. vel nō est eō pos. de temp. ord. secus dicas de minoribus ordinibus Nauar. c. 25. num. 7. Episcopus ordinatus ante ætatem, non est suspēsus, sunt suspēdēdus d. c. non est compos. & deponere de ætate, essent idonei, etiam parentes l. ętate ff. de minor.

Nota quòd ordinatus, non confirmatus, nullam incurrit cēsuram licet de sac. ordinis. Imò Nauar. dicit nec ordinatum, nec ordinantem nullo modo in hoc peccare mort. Cap. 22. num. 9. Cætera requisita in ordinandis habebunt alibi futuri Reuerendissimi Episcopi sicut etiam cætera, quæ pertinēt ad eius potestatem ordinis, & nota, quod titulus requisitus in ordinandis, sufficit quod habeatur in sacordotio, ita Sacra Congregatio, hoc potest esse in Ecclesijs receptis à quibus habetur portio, & præsbiteratus.

De

De iurisdictione Episcopi.

QVAESITVM V.

SVMMARIV

1 *Potestas Episcopi iurisdictionalis est multiplex.*
2 *Prouisus per concursum de parochiali censetur idoneus ad audiendas confessiones.*
3 *Episcopus potest sibi aliquos casus reseruare.*
4 *Casus reseruat Episcopum de iure vel de consuetudine, vel virtute Concilij Tridentini, num.11.*
5 *Episcopus an & quando posset absoluere casus Papales, & nu.6.& 8.& qua conditione nu.7.*
9 *Quæ excommunicationes sũt reseruatę Episcopo & nu.10.*
12 *Episcopus si excommunicauerit incendiarium non potest ipse absoluere.*
13 *Idem si priuat clericum hæretico sacramento ministrauerit & alius casus nu.14.*
15 *Confessor quem sibi Episcopus eligit potest absoluere ipsũ de omni vinculo peccat de quo potest absoluere ipse Episcopus.*
16 *Casus reseruati expirãt morte Episcopi.*
17 *Episcopus debet semel in anno synodum diœcesanam conuocare, & quando capitula sunt vocanda nu.18.*
19 *Notabile circa præcedentiam in synodo.*
20 *Episcopus potest in synodo statuta concedere, & ad quid.*
21 *Episcopus an poterit cõtra canones statuere.*
22 *Episcopus in constitutionibus condendis an procedat cum cõsensu, & approbatione cleri.*
23 *Statuta Episcopi circa quæ ligant.*

An potestas Episcopi, quę dicitur iurisdictionis sit multiplex?

1 Dic, quod sic nempe fori pœnitentialis, fori contentiosi, & tertia est volũtaria de quibus datum aliqua de authen. fori pœnitentialis Episcopi consistit in suum populum, & Diœcesim determinatam, in quam excitat suam iurisdictionem foro pœnitentiali absoluen-

do

do ab omnibus culpis,& cẽsuris exceptis, quæ reseruat sibi Sanctissimus Dominus in bulla Cœnę,vel alijs constitutionibus, quibus exceptis potest absoluere Episcopus in omnibus alijs casibus in foro animæ, Abb. in cap. Deus qui pœnit.& remiss.

2 Hic nota quod † prouisus, per concursũ de Parochiali censetur idoneus minister ad audiendas confessiones, in ea Ciuitate,vel oppido vbi est Parochialis non autem passim per totam Diœcesim, vt ex declaratione Cõgregationis, quæ addidit verbum taxatiuum,dumtaxat,bene verum poterit absoluere, & audire in confessione suum subditum etiam in aliena Parochia, vel Diœcesi Victo. de confessione num.152. qa hæc est iurisdictio voluntaria Imò si dimiserit beneficium curatum, desinit esse confessor.

3 Episcopus † asseruat sibi casus atrociores in Ciuitate, & Diœcesi sua,à quibus sine expressa licentia, nullus potest absoluere etiam regulares virtute priuilegiorũ præcipuè priuilegij, quod vocãt mare magnum, vt ex Decreto Sacr. Congreg. sub 10. Septembris 1577.

Nota hic, quod sunt aliqui
4 † casus reseruati Episcopo, alij de iure, & alij de consuetudine,& alij,quos sibi reseruat virtute Concilij Trident. & illi,qui sunt de iure comprehendunt excommunicationes Papæ reseruatos,quarum absolutio incertis casibus absolutione permittitur Episcopo,nam in hoc casu p inferiorem Nauar. etiam intelligi Episcopum c.27.num. 262.& hoc idem sentiunt cõmuniter alij scribentes in hoc sensu,ita etiam absolutio casuum occultorum, qui nõ sint deducti ad forum contẽtiosum Trident.sess 24. c. 6. de reform. Sed non possunt Episcopi uigore concilij absoluere dictos casus Bullæ Cœnæ,vt per declarationem Greg.xiiii.& Clem.viii. vide praxi Curiæ Archiepiscopali Neap. e.67.num.10. Imò quo ad casum hæresis adest etiam declaratio Sacræ Congregat. quæ censuit bullam cœnæ derogasse Tri-

den-

dentin. in hoc c. 6. sess. 24. vide Pignam in 3. p. dir. ectorij comm. 141.

5 Episcopus etiam † absoluit casus Papales in casu, quo detemptus legitimo impedimento Sedem Apostolicam adire non potest, vel ad legatum accedere c. quãuis c. ea scitur, & c. quod de his de sent. excommunic. & causæ † impedimenti, dic, quod sunt paupertas, valitudo imbecillis ppetua infirmitas, conditio sexus, vel status senectus inimicitiæ capitales, & aliæ, quas numerant Summistæ.

7 Sed nota hic, quod absoluto ob impedimentum, si impedimentum non est perpetuum debet imponi conditio, vt adeat ad Sedem Apostolicam, & nisi adiret, reinci deret in priores censuras, c. eos de sentent. excommun. in 6.

8 Episcopus etiam absoluit censuram ob leuem percussionem clerici, c. peruenit de sent. excom.

89 Sunt etiam † reseruatę de iure ipsi Episcopo excommunicationes, quas ipse tulit, vel eius prædecessores aseruando sibi absolutionem, idem participantium in crimine cum excommunicato excõmunicatione, ipsi reseruatæ c. si concubinæ ibi de sent.

10 excommun. Idem omnes † excommunicationes maiores iuris nemini reseruatæ glos. in c. si Episcopus de pœnit. & remiss. aliqui tamen dicũt, quod cum non est facilis ad ditus ad Episcopum possũt absolui pro simplicem Sacerdotem Innoc. in c. nuper de sententen. excommunic. sed Nauar. vult huiusmodi excõmunicationes posse absolui per proprium confessorem dictum verò Innocentij procedere, quo ad forum exterius tantùm c. 25. num. 39. & 262.

11 Sunt † etiam reseruata de iure peccata, propter quę solemnis pœnitentia essent iniungenda, ac etiam incendiũ domorum, & frugum, & simil. ex proposito factum, & consilium, & auxilium ad id præstitum, c. si quis, & c. pessima 23. q. 8. Et hic nota †

12 quod si Episcopus excommunicauerit incendiarium non

Digitized by Google

poterit ipse absoluere c. tua nos cum glosa de sententia excõmunicat. sic etiam si priuat † clericum, quia hæretico sacramenta administrauerit restituere ipse non potest, c. excommunicamus de hæreticis, idem dic de degradatione c. ex tua de clerico non residente, & c. ideo, 2. q. 6. intellige de degradatione solemni non verbali tantũ nam taliter degradatum restituere posset, vt c. Episcopus 11. q. 3. habetur similiter † peccatum clerici, quod habet annexam notam irregularitatis. Sed in hoc dicit Nauar. loc. cit. num. 262. quod qslibet confessor posset absoluere à peccato etiam antequam cum ipso per Episcopũ dispensaretur.

15 Nota vnum hic, quod † confessor, quem sibi elegit Episcopus potest absoluere ipsũ Episcopum ab omni vinculo peccati, de quo potest absoluere, vel dispensare ipse Episcopus, & ita censuit Sacra Congregatio imò hic confessor electus habet tantam potestatem in Episcopum, quã [illegible] haberet Archiepiscopus, qui est ipsius proprius confessor. & hæc potestas est ei à iure D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 2. §. 2. Silu. V. confessor 1. q. 9. Angel. V. confessio 3. num. 7.

16 Nota tamen, quod † casus reseruati expirant morte Episcopi, non tamen illi, quos de iure vel de consuetudine sibi reseruati sunt, vel per statutum, quia durant, durante statuto.

Sequuntur alia pertinentia ad iurisdictionem Episcopi extraordinariam.

17 Potest etiam Episcopus † imò & debet semel in anno Synodum diæcesanam conuocare, c. quoniam 18. distin. sess. 24. c. 2. & adeo hoc necesse est, vt si Episcopus impedimento detineatur aliquẽ ad præsidendum synodo ad illam celebrando deputari potest; Argument. tex. c. Episcopus p. 18. dist. imò si negligens sit in celebratione synod. pœnam suspensionis, vt in d. cap. habetur sustinere debet per duos menses.

18 Nota hic, quòd ex † de-

cla-

Digitized by Google

claratione S.Cõgreg. Concilij cap.collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia sunt vocanda
18 ad Synodum, † & non solùm Diœcesani, imò próximiores venire tenentur Trident.loc.citat.imò etiam, & laici inuitari possunt, cum agitur aliquid circa fidem, & ibi adesse poterunt,non, vt iudicent,vel doceant, sed vt audiant, c. vbi nam 96. dist.glos.in c.vltima, de his, quæ fiunt à Prælat.

Nota hic circa præcedentiam in Synodo ex declaratione
19 Greg xiij Episcopos † præcedere debere considerato tempore ordinationis quo alios præcedant non autem dignitate, aut ordine Ecclesiarum item Canonicis capitulariter procedentes præcedere Abbates Benedictos,& qui vsum mitræ habent Cõmendatarios deinde locum obtinere dignitates, postea procuratores. Itẽ cõmẽdatarios inter Abbates recipiendos esse, necnon nõ teneri interesse Synodo,nisi qui de iure,vel cõ suetudine interesse debent.

Capitula autem Cathedralium specialiter esse inuitanda,nota etiam, hæc sint obiter hic adiecta, quæ dictus Pontifex occasione Cõcilij Prouincialis Rotomagen declarauit.

Nota hic,quòd ex declaratione Sacr.Congreg.Concil.die ij. Iulij 1592. declaratur posse Episcopum examinatores futuros Synod.probari siuè per vota secreta,siuè per vota publica.

Potest etiam Episcopus cõdere
20 statuta in Synodo ad retinẽdum clerum,in disciplina,vel tollendos abusus,c.1. dist.3. de cons. dummodò non sint contraria sacris Canonibus, cap.quo super de maior. aut contrarij cõstitutionibus Romanorum Pontificum, c.omnia 25.dist.q.j.dummodò nõ sint circa fidei dubia, c. quoties 24.q.13. neque obstant statutis Metropolitani cap.cũ infer.de maiorat. neque in præiudicium priuilegiorum Clericorum,c. de Ecclesiasticis 25.q.2.neque in diminutionem emolumentorum ipsius Cleri c.vestra 25.q.2.neque si sint cõtra Ecclesiasticã immunitatem.

fiet tamen Episcopus† contra Canones statuere ex noua causa,& vrgẽti,quam Canon non præuidit,& periculum sit in mora,c. Abb.de consuetudine, & in casibus à iure non determinatis,& simil. & etiam quando agetur solùm de suo præiudicio c. cum dilectus de consuetudine, imò etiam in præiudicium successorum, cum facit statutum derogans, antequam aliquis actus fuerit sequutus,in quo de iure communi priuilegiũ Episcopi requiritur. De alijs casibus,videantur scribentes. Nota tamen, quòd Episcopus 2 in huiusmodi constitutionibus potest procedere absque consensu, & approbatione Cleri,nec tenetur sequi consilium capituli, nisi in casibus à iure expressis,licet teneatur de iure requirere, vt ex declaratione S.Congregationis die 27.Aprilis 1592. Quamuis aliter habeatur ex forma celebrandi Diœcesanum Synodũ in Pontificali Romano. Casus† autem in iure expressi, 3 in quibus requiritur consensus capituli,sunt, nempè cum agitur de ipsius interesse capit. vlt. de his quæ fiunt, vbi diminueretur Ecclesiæ, authoritas cap. dilecti de maior. & obed. vbi ageretur de alienatione bonorum Ecclesiæ dãnosa, c.quòd quibusdam de fideiuss. vbi agitur de præiudicio, quo ad subiectionem, vel limitationem consensus capituli,cap.vltim. de maior. & obedient. Vbi agitur de causis criminalibus 15.q.7.& maximè circa personas Cathedralis Ecclesiæ, vel collegiatæ nuper per Trident.c.6. sess.25.de reformat.cuius vigore deputantur duo qui assistunt Iudici Episcopali circa personas Ecclesiæ Cathedralis,& si non elegerit capitulũ hos duos initio cuiuslibet anni, potest Episcopus solus procedere, vt patet ex respõso S.Congreg. Episcopo Girundinen.sed vt habetur in eodem responso, vt capitulũ ante admoneat,si à principio anni non eligant, se solum eam iurisdictionem exercitu rum. Hoc non obseruatur in Metropolitana Curia Beneuentana, & responsum Sacræ Congregationis, vt sic ora intelligetem salua correctio-

ne

ne, & meliori sententia de capitulis exemptis, & nota,
23 quòd statuta † Episcopi ligãt quò ad pœnam regulariter, & non quò ad culpam, Abb. in c. cum olim de clerico coniugato, sed melius est, vt declarat Episcopus mentẽ suam in faciendis statutis.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit Clero suo aliquam exactionẽ imponere.*
2 *Et an possit exigere cathedraticum, siue synodaticum.*
3 *Et an charitatiuum subsidiũ.*
4 *Charitatiuum subsidium, an præscribi possit.*
5 *Charitatiuum subsidium, an exigi possit à paupere.*
6 *Episcopus potest, & debet visitare Ciuitatem, & Diœcesim suam, &c.*
7 *Aliqua circa visitationẽ Græcorum vsque ad num. 21.*
22 *Episcopus in sua Diœcesi est proprius, & competens Iudex.*
23 *Clericus non potest consentire in non suum Iudicem.*
24 *Episcopus an possit subijcere clericum suum alteri Episcopo.*
25 *Episcopo excommunicato, vel Hæretico declarato cessat eius Iurisdictio.*
26 *Iurisdictio Episcopi cessat extra Diœcesim suam.*
27 *Episcopus recusatus à partibus an possit iudicare.*
28 *Episcopus an teneatur de facto Vicarij sui.*
29 *Vicarius Episcopi an posset esse laicus.*
30 *Causa spiritualis an possit cõmitti laico.*
31 *Assessor laicus an possit esse in iudicijs spiritualibus.*
32 *Episcopi munus præcipuum quod sit.*
33 *Episcopus non incurrit pœnam suspensionis per aliquam generalem constitutionem, & alia priuilegia Episcopi vsque ad num. 50.*
51 *Quæ Archiepiscopus possit, vel non possit vsq; ad nu. 58.*
59 *Nonnulle de Patriarchis, 60.*
61 *Iuspatronatus qualiter amittitur, & num. 62.*
63 *Iuspatronatus quod tempus habet ad præsentandum.*
64 *Patronus an possit præsentare cõsanguineũ, & an absentẽ.*
65 *Iuspatronatus Ecclesiasticum in quo differat à laico.*
66 *Beneficia Ecclesiastica omnia præsumuntur libera.*

Digitized by Google

67 *Iuspatronatus qualiter transeat in alium, & an possit probari per testes, num.* 68.

69 *Episcopus an possit vnire beneficium, & an suæ mensæ, num.* 70.

71 *Episcopus an possit condemnare ad triremes.*

72 *Episcopus potest degradare clericum, & quid per degradationem clericus amittat.*

73 *Episcopus an possit recipere resignationes beneficiorum.*

74 *Episcopus an possit conferre beneficium in sua Diœcesi sede vacante.*

75 *Episcopus si est negligens in constituendo sibi Vicarium supplet Archiepiscopus.*

76 *Episcopus an possit dare licentiã asseuerãdi Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia non Parochiali.*

77 *Episcopus in beneficijs curatis reseruatis Sedi Apostolicæ vacantibus quid agat.*

78 *Beneficia iurispatronatus Ecclesiastici vacantia in mensibus reseruatis quomodo expediantur.*

79 *Examen per concursum an fieri debeat in vacatione parochialis Ecclesiæ iurispatronatus laicorum, & num. seq.*

81 *Concursus an requiratur in parochialibus conferri solitis regularibus.*

82 *Concursus an requiratur quãdo cura animarum spectat ad collegium.*

83 *Cõcursus an requiratur si vacat parochialis ex permutatione, vel resignatione.*

84 *Concursus ommittitur quando verisimiliter timẽtur rixæ.*

85 *Concursu peracto quis præferatur.*

86 *Quod possit in Synodo minor numerus Missarũ reduci qualiter intelligitur.*

87 *Episcopus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia impendere aliquod personale beneficium.*

88 *Notandum circa onus celebrandarum Missarum à testatore dispositum.*

89 *Parochia si indiget reparatione vestium altaris, &c. ex quibus sunt faciendæ expensæ.*

90 *Episcopus tempore vindemiarum, & messium an possit dare licentiam.*

91 *In nundinis, & mercatis an potest violari festum.*

92 *Mercatoribus &c. an liceat diebus festiuis vendere.*

Digitized by Google

93 *Episcopus an possit cogere confratres ad veniendum ad processionem.*

94 *Regulares debent legata Parocho renelari.*

95 *In Sabatho Sancto nō possunt pulsari campanæ.*

96 *Regulares non possunt prohibere Episcopos in eorum Ecclesijs solemniter celebrare, &c.*

97 *Episcopus an possit absoluere lapsum in hæresim.*

98 *Episcopus an possit habere familiam armatam.*

99 *Episcopus potest eligere examinatores quando non essent electi in Synodo.*

100 *Episcopus in eligendo in concursu magis idoneū debet regulare arbitrium suum secundum dispositionem iuris communis.*

101 *Episcopus potest admittere aliquem ad concurrendum etiam termino elapso.*

102 *Tempus quatuor mensium ad prouidendum de parochialibus, Episcopo in cōcursu quando currat.*

103 *Clericus si est captus à Iudice ad quem spectat cognitio.*

104 *Clericus si fuit in fraude, & dolo in suscipiēdo ordine nō est exēptus à iurisdictione laici.*

105 *Clericus post delictum commissum reassumens habitum à quo debet puniri.*

106 *Episcopus non potest facere suum Vicarium in spiritualibus clericum coniugatum.*

107 *Clericus coniugatus an possit esse delegatus ad causam spiritualem.*

108 *Episcopus an possit in prouisione per concursum deputare nouos examinatores.*

109 *Episcopus an possit reseruare pensionem super beneficijs.*

110 *Episcopi familia an gaudeat priuilegio fori.*

111 *Collationes beneficiorum in mensibus Episcoporum debent fieri de die non de nocte.*

112 *Idem dicendum de optione canonica.*

113 *Quid de rescriptis factis nocturno tempore.*

114 *Periurius non dicitur iurās soluere tali die si soluit media nocte eius diei.*

115 *Resignationes beneficiorum non possunt fieri nocturno tempore.*

116 *Episcopi debent visitare parochias Ciuitatis singulis annis, vel saltim singulis duobus annis.*

117 *Parochialis Ecclesia qua di-*

catur,

Digitized by Google

catur, & num. 118.

119 Parochialis si efficitur collegiatæ cura animarum imminet collegio non Prælato.

120 Ecclesia Parochialis in quo differat ab Ecclesia habente parochiam.

121 Quæ sunt necessaria ad probandum parochialem Ecclesiam.

122 Solus Parochus habet in sua parochia iurisdictionem spiritualem.

123 Ecclesia de nouo edificata acquiritur Ecclesiæ parochiali intra cuius terminos est, & numero 127.

124 Ecclesia parochialis habet Iurisdictionem, vt intra eius fines nõ possint decantari missa solemni.

125 Vna ecclesia non potest habere plures Curatos in solidũ.

126 Parochiani in quibus subjciuntur Parocho.

128 Decimæ Ecclesiarum an, & quo tempore possunt præscribi.

129 Parochiani sunt perpetui.

130 Habitans in aliena parochia an efficiatur subditus ei.

131 Parochiani an admittendi sunt contra eorum parochum.

132 Collationes beneficiorum cũ spectãt ad inferiores collatores in manibus cuius fiunt resignationes.

133 Episcopatus an sit ordo.

134 Episcopus potest permittere ex necessitate aliquem sepeliri in sepultura alterius.

135 Episcopus potest extrahere ab ecclesia clericos, seu religiosos quos vult corrigere.

136 Episcopus potest cogere subditos ad permutandum beneficia ex causa necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ.

137 Residere in ecclesia quid sit propriè.

138 Habitatio clericorum an debeat esse contigua ecclesiæ.

139 Episcopus potest vnire Seminario beneficia, & qualiter hoc intelligitur num. 140.

141 Ad Episcopum spectat cognitio, an hospitale sit locus pius.

142 Prælatus an teneatur residere in ecclesia tempore pestis, & num. 143.

144 Prælato licet deserere residentiam ob periculum futurũ tyranni.

145 Rector debet pestis tẽpore ministrare Sacramentũ infectis.

146 Ecclesia si pateretur defectũ ex causa ministrorum debent etiam Rector absens venire.

147 Prælatus non potest deserere

exi-

existētes subditos in extrema necessitate.

148 *Prælato an, & quando liceat deserere gregem, & num.* 149. & 150.

151 *Ex qua causa Episcopus potest relinquere propriam Cathedram.*

152 *Episcopo infirmo, vel seni datur coadiutor.*

153 *Coadiutor datus Episcopo dementi seni, & c. quam potestatem habeat.*

154 *Concessio Vicarij Episcopi ad audiendam confessionem spirat finito officio vicariatus.*

155 *Episcopi possunt monere ex causa occulta animos eorum mouente, vt quis non suscipiat ordines.*

An Episcopus possit aliquam exactionem clero suo imponere de iure?

1 Dic primo, † quòd prohibetur onerare clerum taleis, & exactionibus c. quoniam 18. dist. sed potest exi-
2 gere † cathedraticum, siue Synodaticum de iure, & hoc nomine debentur Episcopo à qualibet Ecclesia duo solidi secundum antiquam consuetudinem valore ipsorum existimato, c. conquerente de offic. ordin. & ibi glos. nec potest præscribi hæc solutio, quia datur insignū subiectionis, & inhonorem Episcopalis Cathedræ, posset tamen præscribi pars illius, Abb. in c. pastoralis de donat. & in vllo casu censetur remissum hoc cathedraticum; nisi expressum sit glos. in c. pastor. de donat. & ibi Innoc.

Potest etiam † exigere subsidiū
3 charitatiuū, si fuerit pauper, vel si vrgeant debita Ecclesiæ pro illis soluendis, pro expeditione bullarum, pro sumptu in itinere ad visitanda limina Apostolorum, vel ad Concilium Prouinciale, seù generale præsupposito, quod sit pauper ipse Episcopus, c. cauendum 10. q. 3. c. cū Apostolus de censibus vbi ait Innoc. quod requiritur consensus capituli, & cleri, in imponendo charitatiuo subsidio.

Nec † potest præscribi subsidiū
4 charitatiuum, ratio est, quia hæc præscriptio esset contra charitatem, vt ait Bellenginus de subsidio charitatiuo q. 30.

5 Nota † tamen, quod non potest exigi à paupere, & pau-

per

per in hoc proposito est qui nó habet redditum vltra decentem substentationem, Bellenginus quæst. 30.

Potest etiam † Episcopus immò,
6 & debet visitare Ciuitatem, & Diœcesim suam, & corrigere defectus subditorum, & Ecclesias sibi subiectas saltem semel in anno bene circumspicere, vt ex Trident. sess. 24. c. 3. de reform.

Non tamen obligatur præcisè intra annum totam visitationē expedire, sed arbitrio eius relictum est à Sacra Congregatione, hoc tamen arbitrium vt in ea habetur, debet esse moderatum, & discretum.

Immò ea potest esse Diœcesis amplitudo, vt duorum annorum spatio eius visitationem cõplere difficile sit, vt expertus sum in visitatione amplissimę Diœcesis Beneuentanę, cuius iam sub Maximiliano, & eius successore Pompęio Cardinali Arigonio, quàm sub Illustrissimo, & Reuerendissimo Alexandro de Sãgro Patriarchę Alexãdrię Archiepiscopo moderno Beneuentano plusquam viceties Visitator generalis fui. De cuius Diœcesis visitatione propè diem à me tractatulum Deo dante habebunt futuri visitatores, cum resolutione multorum dubiorum, & cũ quinquaginta casibus, in quibus Episcopus potest visitare laicos, interim videatur fusius lib. 2. cap. 21. de visitatione.

Hic tantum insitam, † quæ fa-
7 ciant pro omnibus Episcopis in visitatione Græcorũ, quorum etiã in hac Diœcesi duo oppida extant, nam quo ad animaduertenda in visitatione aliorum Ecclesiarum Tuscus, & alij doctissimè tractauerunt.

Debebit Episcopus in visitatio-
Ecclesiarum Græcarum animaduertere, vt Græci baptizatos in fronte Chrismate non consignent, sed in verti-
8 ce, vt faciunt Latini, in hoc enim Græci solent errare, & ego emendaui aliquando in visitatione Casalis noui Mõtis Rotani huius Diœcesis Græcorum quendam Capellanũ, sed de aduertendis in visitatione Græcorum in hoc etiã tractatum est.

Debebit† etiam circa Sacramen-
9 tum Confirmationis infantes

bapti-

Digitized by Google

baptizatos a præsbyteris Græcis in fronte consignatos iterum confirmare sub conditione. Si es Confirmatus ego te non confirmo, &c. & hæc quo ad eos qui verè similiter creduntur baptizati a præsbyteris Græcis.

Debebit etiam circa † Sacramẽ-
10 tum Eucharistiæ, quod obseruatur in custodia, vt sæpè renouetur, & non toto anno idem asseruetur, vt tollatur abusus tundendi, vel etiam miscendi sacro oleo, & iterũ coquendi, vt Græci accipiant altaria portatilia, seù viatica, sin minus tolerentur eorum throni super altaria lapidea, & vt habeant corporalia more latino, nisi eorum vtantur thronis huiusmodi.

Debebit † circa sacramentum
11 Pœnitentiæ, vt curent scire præsbyteros Græcos posse in casu necessitatis absoluere latinos, & eos vti debere forma præscripta a Concil. Florent. & si noluerint postea, dicant orationem illam, quã pro forma huius absolutionis consueuerũt dicere omittentis veram formam, & vt tollatur, vbi est abusus, vt vir, & vxor eodem tempore confiteantur, & in die Epiphanię vel primo die mensis aqua benedicta in Ecclesijs conseruetur, & illa fideles se aspergant ex Constit. Alexandri Papæ.

Debebit † circa sacra olea non
12 cogere Græcos ab eis accipere, nisi sanctum chrisma, sed sancta olea ab eis ex veteri ritù conficiantur, & benedicãtur.

Debebit † circa Sacramentum
13 Ordinis docere Græcos ordinatos ab Episcopis schismaticis esse suspensos ab exercitio ordinum, & ideo eos emendatos, & correptos absoluendos cum pœnitentijs salutaribus, dummodò errores emendent; vel saltem abiurent publicè, vel secretè in iudicio schisma ordinatoris, Interim non permittantur exercere alios ordines, etiam ritè a Cattholico Antistite perceptos, nisi cum ipsis super irregularitate, propterea contracta dispensatum sit.

Græci † sine literis dimissorijs
14 Episcopi latini Diœcesani, si promouentur suspensi sunt, & exercentes fiunt irregula-

res, sicut, & latini, & cum eis dispẽsandum est Apostolica Authoritate.

Si Episcopus † latinus voluerit aliquem ordinare ex Græcis, illum, si baptismũ a Græco susciperit, & propterea in fronte chrysmate, vt moris est apud eos fuerit consignatus, debet priùs illum confirmare saltem sub conditione.

Debet † etiam aduertere Episcopus visitator Græcorum vt præsbyteri Græci vxoribus orbati habitum diuersũ ab alijs gerant, præcepi ego in locis huius Diœcesis.

Debebit † etiam circa Sacramẽtum Matrimonij Græcorum vt decretum Trident. de reformat. matrimonij habeant Græci in lingua Græca vulgari, & vt publicetur in eorũ Parochijs esse inseparabile matrimonium, & separari quoad vinculum non patiantur, & separationem forsitan factam declarant nullam. Insuper, vt maritus latinus non sequatur ritum vxoris Græci, nec vxor latina ritum mariti Græci, sed vxor Græca sequatur ritum mariti latini, quod si id exequi difficile sit permittatur suo quoque ritù Cattholicè tamen viuere, proles sequatur patris ritũ, nisi præualuerit mater, quæ latria est. Præsbyteri Græci ante sacrificium per hebdomadam, vel per triduum abstineant ab vxoribus.

Debebit † etiam aduertere super dogmata Græcorum nempè an teneant Spiritum Sanctum procedere etiam a Filio, sed non cogantur pronunciare, nisi esset scandalum.

Nunquam † committatur cura Animarum Græcis monacis nisi vrgente necessitate, vel alia iusta causa.

Et præsbyteri Græci abiurent erroribus Græcorum, sed tolerandus † est apud eos vsus carnium in die Sabbathi, vbi scandalum non adest, & inter eos, & vt non teneantur ad ieiunium, sed tantum ad abstinentiam in die Sabbati tempore Quadragesimæ excepto Sabbato Sancto, Et hoc intelligendum est etiam de Sabbato comprehenso in ieiunijs triduanis, vt haberi solet in rubricis, vel in ieiunijs,

iunijs indictis ab Epo Diœcesano, sed in hoc casu diei illius sabbati commutetur in alium diem pro plebibus Græcis, ex authoritate Clementis VIII.

Debebit † etiam Episcopus la-
21 tinus curari, vt Græci inducantur ad obseruationem ieiuniorum latinæ Ecclesiæ, sed non cogantur, cum ipsi ex Græco ritu in qualibet hebdomada feria iiij. & vj. ieiunare teneantur, & vt obseruent festa de præcepto latinæ Ecclesiæ, vt laici, & vt videat Bullas Græcorum præsbyterorum an sint ordinati ab Episcopo Catholico Romæ commorante cũ dimissorijs Episcopi latini, & hæc eos Constitutione Papæ Pij IV. ac ex declaratione Sacræ Congregationis super reformatione Græcorũ de anno 1595. debent etiã studere Græcos in eorum Diœcesi existentes ad ritum latinum paulatim reducere vt respondit Sacra Congregatio Concilij Domino Archiepiscopo Beneuentano Maximiliano de Palumbaria me Abbate Ragucio pro eo ad limina SS. Apostolorum visitanda misso Procuratore de anno 1599.

De foro iudiciali Episcoporum.

Dic vt infra. Iudicem † in sua
22 Diœcesi proprium, & competentem esse Episcopum cap. conquerente de officio ordinarij, & in quolibet loco sua Diœcesis, non exempto potest iudicare, & esse verè pro Tribunali, nec Archiepiscopus Metropolitanus iudicare potest subditos Episcopi, nisi per viam appellationis cap. Romano de foro competenti, & id etiam de consensu partium, nam
23 † clerici non possunt consentire in non suum Iudicem sine licentia proprij prælati cap. significasti de foro com-
24 petenti, & è contra, nec † Episcopus potest subijcere clericum suum Iudicem subditum alteri Episcopo tanquam ordinario illo inuito, sed poterit delegare illius

Digitized by Google

causam, Hostien. de foro cõpeten. num. 14. Nota tamen,
25 quod Episcopo † excommunicato, vel hæretico declarato cessat ipsius iurisdictio c. excommunicatus de hæreticis, & c. ad probandum de re iudicata, item si fuerit furiosus, aut surdus, aut mutus, 3. q. 7. cap. primum, idem dic
26 † si fuerit in Diœcesi non sua, quia ibi requiritur licentia Diœcesana 9. q. 2. cap. non inuitati, & tum si demum ipsi subditi ipsius cõsentiant aliàs non potest, cap. vt litigantes de off. ord. in 6. sed potest expedire, quæ non requirunt causæ cognitionem sine licẽtia Diœcesani in cuius Diœcesi est, vt quæ sunt voluntariè iurisdictionis, cap. nouit de off. deleg.

Sed † non posset iudicare in ca-
27 sibus, in quibus recusaretur a partibus, vt in causa propria Hostien. in summ. de sentent. num. 4. nam licèt possit esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ 2. q. 7. cap. si quis, tamen potest recusari, vt suspectus, Abba Syculus in cap. insinuante de iud. Capec. 167. Posset etiã recusari in casu consanguinitatis, affinitatis, vel familiaritatis, cap. ad hæc de rescript. vide Aufrer. qui numerat casus recusationis, vide tractatum de Iudice suspecto doctissimi Beneuentani Doctoris Ioannis Iacobi de Laurentijs.

Nota, quod † Episcopus tene-
28 tur facto sui Vicarij, cap. ad hæc de officio Archidiacon.

Nota † quod Vicarius non po-
29 test esse laicus, cap. decernimus, imò nec causa spirituа-
30 lis † laico committi, neque compromicti potest, cap. contingit de arbitri, sed causa pecuniaria potest committi, & compromitti, cap. exposita loco cit. & potest esse iudicijs
31 † spiritualibus assessor laicus, sed conuenientius est, si adhibeatur clericus Dec. de iudic. num. 6. nec licet locare Vicariatum, vel ius nominandi ipsum. Trident. sess. 25. cap. 11. de reform. sicus Episcopi debet esse clericus.

Digitized by Google

Pro Episcopo in communi.

Episcopus munus præcipuum
32 est prædicare Euangelium
Christi.

Episcopus non incurrit pœnam
33 suspensionis per aliquam
generalem constitutionem,
nisi expressa fiat mentio de
eo, cap. quia periculosum de
sentent. excommun. in 6. Idē
dic de interdicto, secus dicas
de excommunicatione gloss.
in dicto cap. quia periculo-
sum.

Episcopus habet priuilegium
34 Confessoris, & altaris porta-
tilis, seù viatici.

Episcopus habet territorium, &
35 Fiscum.

Episcopus dispensat in omnibus
36 votis exceptis Castitatis, Re-
ligionis Sancti Iacobi, Romæ,
Ierusalem, & Laureti.

Episcopus † electus confirma-
37 tus, sed non consacratus po-
test exercere, quæ sunt iuris-
dictionis, & potest concede-
re indulgentias, D. Thom. in
4. dist. 23. art. 2. Imò, quod
potest non consacratus, nec
adhuc Sacerdos concedere
Indulgentias, imò, & potest
concedere in aliena Diœcesi,
quia hoc est voluntariè iuris-
dictionis l. 2. de offic. procon
sulis.

Potest † admittere liberam resi-
38 gnationem beneficij, sed nō
in fauorem alterius, non po-
test committere causam cum
clausula simpliciter, & de pla
no, Episcopus de iure com-
muni elegit Canonicos, gl. &
DD. in c. d. 21. dist.

Potest † absoluere ad effectum
39 agendi absolutionem iudi-
ciali, non tamen periurum,
potest absoluere † hæreticū
40 occultum secundum Trid.
sed non secundum Bullam
Cœnæ, potest esse † Iudex in
41 causa propria suæ Ecclesiæ,
sed non potest esse Aduoca-
tus absque procuratore, cap.
quia 3. quæst. 13. potest di-
42 spensare bigamo ad quatuor
minores, & ad simplex bene-
ficiū, & non ad alios ordinis,
vel beneficia cap. quicumque
il 2. 50. dist. & ibi glos. Rota
dec. 1. de bigam. in nouis. idē
potest dispensare † cum ille-
43 gitimo ad quatuor minores,
& ad simplex beneficium po-

test

Digitized by Google

test concedere coadiutorem Parocho non perpetuum, sed benè ad tempus, potest con-
44 cedere † licentiam alienandi res Ecclesiæ, quæ sunt tenuis modici valoris.

Potest † etiam extra Diœcesim
45 conferre beneficia, quia collatio beneficiorum est iurisdictionis voluntariè, & potest vbique exerceri præterquam in Vrbe ob reuerentiam Summi Pontificis, & tunc potest facere collationem extra mœnia, non potest conferre
46 † plura beneficia simplicia, si vnum est sufficiens, secus, si non esset sufficiens, quia tunc posset conferre plura, potest omittere ex causa denunciationis in matrimonio contrahendo.

Non potest † conferre benefi-
47 cium curatum absque concursu regulariter, non potest augere censum in emphyteusim nisi facta noua inuestitura, & ita rei valore exigente.

Non potest concedere in perpetuum rem solitam dari in emphyteusim.

Non potest legatum ad certum vsum pium in alium etiam pium conuertere, num possit imponere pretium rebus venalibus, vide Bertachinum.

Non potest delegare causam alicui existens extra Diœcesim, iuxta Specul. in titu. de rescr. sed benè potest secundum Ioannem Andream ibid.

Non potest sibi applicare pœnas condemnatorum, sed illas debet in vsus pauperum erogare.

Potest † citare suum subditum
48 repertum etiam in Curia Papæ, imo etiam realiter DD. in cap. meminimus de appellation.

Potest sibi aduocare causam pendentem coram Vicario suo, secus si coram Archidiac. vel alio Iudice inferiore.

Indulgentia † concessa per Epi-
49 scopum vltra tempus sibi cõcessum valet pro tempore cõcesso, v. g. si pro centum diebus, & pro his non posset, valet per quadraginta.

Non potest instituere præsentatum extra territorium suum, Abb. in cap. nouit de off. leg. Episcopus habet tempus sex mensium ad conferenda beneficia.

Episcopus excommunicatos

ipso

Digitized by Google

ipso iure, quos ipse denunciauit, non potest absoluere, sed Papa tantùm c. tua de sentent. excomm.

Episcopus potest absoluere ab omni excommunicatione lata à iure, nisi fuerit reseruata.

Non † potest appellare a sentẽtia Vicarij ad Episcopum, 50 quia idem Tribunal, sed benè appellatur à Vicario foraneo.

Aliqua de Archiepiscopo.

Archiepiscopus † an posset co- 51 gere Episcopum ad conuocandam Synodum singulis annis, vide cap. quoniam de offi. ordin. & an possit cogere ad constituendum sibi Vicarium, vide Abbatem in supradicto cap.

Vicarius † Archiepiscopi non, 52 potest suspendere, seu excõmunicare suffraganeum, nisi absente Archiepiscopo.

Archiepiscopus † non supplet 53 vices Episcopi, sede vacante, sed spectat ad Capitulum.

Archiepiscopus † petere debet 54 pallium a Papa infra tres mẽses a die consecrationis, & ante receptionem pallij non debet dici Archiepiscopus, cap. 3. de aut. & vsu pallij.

Archiepiscopus † non habet iu- 55 risdictionem in subditos suffraganeorum, nisi per appellationem, olim in Visitatione & notorietate delicti.

Archiepiscopus † est Iudex suf- 56 fraganeorum in ciuilibus tãtum c. cognouimus 10. q. 5. in criminalibus solus Papa cognoscit. Trident. c. 3.

Collatio † Episcopi, si per sex 57 menses non contulerit, deuoluitur primo ad Capitulum, deindè ad Archiepiscopum cap. 2. de concessione præbendæ.

Archiepiscopus non supplet p Episcopo excommunicato, sed Capitulum.

Notet Archiepiscopus futurus de vsu pallij, quòd vt dictum est infra tres menses a die cõsecrationis debet petere pallium.

Quòd ante † illius receptionem 58 non debet dici Archiepiscopus c. 3. vt supra de autho. & vsu pall. Archiepisc. si extra, Prouinciam ordinis celebra-

ret,

Digitized by Google

ret, vel Episcopos consecraret non vtitur pallio, quia ibi, non vt Archiepiscopo hos actus facit, sed tanquam Episcopus, ideò Episcopalibus vtitur vestimentis.

Quod non potest exercere iurisdictionem, cap. quod sicut de elect.

Quod debet vti pallio in diebus expressis in Ecclesis suæ Prouinciæ infra missarum solemnia.

Quod non potest vti in processionibus extra Ecclesiam c. 1. de aut. & vsu pall.

Quod non potest alteri Archiepiscopo accomodare c. 2. eo. titul.

Archiepiscopus non potest vnire Cathedrales Ecclesias, Trident. sess. 26. c. 28. de refor.

De Patriarchis.

Non debet † futurus Patriarcha 59 appellari tali nomine ante receptionem Pallij c. 3. eod. tit.

Patriarcha potest conferre pallium Metropolitanis cap. antiqua de priuil.

Potest appellari ab inferiore Iudice ad Patriarcham, DD. d. c. antiquo.

Suffraganei Patriarchæ debent præstare debitum obedientiæ non solùm ipsis, sed præcipuè Romanæ Ecclesiæ.

Patriarcha potest deponere Episcopos c. renouantes 22. dist. & Cardinalis in clem. in plerisq; de elect. sed hoc non verò hodie procedere post Concilium Tridentinum, cū depositio huiusmodi sit Papę reseruata.

Patriarcha extra suæ Diœcesim non potest solemniter benedicere, & ratio est, quia benedictio solemnis est iurisdictionis, Abb. c. antiqua de priuil. idem dic de Archiepiscopo, & Episcopo.

Patriarcha tenetur iurare fidelitatem Papæ: secus Cardinalis, & ratio est, quia Cardinales sunt membra Papæ, Archid. in c. fęlicis de pœnis in 6. & ipse recipere iuramentū fidelitatis, pro se, & Ecclesia Romana.

Patriarcha potest vbique extra suam Diœcesim Crucem ante se deferre, præterquam Romæ, vel vbi Papa adest, vel eius Legatus, dum vtitur insignijs

gnijs in c. antiqua de priuil. testatur Panormitanus de hened.

Inter Patriarchas olim præcedebat post Romanum, Alexandrinus c. renouantes de priu. nunc est secundus c. antiqua, & ibi glo. eo. tit. sed pro maiori horum declaratione videatur Cathechismus Rom. de Sacram. Ord.

Patriarcha decedens, sepelitur in Ecclesia Cathedrali, illius loci vbi decedit.

Archiepiscopi, dicũtur suffraganei Patriarch. sed potest appellari omisso medio, ac dictorem.

Et quoniam ad Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas pertinet cognitio iuris patronatus, inferam hic aliqua prę-
60 cipua † huius materiæ, vt infra.

Ius patronatus † amittitur, si spe-
61 cialiter venditur Abb. in cap. finali de iure patronatus, si patronus vsurpet res Ecclesiasticas, Trident. sess. 25. c. 9. de reform.

Si patronus occiderit, vel occidi
62 curauerit Rectorem, c. in quibusdam de pęnis, ita etiã ob hæresim, c. secundum, leges de hæret. in 6.

Ius patronatus Ecclesiasticum
63 habet sex menses ad præsentandum, laicus quatuor, & currit a die sententiæ, non autem a die mortis, Abb. in c. fin. de iure patron. & Episcopus ex causa prorogat, vt infra.

Patronus † potest præsentare
64 consanguineum, Vgolin. de offic. Epis. c. 51.

Absens potest præsentari, & ad-
65 mitti, idem Vgol. l. cit. dummodò sit notus superiori, coram quo fit præsentatio, qui addit quod præsentatus ad simplex beneficium debet habere 14. ann. sed ad Parochialem 25. incæptos.

In hoc præstat ius patronatus Ecclesiasticum laico, iuri patronatui, quòd ius patronatus laicum habentes, vnum tantum potest præsentare, sed Ecclesiasticum plures ad Parocchialem Ecclesiam, Thesaur. for. eccl. p. 2. c. 21. nu. 9. qui etiam dicit, quod Episcopus potest repellere non idoneos.

Et quoniam omnia † beneficia
66 præsumuntur libera, ius patronatus non præsumitur, ni-

Digitized by Google

si probetur, Thesaur. loco citato.

Et notandum, quod ius patro-
67 natus non transit in Fiscum, cum Vniuersitate bonorum, secundum vnam opinionem, & eo casu efficitur Ecclesia libera, sed extat alia opinio contraria, Thess. l. cit. num. 33 & ius patronatus potest donari laico de consensu Episcopi, qui etiam potest postea dari, & retrotrahitur, si donatur Ecclesiæ, vel clerico, non requiritur, vt infra fusius.

Vicarius Episcopi potest instituere sine speciali mandato.

Ius patronatus potest vendi, & donari, cum Vniuersitate bonorum, sed non propterea præiudicatur Episcopi iuribus.

Patronus non potest se præsentare, nec se instituere, & merè laicus non potest instituere.

Ius patronatus non potest
68 probari per testes in petitorio, vt ex declaratione Sacræ Congregationis, his verbis, Congregatio omnium consensu censuit, requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticam scripturam, & authenticum dicitur, quòd conficitur per Notarium publicum, seù Iudicem, cum subscriptione duorum, vel trium testium, vel in præsentia ipsorum, gloss. in c. 1. de fide instrument. & in proposita materia iuris patronatus, dicitur scriptura authentica, Bulla Episcopi, vel consensus datus in scripto, ad fundare, vel dotare, vel construere, & faciunt fidem, quia sine figura iudicij, c. post cessationem, c. literas, de probation. & ibi glos.

Et addit. Sac. Congreg. quod regula constituenda est, quod probatio per testes non sufficiat in petitorio, licet in possessorio admittatur probatio per testes, Zerula Reuerēdissimus Episcopus V. ius patr. ad tertium.

Ius patronatus potest legari, vel donari, c. ex insinuatione de iure patr. sed si donatur laico requiritur consensus Episcopi, & retrotrahitur, Rot. decis.

si Ecclesiæ, vel clerici, valet sine consensu, gl in ver. contuliſſet loc. cit. Abb. in cap. cum seculum de iure patron.

Digitized by Google

Patronus laicis conceditur tempus quatuor mensium, clericis, tex. ad præsentandum c. cum pp, c. eam te, eod. tit. & c. vnic eodem tit. in 6. & datur longior terminus clerico, quia non potest variare, laicus verò potest variare c. pastoralis eo. tit.

Episcopus ex causa prorogatio. tempus ad præsentandum, Zecch. c. 12. nu. 23. imò si durarlis, confert, sine præiudicio obtinentium c. si verò, eodem tit.

Rursus † Episcopus potest vnire
69 beneficia c. sicut vnire de excessibus prælatorum, sed non possunt vnire inferiores nisi habeant iurisdictionem Episcopalem, Abb. d. c. eod. tit. Nec Vicarius Episcopi potest vnire, nisi cum speciali mandato, Abb. ibid.

Episcopus † esto, quod possit
70 vnire, non tamen potest vnire suæ mensæ, Clemen. fin. de rebus eccl. non alienandis nec potest imponere pensiones per Bullam Pij V. incipientem, intolerabilis, sed potest instituere nouam Parochiam c. ad audientiam de eccl. ædific.

71 Episcopus † potest condēnare ad triremes, Clarus q. 70. ver. frequens, potest imponere pœnam etiam fustigationis, etiam clerico, Clar. lo. cit. sed aduerte, quod non irrogatur publicè ob honorē clericatus, potest etiam imponere pœnam ictus funium, etiam clerico, Clar. vbi supra, & potest etiam carcerare, & muletare, Felin. in c. cœterū de offic. ordin. sed hanc pœnam non potest per Concilium Trid. sibi applicare, sed pijs locis, sess. 25. ca. 3. de reformat. olim poterat suæ Cameræ applicare etiam contra laicos Viuius opin. 255. Sbozz. lib. 2. q. 80. glos. in c. statutum de elect & alij.

72 Episcopus potest † degradare clericum, per quam degradationem amittit clericus vsum ordinum, & priuilegia cap. degradatio de pœnis in 6.

73 Potest † recipere simplices resignationes beneficiorum in manibus suis factas, sed illa conferre suis, aut consanguineis, vel affinibus resignantiū non potest, Paris de resign. lib. 8. q. 7. sed potest conferre

Digitized by Google

beneficia in manibus suis per mutantibus permutata, clem. 1. de permut.

74 Episcopus † Sede Apostolica Vacante potest conferre beneficia vacantia quòuis modo, etiam reseruata, quia cessat reseruatio Sede vacante, c. si gratiosa de rescript. in 6. Mandos. in reg. 1. Cancellar. q. 1. & 10. non potest beneficia vacantia propter hæresim per Bullam 29. Pontificis Pij V. nec beneficia vacantia in Curia, quouis modo c. 2. de præben. in 6. nec potest conferre post sex menses, quia eo casu collatio pertineret ad Capitulum, & post alios sex menses ad Archiepiscopum, Nec potest conferre beneficia reseruata, & affecta, his exceptis. Potest alia beneficia conferre iure ordinario in quatuor mensibus, vel in sex ex concessione Pontificia alternatiuam.

75 Episcopus † si est negligēs constituere sibi Vicarium, potest instituere, & supplere Archiepiscopus ‖ Metropolitanus, & si Sede Episcopali vacante Capitulum non elegerit Vicariū infra octo dies, potest eligere ‖ Archiepiscopus, & vacante Sede Archiepiscopali, & c. eligere Vicarium negligēte, antiquior suffraganeus eligit Vicarium, ex Trid.

76 Episcopus † non potest dare licentiam asseruandi sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia non Parochiali pro adoratione populi, sed licentia est petenda à Summo Pontifice. Decis. Rubin. 29. limit. dū concl. pro, quod eo casu, quo potest asseruari notum dicitur, c. præsbyt. 2. dist. & extat declaratio Sac. Congregationis, quod Episcopus non posse concedere hanc licentiam, vt supra, pro adoratione populi, & si concessisset, esse nullam, nec esse necessarium per successorem illa reuocari.

77 Episcopus † in beneficijs Curatis reseruatis Sede Apostolicæ vacantibus per obitū in mensibus reseruatis proponet edicta concursus, & magis idoneus ab eo electus inter approbatos ab examinatoribus ab eo fidem habebit pro obtinenda prouisione a Sede Apostolica, vt declara-

tum.

Digitized by Google

tum refert à Sacra Congregatione, Paris de resign. lib. 8 q. 9. num. 103. vt habetur ex Bulla Pij V. & similiter Episcopus proponit edicta, & examinat in vacatione Curatorum, quoq. collatio pertinent ad Abbatem Regular. Sac. Congre. cla. censur. & ad inferiores.

78 Beneficia † iuris patronatus Ecclesiastici, dum vacauerint in mensibus reseruatis debent eodem modo per concursum, & examen expediri, vt respondit Sacr. Congregatio his verbis, Si vacauerit beneficium Curatum iuris patronatum ecclesiæ in mensibus Sede Apostolicæ reseruatis, Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum cum fide ipsius ad Summum Pontificem instituendum mittere, vt fit in aliis Curatis, quæ non sunt de iure patronatus.

Sed si vacauerint in mensibus non reseruatis. Patronus Ecclesiasticus debet nominare plures examinandos, imò potest Episcopus, & alios ad concursum inuitare, & de mum ex approbatis in examine vnum ipse patronus eligere, de beneficio instituendum, & ita declaratum testatur à Sacra Congregatione Praxis Curiæ Archiep. c. 66. Sed in Curato iuris patronatus laicorum non fit concursus, sed tantum examinatur præsentatus à patronis, nisi plures fuerint præsentati, vt declarauit Sacra Congregatio, & tunc Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit ex idoneis ab examinatoribus denunciatis, vt infra.

79 Examen † per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis Ecclesiæ iuris patronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus, & idoneus iudicetur, &c.

80 Euenientè verò † vacatione eiusdem, quando plures sunt præsentati requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, vt ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus denunciati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis

ido-

Digitized by Google

idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium instituat.

81 Non requiritur † concursus in Parochialibus conferri solitis regularibus, sed solùm examen per decretum Sacræ Congreg. his verbis; Hoc decretum non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri consueuerunt.

82 Nec † requiritur concursus, quando curæ animarum spectat ad Collegium, vel est annexa alicui prębendæ, tunc enim cura sequitur naturam illius cui est annexa, c. statutum de electione in 6. nec fit incõpatibilis, nisi hoc habeat ex principali sui natura, cap. super eo de præb. in 6.

83 Nec † requiritur concursus, si vacat Parochialis ex permutatione, vel resignatione ad fauorem, sed tantum examen prouidendi, Consales gl. 6. nu. 12.

84 Omittitur etiam concursus, quando verisimiliter timerentur iræ ex eo, & quando Parochialis tenues habet redditus, & cũ nemo se velit subijcere examine. Consales loco citato.

Notent hic futuri Episco
85 pi quòd peracto † examine, in electione debet præferri, doctior minus docto, cæteris paribus, & hæc est communis opinio, Theologorum & Canonistarum. Sed tamen aliquando dignus digniori præferri potest, cuius mores sunt magis noti, & probati, vt ex Sacra Congregatio, his verbis. Præferendus est minus doctus, modo idoneus, quando eius mores noti sunt & probati, doctiori, cuius vita ignoratur.

Idem dic, quod debet præferri minus idoneus ciuis, vel de Collegio, doctiori externo, Lambert. de iur. pat. lib. 2. p. 3. & 6.

Notent etiam, quod licet
86 † possint in synodo minorẽ reducere numerum missarũ, ac etiam extra Synod. ex Nauarr. Conf. id tamen non intelligitur de numero missarum in fundatione Ecclesię posito, nam hic est necessario adimplendus, vt ex Sacra Congregat. 1592. his verbis, Sacra Congregatio censuit, ex decret. Conc. c. 4. sess. 25,

de

Digitized by Google

de reform. non licere Episcopo, reducere onera missarum in fundatione posita, sed benè poterit de oneribus nouis.

87 Notent etiam † quòd ex declaratione Congregation. vt infra, Episcopus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia, personale aliquod seruitium impendere, cum ex antiquissima Ecclesiæ totius consuetudine, non teneatur, Consal. gl. cit.

88 Notent etiam circa onus celebrandarum missarum à testatore impositum, his verbis, quòd Cappellanus celebrare debeat, nocte, dieque sicut cæteri Cappellani, ex his verbis in fundatione Cappellæ positis Congregatio censuit, non inferri necessario vt Cappellani sint præsbyteri vt refert Consalez glos. 5. nu. 84. Et ex alia declaratione habetur, hoc, Episcopus non potest cogere obtinentem Cappellaniam, vt ipsemet celebret, licet dicatur in fundatione, vt Cappellani celebrēt, nam potest per substitutum adimplere, sed si dicitur in fundatione, quòd Cappellanus debeat esse Sacerdos, & ipse celebrare, & fuerit in hoc ab Episcopo assentitum, tunc tenetur ipse celebrare.

89 Notet item in visitatione, quòd Parochia, vbi indiget reparatione vestium altaris, seù ornamentum Ecclesiæ, & si absit quarta, pro Ecclesiæ reparatione, ex illa faciendæ sunt expensæ, c. vnio 10. q. 3. sed si non adsit, nec quarta, nec alij fructus separati, teneretur Parochus, c. decernimus 10. q. 3. & q. 5. & c. de Eccl. ædificand. vide Ferret. consil. volu. 2. consil. 368. & 369. & pulchra inuenies, hūc librum habeo ego liberalitate Illustrissimi Maximiliani de Palumbaria Archiepiscopi Beneuentani, à me nunquam satis laudati, & intellige de Parocho, si habeat vltra decentem sui status substentationem, ideſt, duc. centum, vel secundum Regionis qualitatem.

Sed si Parochus sit pauper tenerentur Parochiani, & potest eos ad hoc Episcopus compellere, Trid. sess. 21. c. 4. de reform. Sed ad conseruandum domum suam, tenetur

tui omninò ipse Parochus, vsufructuarius enim ad sarcta tecta tenetur l.eum C. de vsufruct.

90 Sciat ē: Episcopus † in tẽpore vindemiarum, & messiũ posse dare licentiam, idest declarare licere dare operam ad vitam humanam necessarijs, & tempore perituris, id etiam tempore recollectionis fructuum: si necessitas, vrgeat, & suadet pietas, ex declarat. Sacræ Cong. quam refert Quaranta.

91 De † Nundinis, & mercatis, adest declaratio Sac. Congregationis, scilicet non esse violanda festa illorum prætextu, & inter alia habentur hęc verba, licere Agasonibus, & alijs baiulis, ac ministris, sarcinas, & onera, nundinarum causa, exonerare, & deponere, incœptumque iter, missa prius audita, prosequi, non debere sarcinas componere. & iumenta onerare de nouo ad iter accipiendum.

92 Neq; † mercatoribus, aut alijs ciuibus, ac viatoribus ijs diebus, etiam clausis apothecis, merces vendere, aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula, & modici momenti opera confecta, & elaborata, per transeuntium hospitum, & aduenarum vigenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate, & quæ sequuntur.

93 Episcopus † non potest cogere confratres ad veniendũ ad processiones, ex declaratione Sacræ Congregationis de anno 1597. quam refert Quaranta, neque ad id possunt cogi censuris, vt ibi ver. præcedentia, & refert etiam Paulus Piasecius in sua optima, & vtillima praxi Episcopali de visitatione beneficiorum, sed potest vocare exemptos clericos, tam sæculares, quam regulares, exceptis à Concil. Trident. sess. 25. c. 13. de reform.

94 Notent † Episcopi, qđ regulares obligantur dare mediatè funeralium Parocho, extrauag. inter cunctas §. funeralibus de priuilegijs, vel si fuerit alia consuetudo specialis, quo ad quantitatem soluendam, illa obseruetur, & per funerale, intellige, quicquid circa funus defertur, exceptis candelis, quas fra-

tres

tres in manibus ferunt. Conf. l.c. c.1.& extrau.

95 Notent † etiam, quod Sabato Sãcto, nullus poteſt pulſare Campanas, ante matricẽ Eccleſiam, aliàs inconcurrit pulſans pœnam centum ducatorum, ex Conſtit. Leonis Decimi.

96 Notent † etiam, quòd regulares non poſſunt prohibere Epiſcopos in eorum Eccleſijs ſolemniter celebrare, vel populum benedicere, ex clem. vnic. de priuileg. & declarauit Congregatio, qđ poſſunt vti Baldacchino in eorum Eccleſijs de anno 1603.

97 Epiſcopus ex decret. Trid. ſeſſ.24.c.6.non poteſt abſoluere lapſos in hæreſim, quia obſtat Bulla Cœnæ, qua derogauit d.decreto, vt cenſuit Congreg.

98 Poteſt Epiſcopus habere † familiam armatam, quia Eccleſia habet carceres, & infligit pœnas, c. cum Epiſcopus de off.ord.& ideò debet habere familiam armatam, Archid. in c.fin.de off.ord. & ita declaratum a Sacra Congregatione teſtatur Franciſcus Leo c. 9. ſuæ praxis intuitu Trid.c.13. ſeſſ. 25 adde fuiſſe prouiſum per Conſiliũ Collaterale Epiſcopos poſſe tenere aliquos familiares armatos, Ann.ſing.12. Annæ filius in Conſtit. Regni ſiquis aliquem num.22.in compẽd. dec. Neap. V. famulũ facit c. attendendum 26. q.4.

99 Epiſcopus † poteſt abſque Synodo eligere examinatores, quando non eſſent electi in Synodo, Rot. dec. 1593. in vna Placent.

100 Epiſcopus, quia eligit ex approbatis in concurſu magis idoneum, debet regulare ſuum arbitrium iuxta diſpoſitionem iuris, Rot.dec.1586 coram de rubæis.

Ab Epiſcopi iudicio in electione in concurſu, datur appellatio, ex Conſtitutione Pij V.

101 Epiſcopus † poteſt admittere aliquẽ ad concurrendũ, non obſtante, quod terminus præfixus ſit elapſus, Creſc. de ciſ.11. & 12.

102 Epiſcopo † tempus quatuor menſium ad prouidendum de Parochialibus conceſſum currit a die notitiæ va-

Digitized by Google

cationis, Rot. dec. 482. dicens idem dic de patronis ad præsentandum in iure patronatu, & notandum quod in cõcursu, examinatores, peracto examine, debent facere relationem, & approbationem, de omnibus positis à Conci. non solùm, quoad litteraturam, Garsia de benef p. nona c. 11. num. 165. qui etiam dicit, vt infra, in hac materia, quod extat declaratio Congregationis circa modum dãdi vota, vt examinatores palam inter se sua vota conferant, deindè Notario iubent, vt in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum, Seium verò reprobatum, vt Romæ fit, & quòd ex oppositis ad examinatoribus, solus Episcopus, vel Vicarius, & non ipsi examinatores, debent eligere magis idoneum, & citat Abul. & adducit declarationem Sacræ Congregationis, vt sequitur Congregatio cẽsuit non spectare ad examinatores, sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum, qui adducit etiam alias declarationes Sac. Congregationis, idem concludẽtes; licet aliqui tenuerunt contrarium, vide Garf. loco cit.

103 Nota † etiam pro iurisdictione Episcopi, quòd si reus captus à Iudice, sit clericus, cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem ad sæcularem: sed pendente discussione, Iudex laicus non tenetur remictere, si fuit captus in habitu laicali, sed fuit repertus in habitu clericali, vel si communiter habeant.

Clerico, statim remicti debet ad Iudicem Ecclesiasticũ etiam ante cognitionem causæ iurisdictionis, Farinac. tractat. variar. quæst. & commu. opin. criminal. 7. quæs. q. 8. num. 36. sed aduertendum quod pendente discussione clericatus; cum dicitur, quod notent debet remicti, quod interim Iudex laicus debet supersedere, Fulg. cons. 124. præsuppositio, Alex. consilio 145. Vol. 6. num. 3. vbi dicit, supersedendum esse interim a Iudice laico, imò quod Iudex Ecclesiasticus potest ei inhibere, vt, non procedat, & pendente discussione, dum

Digitized by Google

Iudex Ecclesiasticus vult probare esse clericū, potest sum mariè procedere, imò si ordinariè procedit debet citare Iudicem laicum pro suo interesse, aliàs processus esset nullus, Alex. alleg. consil. est videndus c. si Iudex laicus de sentent. excommun. in 6. vbi habetur hæc materia de captura, & remissione clerici, vbi nota, quòd Iudex laicus in spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter potest procedere, c. tuam de ordin. cogni. c. lator, qui filij sint legit. & quod crimen sacrilegij est clericum detinere, c. quisquis xvij. q. iiij. vbi de multiplici genere sacrilegij.

104 Nota tamen † quod si interueniret fraus, vel dolus, non est reus hic exceptus a iurisdictione Iudici laici, & hoc casum, si ante ordinem susceptum fuit hic clericus infamatus, vel denuntiatus, seu accusatus de aliquo delicto, ita præsumi posset illum in fraudem, & confugiendū Iudicium sæculari, promouerī se fecisse.

Hoc tamen non est semper verum, nam habet suas limitationes, scilicet in eo, qui vouisset se futurum clericū, vel se ingressurum religionē ante delictum perpetratum, tunc nullo posset a Iudice laico puniri, Iason in l. ex quadam puella de iureiur. Gerar. sin. 5j. Mart. 5>4. Blanc. in pract. crim. caus. 2. nu. 5. Viuius lib. 1. opin. 38. in fil. con sil 9.

105 Et † si clericus post delictum commissum reassumpserit habitum à quo debeat puniri, vide Bald. in l. Officiales C. de Episcop. & cler, vbi de assumente habitum post carcerationem.

106 Nota † etiam quod Episcopus non potest facere suum Vicarium in spiritualibus clericum coniugatum & ratio est, quia iurisdictio spiritualis, & Ecclesiastica, non cadit in laicum cap. 2. de iudic. nam clericus coniugatus, vt supra dictum est, extra duo priuilegia reputatur, vt laicus, DD. c. cit. nu. 12.

107 Nec potest esse † delegatus ad aliquam causam spiritualem c. clericum nullus 11. q. 1. potest tamen esse Vicarius Episcopi in aliqua iuris-

Digitized by Google

dictione temporali, quam Episcopus haberet, Dec.c.2. de iudic.q.5.num.125.in noua edit. Potest esse assessor Episcopi, Hostien. c.2. de iudic.& alij,& si Episcopus cõstitueret clericum coniugatũ suum Vicarium, deberet interpretari,vt assessor in spiritualibus non vt Vicarius, Bald. & alij d. c. & si dicitur, quòd Paulus de Castro fuit Vicarius Archiepiscopi Florentini,id vel intellige, vt supra,vel dic, quod fuerit ex dispensatione Apostolica.

Episcopus etiam hodie post Constitutionem Pij V.

108 † potest reseruare super beneficij, pensionem, tribus ex causis. Prima, ex causa perputationis, quia non intrat in hoc dicta Constitutio. c. post translationem de renunciatione, Tiraq. in tracta. cessat causa, p.1.num.114. Secunda, pro bono pacis ad extinguendam litem coram ipso penden. Hostien. in c. nisi de præben. & Gomes. in reg.de ann.pass.q.2. num.5. Anton.de Butr. in cap. audiuimus de elect. num.2. Gig. de pensi. q. 6. num. 3. & 4. Tertia,etiam in collatione beneficiorum ad eos pertinente per obitum vacantium, Thes.for.eccles.iast. de pen. num.29. vbi dicitur, quod de raro Episcopi reseruant pensiones huiusmodi, sed quando reseruant,non transeunt in successorem,nisi quę imponitur in extinctionem litis,& citat glos.in c.audiuimus de colla. de seq. & alios, vt videre est loc.cit.

109 Et notandum,quod quãdo licet Episcopo imponere pensionem, requiritur consensus beneficiati, Gigas de pens.q.10.num.9.& si oritur lis super pensione imposita ab Episcopo, committitur causa,tam quoad effectum deuoluitiuum,quam suspensiuum, secus in pensionibus impositis à Papa.

110 Episcopi familia, etiam si fuerint laici, gaudent priuilegio fori,Abb.in cap.nullus de for.compet. num. 6. & in cap.fin.de officio Archidiac. Oldrad.cons. 293. Idem dic de familia armata Episcopi, quia de eius familia dicuntur omnes, qui sunt in eius seruitio, & qui in l. ædiles §.familia ff. de edil. edict. & omnes qui in aliquo loco,

Digitized by Google seu

seu domo Episcopi habitant, glos. in c. 1. & 3. quæst. 5. & in cap. literis de test. & attest. Idem tenet Decianus, scilicet, familiam Episcopi gaudere priuilegio fori sicut eius domum Ecclesiastica immunitate in tractatu criminaliū, tom. 1. lib. 4 cap. 9. num. 47. & alij permulti Scribentes, Idem tenent, & probant, & quidem bene, vt tanta dignitas, præcœteris hominibus, gaudeat prærogatiuis.

111 Notent etiam Episcopi, quod collationes beneficiorum in eorum mensibus debent fieri de die, & non de nocte, tamen si fiant de nocte valent, sed sunt suspectæ, ita Petrus Gregor. Tholos. in syntag. iuris vniuer. q. 2. libr. 17. cap. 12. Fel. cap. consuluit de off. delegat. num. 40. Abb. in cap. 1. de clan. desp. glos. 5 occulta, vt Ecclesiastica benefic.

Quidem dicendum de
112 optione † canonicā, quod fieri potest nocturno tempore, cum in optione, nec collatio, nec electio fiat, Couar. ad cap. Alma. 1. par. §. 7. Vbi nota, quòd optare etiam potest excommunicatus, Decis. Rom. qui citat Couarr. lo. cit. & est communis opinio, vt Per. Alex. Moneta de optio. cap. 4. num. 24. & nota etiam obiter, quod prouiso de canonicatu potest possessio per Canonicos, etiam separatim, Rot. decis. in nouiss. 15. de concess. præbend. Fœlyn. in cap. eam te de rescriptis, vbi multa de consuetud. secus in prouiso ab Episc.

113 Nota etiam † quod rescripta nocturno tempore valeant, idem dic de priuilegijs, & adducitur in testimonium, quod Innocentius Sūmus Pontifex de nocte creatus, plures supplicationes sub scripsit, & plures gratias fecit Gemin. de concess. præbend. in 6. cap. final. vide Flam. Paris lib. 3. q. 18. de resignatione, quicquid dicat, & vt protestatur Polydorus Ripa in suo tract. de nocturno temp. cap. 4. de rescr.

Notent etiam Episcopi in
114 materia absolutionis à † iuramento, quod non dicetur periurus, qui iurauerit soluere, ad diem Sancti Iacobi, si non soluet de die, sed ad me-

diam

etiam noctem, & post vult agere, vel excipere, & petit absolutionem à iuramento, quę si esset periurus, non esset ei danda ab Episcopo, sed a Sūmo Pontifice, & ideo ego cautela solitus eram addere, dum fui Auditor, vel Vicarius huius Curiæ Archiepiscopalis, dummodò non sit periurus, qui absolutionem petit, & hæc est bona cautela, etiam si appareat ex comparitione, quòd non sit periurus, & hic est antiquus vsus Curiæ stylus. vide Archid. in cap. quod à patribus 75. distinct. & Bald. in cap. ego de iure iur. & ratio esse potest, quòd se obligans, voluit se confirmari iuris communis dispositioni, & secundum communem morem accipiendi diem, qui apud nos currit, vsque ad mediam noctem. vide Ripam de noctur. temp. cap. 110. de periurio.

De absolutione à iuramento, compositum reliquit satis luculentum, & doctum tract. Ioannes Camillus ille Bilocta, qui fuit Regius Consiliarius, & prius Aduocatus Fisci Magnæ Curiæ Vicariæ, quę edendum curauit Ioannes Baptista Bilocta eius nepos, vir eminentissimi ingenij, legum præstantia, patruo non dissimilis, virtutum meritis a familia non degenerans, & suauitate, omnibus charus, & venerabilis.

115 Notent etiam Episcopi, † quod resignationes beneficiorum, possunt fieri de nocte, sed adhibitis cautelis nēpè plurimis luminaribus, vt benè dignoscatur resignans à testibus, & Notario, vide Paris de resign. lib. 12. tom. 2. q. 8. n. 40. & alios.

Debent etiam Reuerendissimi Episcopi † visitare
116 Parochias Ciuitatis, & Diœcesi singulis annis, vel saltem infra duos annos, vbi latitudo excusat, ex Triden. quod ego obseruaui in hac latiss. Diœcesi, 96. scilicet Castrorum, exceptis oppidibus, quia non possunt absoluere vnius anni spacio, & ideo proponimus ei, aliqua de Parochijs, vt infra.

117 Nempe quod † Parochialis Ecclesia dicitur, quæ habet curam animarum sine prærogatiua, vel prælatione.

Fe-

Feder. de Sen. consil. 49. nam si haberet prærogatiuam, esset personatus, si collegium esset dignitas: idem dic si haberet annexum aliquod nomen dignitatis, idem de Sen. consil. 86. & parochialis propriè dicitur quasi partitio curæ, Abb. in c. de maleta, de præben. num. 24. Roman. consil. 356. & sic talis Ecclesia curata, carens Collegio, & prærogatiua præfertur alij Rectoribus Parochialium, licet volentur alio titulo, Fed. de Sen. consil. 49.

118 Sed nota † quod in decanatibus, Præposituris, & Prioratibus parochialibus, quæ sunt rurales, & non habent dignitatem, vt verè sint Parochiales, & habent in eis locum cap. licet canon. de elect. in 6. quod teneant prouisi circa susceptionem ordinis debent esse actu, & non habitu curatæ, nam in habitu tantum curatis non habet locum d. c. licet canon, neque habet locum cap. de maleta. de præb. vide consil. Feder. de Sen. 80. num. 2. & consil. 135.

Nota etiam hic quod, 119 aliqua parochialis, efficiatur collegium tunc cura animarum imminet Collegio, Rom. consil. 325.

120 Nota † etiam, quod parochialis Ecclesia differt ab ecclesia habente parochiam, nam parochia, est certus locus, in certus populus alicui ecclesiæ deputatus certis finibus limitatur. Bellam. consil. 38. num. 8. & Rom. consil. 356 & parochialis ecclesia habet ius consistens in cura animarum ipsorum parochianorũ, de quorum soluta est reddẽda ratio Deo per Rectorem. Bellam. consil. citat. eodem num.

Hic sciatur, quod ad pro-
121 bandum † parochialem ecclesiam, sunt plura necessaria, scilicet, quod habeat locum certis finibus limitatum, in quo Regatur populus assignatus ecclesiæ ipsæ, c. eccl. 14 quæst. 1. deinde, vt parochiani in diebus festiuis audiant Missam in ipsa Ecclesia parochiali, quod ibi Sacramenta percipiant, quod ibi sepeliãtur, quod soluant decimas, quod ibi offerant oblationes, quod habeat ius baptizandi,

Rom.

Digitized by Google

Rom.consil.356. num. 3. vide eundem ibidem à principio circa ius parochiæ, & teneatur mente, quod parochiã dicitur partitio curæ. Rom. 187.

Nota hic vnum pulchrum quòd si aliqua parochialis existens habitu talis, quia, vel mortui sunt, vel recesserunt parochiani si postea reuertuntur, incipit esse parochialis habitu, & actu, absque alia Superioris authoritate, quia sufficit, quòd semel interuenerit, ita Alex.consil.74. num.3. Vbi habetur, quòd Parochialis habitu est incompatibilis, & retinet sua priuilegia, ac si esset parochialis actu, & si reuersi sunt parochiani vacat. 2. per adoptionem primæ, quod clarum est, vbi reuersi sint Parochiani.

Notetur etiam hic † quod
122 solus parochus in sua parochia, habet iurisdictionem spiritualem, nec possunt fratres offerre processionaliter mortuos, qui elegerunt sepulturas in eorum Ecclesijs, per Consil. Oldrad. & extrauag. super cathedram de sepult. licet idem consuluerit directè contrarium consil. 223. Sed Zabarella declarat contrarietatem in cleme. dudum de sepult. circa fin. Sed tamen confitetur, quòd seruatur de consuetudine, prima opinio, quia non effertur funus, nisi præsente parocho, fallit quando eligeretur sepulturam Ecclesia Cathedrali, quia tunc non espectatur præsentia Parochi, quod etè obseruatur Beneuenti, & quando interuenit Parochus ipse debet prius intonare, Subuenite, &c. vel alias Antiphonas secundum Rituale, & Regionis laudabilem consuetudinem.

123 Nota etiam hic, † quòd Ecclesia de nouo ædificata, subijcitur, & acquiritur Ecclesiæ Parochiali, quando est intra terminòs alicuius parochialis, ita Calder. consil. 421 de relig. domib. an autem teneatur ad aliquod Parochiali Ecclesiæ Cappella nouiter edificata, non est cautum in iure, nisi sit cautum in erectione, Calder. consil. 422. n. 1. de religios. dom.

124 Adde his, quod † Paro-

chialis

Digitized by Google

chialis Ecclesia habet iurisdictionem, vt intra eius fines, non possit decantari Missa sollemnis, neque fieri oblationes, quando resultaret in damnum ipsius, nisi fierit ex dispensatione, & priuilegio Apostolico, Calder. vbi supra nu. 2. & per totum.

Nota etiam, quod vna
125 † Ecclesia potest aliquando haberet plures Curatos in solidum, qui exerceant curã animarum, Bellamer. consil. 32. num. 12. vt est in Diœcesi Beneuentana in Casali Paulisiorum in Parochiali Sancti Thomæ, & in Terra Apicij, patria olim celeberrimi Medici, & Phylosophi Lucæ de Felice, (nunc autem eo Ciue Beneuentum fœlix est.) in Parochia Sancti Nicolai, & forsan alijs ex antiquissimo instituto.

126 Parochiani † subsuntur Parocho in multis, nempè, quòd tenentur audire Missã in diebus festiuis in Ecclesia Parochiali, Rom. consil. 356. licet ad id cogi non possint, ex declaratione Sac. Congr. sed sunt potius exhortandi, tenentur facere oblationes infra Miss. sollemnia diebus festiuis, Roman. d. consil. n. 3. tenentur accipere Sacramenta in Parochiali Ecclesia, nec possunt alibi sumere, nisi de licentia Parochi, nisi in certis casibus, cap. omnis vtriusque sex. de pœnit. & remiss. Rom. d. consi. num. 3. tenentur decimas personales soluere, Feder. de Sen. consil. 253. in inserta additione, Rom. dicto consil. & 9. Debent sepeliri de iure in parochiali Ecclesia nisi alibi elegerint sepulturam, & in hoc casu debet parochus habere quartam funeris, Fede. de Sen. cons. 253. & 254.

127 Ecclesia ædificata † sub parochia acquiritur ipsi parochiæ, vt supra dictum etiã est, si vero non est sub parochia acquiritur Episcopo, Calderin. consil. 421. alias 5. de relig. dom.

Sed notent Reuerendiss.
128 Episcopi, quoad decimas, quod decimæ contra Ecclesiam perscribuntur cum titulo, & bona fide, spacio triginta annor. Bald. consil. 180. num. 2. sed requiritur etiam, quod possidens, possederit

Digitized by Google

publicè,& non clam.vel pręcario,& quod ecclesia potuerit agere,Calder. consil.116. Notetur etiam hoc,quod ecclesia perscribit contra ecclesiam spacio quadraginta annorum,cap.patrim. de persc. in 6.& sequente materiam Parochorum,dicimus, quod Parochiani sunt illi,qui habitant intra limites ecclesiæ parochialis, ēt si sit aliquis beneficiatus,vel Curatus Ecclesiæ parochialis alienæ, si non facit residentiam,& ratio est, quia iniustum domicilium, non residendo facit eum iustè subditum alterius parochiæ, Federic.de Sen.consil. 254.

129 Sunt † etiam parochiani perpetui, & efficiuntur tales, omnes extranei sepulti in parochiali ecclesia, Abb.consil. 99. Vbi habetur,quod legatum factum pro celebrandis Missis non dum ædificata ecclesia, est adimplendum, & missæ sunt celebrandæ in ecclesia parochiali,in qua est sepultus legans,si id commodè fieri potest,quia non loca, sed merita sanctificant, vide Abb.in consil.99.lib.2. Sed hæc regula fallit in Canonico, vel alio clerico habitans in vna parochiali, vt resident in Cathedrali,nam non sit parochianus Ecclesiæ particularis, quod est mente tenendum.

Hinc benè aduertendum
130 in hac materia, ad fugiendas lites,& differentias super solutione decimarum, quod vbicumque quis habitat in aliena parochia,obligatus sue parochiæ; non efficitur subditus alienæ parochialis ecclesiæ,vt sum ego,qui obligatus Ecclesiæ meæ parochiali Sancti Petri de Trasertijs, (quæ obtinui sunt nunc circiter triginta quinque annorum)non efficior subditus parochialis Ecclesiæ alienæ sub qua habito,vide Lapum allegat.63. num.4.

Parochiani admictuntur
131 contra eorum Parochum in multis, licet regulariter, (vt experientia docuit) non sunt admictendi, nempè ad sciendum titulum institutionis,si est canonicè, nec nō, vt scilicet, sciant an possit canonicè ligare,& soluere,Fœde. de Sen.consil.103.item si est cri-

Digitized by Google

criminosus, vt amoueatur Lupus ab ouibus idem si est dilapidator bonorum Ecclesię, Feder. de Sen. d. consil.

Hæc omnia diligens Lector, inueniet diffusè, sed breuiter, ab Illustrissimo, & doctissimo Cardinali Tuscho, tom. sexto, concl. 95. & seqq. Nota hic obiter, quòd Parochus debet esse sobrius, & quicunque alius clericus, nam clericus dicitur sine mensura bibere, qui vltra trinam vicem in prandio, vel cœna bibit, cap. quando, el 2., 44. dist. Ripa in l. generaliter nu. 72. de reuocan. donat.

Tenentur etiam mente,
132 quod † vbi collationes beneficiorum spectant ad inferiores collatores, non possunt permutationes fieri in manibus ipsorum inferiorum, sed debent fieri in manibus Episcopi, qui authorizabit ipsam permutationem, & hoc, consentiente ipso inferiore collatore, de Sen. consil. 156. n. 3. Episcopum verò intellige viciniorem ipsi ecclesiastici inferiori, sed in manibus Sanctissimi Domini Nostri Papæ potest fieri permutatio omnium beneficiorum, & regularium, Calderin. consil. 293. alias 1. de rerum permutatione.

Notetur etiam vltra alibi
133 dicta † quod Episcopatum esse ordinem, est de fide, Ita Pater Hieronymus Pecorarius Societatis Iesu Theologus Ecclesiæ Beneuentanæ, Pompeio Cardinali Arigono Archiepiscopo, licet alij teneant contrarium.

Notetur etiam, quod pro-
134 pter necessitatem potest Episcopus permittere sepeliri aliquem extraneum in sepultura alterius, eo inuito, Archidiac. in cap. præcipiendum 13. q. 11. Ludou. Rom. singu. 685. Angel. V. sepultura §. 12 Idem dic de sedibus, seu banchis quæ laici sibi vendicant, vt propria in aliquibus Eccl. Hostien. & Abb. in c. penult. de sepult.

Notetur etiam, quod Epi-
135 scopus potest extrahere ab Ecclesia clericos, seu Religiosos quos vult corrigere, non ad odium, sed ad corrigendum, licet confugerint ad Ecclesiam, & potest eos facere carcerari adhunc finem, Abb.

Digitized by Google

in cap. inter alia de immunit. eccleſiaſtic. & cæmit. & hoc intellige de quolibet Iudice Eccleſiaſtico, in ſuos ſubditos.

Epiſcopus poteſt cogere
136 ſubditos ſuos ad permutãdum beneficia, ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiæ, videlicet, ad euitandum ſcandalum, vel perſecutionem, Innocent. in cap. niſi de rerum permutatione, maximè ſi non poteſt prouidere per dationẽ coadiutoris.

Poteſt etiam Epiſcopus cogere, qui tenentur ad reſidẽdum, ſed debet ponderare infraſcriptos textus, nam ſufficit, vt quis reſideat temporibus debitis, nec poteſt cogi ad nunquam diſcedendum, Abb. in cap. ex parte, el 2. de cler. non reſiden. Archidiac. in c. licet de elect. in 6. & ibi Card. poſt glo. in clem. 1. q. 12. de for. compet. nam verbum reſidere verificatur in eo, qui eſt in loco beneficij reſidentiam requirentis, licet non ſemper interſit diuinis officijs, Abb. in c. dilectus, de cler. non reſid. nam per illum textum reſidet, qui eſt in ciuitate, vel loco beneficij, licet non habitet in circuitu Eccleſiæ.

137 Sed propriè reſidere eſt Eccleſiæ inſeruire cap. conquærente, de cler. non reſid. & cap. generaliter 16. q. 1. vide Archid. loc. cit. & Anch. in d. c. licet canon, & Archidiac. in cap. peruenit 7. quæſtio. 1.

Et licet habitatio, ſeu do-
138 mus clerici reſidere debentis, non ſit contigua Eccleſiæ, cui præeſt, tamen ſufficit, vt non ſit multum diſtans, & remota, Felyn. in cap. ſi vt lite non conteſt. vide S. Concil. Triden. ſuper pœnis non reſidentium, & inueniet ibi maturitatem, procedendo contra non reſidentes, & tandẽ in priuando eos beneficijs.

Nec erit ab re, hic aliqua
139 breuiter inferere, circa reſidentiam Epiſcoporum, & aliorum, qui reſidere tenentur, Tempore peſtis, vel perſequutionis, materiam hanc aliquantulum tangendo, & primo, quod tempore peſtis prælatus non tenetur reſidere, Imol. in c. final. de cler. non reſiden. Fran. Man.

dec.

Digitized by Google

dec.520.n.12.& 13. volu.1. Tabien. V.Episc.num.5. Maiol.de irregul. lib.2. cap.20. num.3. licet contrarium tenuerit Ripa in tract. de pest. tit. de priuil. contract. caus. pest. num.147. eluxit in hoc charitas, & pastoralis sollicitudo Sancti Caroli Borromei ad cuius laudes, (vt Sancti Maximis verbis Vtar) addisse aliquid, decerpsisse esset.

In hac quæstione de qua satis obscurè loquuntur multi Doctor. Theologi, Canonistæ,& Legistæ. dic primo, quod pro salute animę proximi tenetur Episcopus, siue Curatus, etiam cum suæ vitæ periculo residere, nec discedere debet à loco pestifero, & datur exemplum, ne moriatur puer sine baptismate, quod probatur ex D. Thom. 3.sent.dist.24. art. vlt. Alex. de Ales in summ p.3. quæst. 189.num.3.Armill. V.Episc. num.4.& nouissimè Bensoa. de fuga pestis lib.1.q.1.dub. 1.vbi dixit id procedere, quo ad extremam necessitatem spiritualem, quando scili. et vita proximi perit sine auxilio Rectoris,& non habet vllum aliud remedium, & declarat ibi, quæ sit necessitas spiritualis,& præsertim, cum quis est in periculo vitæ ob pestem ex necessitate fraternæ correctionis,& non expectatur aliud tempus, tunc obligatur etiam cum periculo vitæ,D.August.lib.3.de Ciu. Dei cap.3.Gaiet. secunda secundæ quæst. 23. art.4. Diu. Thom.2.2. quæstio.26.art.5 Maiol.loc.cit.cap. 20.nume. 3.

Dic secundo, quod si Epi-
140 scopus,vel Rector relinque ret idoneum, qui deseruiret, posset à loco infecto peste, aufugere, & hæc videtur cõmunis sententia, Ripa loco cit.num.147. Ioan. de Imol. tit.de disp. de non residen.

Dic tertio, licere Prælatũ,
141 ac Rectorem deserere locũ ob periculum furum; Tyrannidi,vel Turcharum,& datur exemplum D.N.IESV Christi Matth. cap.21. dum fugit in Aegyptum, & Discipulorum eius, qui metu Iudæorum Christum reliquerunt.

Dic quarto,debere Recto-
142 rem, cum effectu ministrare Sacramenta infectis sub pę

na

Digitized by Google

na peccato mortalis non solum, non aufugere. Nauarr. in summ.num.11.cap.24. & cap.21. nu.133. Benson. refert loc.cit.Maior.Gabr.Tol. & alios.

Dic quinto, quod † si Ecclesia
143 patitur defectum ex causa Ministrorum, etiam absens Rector debet venire ad gregem,Franc. Me.dec.120.nu. 13. volum. 1. ex Borrello in summ. decis. tit. de resid. & de cler.non resid.num.36.& & seqq.

Dicerem ego, † salua meliori
144 sententia, quòd existentibus subditis in extrema necessitate spirituali,non potest Prælatus deserere eos, etiam cum ipsius vitæ periculo maximæ incerto, sicut tenetur quis existenti in extrema necessitate corporali succurrere de præcepto, & sub pœna pec.mort.

Aliqui dicunt, quòd quando periculum est vniuersale totius gregis non potest Pastor desere, secus est, quando est particulare ipsius Pastoris, quia inimici quærerent ad perdendum Curatum, & Pastorem,& non gregem, & ratio, quare Pastor non possit desere gregem sine ipsius culpa,& pœna, est, quia incumbit ei ex officio pascere opes,& illorum curam habere,alioquin dominus ex eius manibus earum sanguinem requiret, vt etiam dicitur de Custodibus Ciuitatum mercede conducti, qui tenentur ex officio benè custodire, etiam cum periculo vitæ vigilare, & clamare cum opus est, & facere quantum in eis est,pro earum salute.

Quando autem † liceat Prælato
145 deserere gregem, vide Innocent. in c.nisi cum pridem num. 5. de renunc. qui doctissimus Author, postea Sũmus Pastor distinguit, quod aut persecutio est extrinseca, & consistit in manifestis inimicis Ecclesiæ, qui nos quærunt ad mortem, & tunc aut solus Prælatus quæritur, aut totus Clerus, aut tota Ecclesia, si solus Prælatus, aut eo recedente,tuta est Ecclesia, & tunc potest deserere, aut non est tuta,& tunc vt bonus Pastor debet pro ouibus suis animam poneri.

146 Si quæritur † totus Cle-

rus

rus,& alio modo potest Cõsuli Ecclesię,tunc potèst Clerus cum suo Prælato discedere, sed si non potest Consuli Ecclesiæ,debet Clerus residere cum suo Prælato, aut omnes, aut aliqui, & si fuerit differentia inter eos, quis nam debeat periculo remanere,res forte dirimatur cap. fors.26.q.2.

Si vero tota Ecclesia quæritur, 147 & Fides impugnatur, tunc pro confirmatione Fidei debent omnes remanere,& fortiter omnes pugnare pro Sancto Domo Israel cap. si Rector 43. distinct. si vero persecutio esset intrinseca, tum etiam distingue, quod, aut omnes sunt mali,aut quidam, aut omnes boni, aut quidam boni: si malis bonis mixti sunt, Prælatus non debet eos deserere cap. cum bonis 23.quæstio. 4. Si vero omnes sunt mali, si est spes, correctionis, non sunt deserendi, si vero nulla spes est de correctione tunc deserendi sunt,cap.fin. de renunciat. & potest afferri exemplum de Sancto Benedicto,qui deseruit fratres, quia erant omnes mali, quia propinare voluerunt venenum ei.

Nota insuper, quod Episcopus 148 non debet relinquere propriam cathedram,nisi ex causa hostilitatis, vel pestis, vt in cap.temporis 7.q.1. vbi habetur, quòd necessitate temporum, sedium Episcopalũ mutationes fieri possunt exemplo Christi, & Pauli, & habetur in c.aduersitas 7.q.1 dum per alios firma est salus Ecclesiæ, & si quia vel Ciuitas diruta est, vel intemperie aeris molesta est,aliquod oppidum insignæ suæ Diœcesis sibi ad residendum perpetuò eligeret esset in hoc casu petenda licentia à Summo Pontifice, & iuxta illius tenorem obseruandum.

Cum verò non Prælatorum tantum, sed totius Ecclesiæ salus quæritur,& fides impugnatur tunc pro Domo Domini se debet opponere Episcopus, & pro ouibus animam ponere,vt exemplo suæ Passionis accendantur quos sermone doctrinæ diutiùs confirmare non valet vt cap.aduersitas cit. vide ibi tex.in cap.hoc nequaquam,

vide

Digitized by Google

vide in cap fin 7.q.1. vbi habentur hæc verba ibi, adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi interuenientur, aliqui boni, qui adiuuentur: De residentia Episcoporum, vide D.Thom secunda secundæ q.185.& ibi Card. vide tex.in cap.si quis 7. q. 1. sed non est in vsu, vide cap.bonæ meriæ de postulat. prælat. licet aliter habeatur de consuetudine.

Episcopo infirmo, vel seni datur
149 coadiutor cap. scripsit 7.q. 1.vsque ad cap.sicut vir, cap. qualitas, cap. quamuis, cap. Ecclesiæ de supplend. negl. Prælat.

Sed notandum, quòd quando
150 datur coadiutor Episcopo dementi, vel seni decrepito, vel totaliter infirmo, hic videtur habere liberam potestatem in spiritualibus,& temporalibus,c.7.q.1.& c.quamuis sit,& cap.petistis, & cap. quia frater de supplend. negligend. prælat. intellige, quando dementia est continua,seu quando non, idem dic de senectute, quia non impedit, nisi sit ea inhabilis omninò.

Sed quando datur ob aliam cautam certam,puta ob timorem dilapidationis,tunc Episcopus non potest conferre, ne disponere sine consensu coadiutoris,vt extra de offic. & potest.Iudicis delega.cap. venerabilis,vide Oldrad.consil.44.vide c.sugg. cum duobus sequent.7.q.1. nam non omnis Episcopus, qui dicit Pax vobis est sicut columba, vide c.omnis loc.cit. cap. nemo 81.dist.c. qui nec 7-q.1. c.primum 25. distinct.vide c.fin. & ca. ex literarum de temp.ord. in omnibus his textibus inuenies multa circa personam Episcopi, & circa requisitas qualitates, sed potestas coadiutoris,de quo supra est actendenda ex literis Apostolicis desuper expeditis ad tollendam omnem dubietatem.

Notet etiam † Episcopus,quòd
151 licet possit seminario aliquot beneficia, prout ex Trident. sess.27. de ref. c. 8. & vnita non indigent Confirmatione Apostolicæ, imò si peteretur regulariter non solet concedi,vt ex Sacra Congregatione sup. d. c. in V.de

be-

Digitized by Google

beneficijs vnitis, Non tamen potest vnire beneficia simplicia ad collationem collatorũ inferiorum, vt ex Sac. Cong. vbi, sub tit. Imolen. nec beneficia regularia, vbi sub titu. Taurinen. Casalen. nec canonicatus ibi sub tit. Papien. nec beneficia iuris patronatus, & Ecclesiastici, vbi sub tit. Gandanen. nec beneficia Sedi Apostolicæ reseruata postquam vacauerint, ibi, sub tit. Camaricen. nec beneficia vacantia in mense reseruato, ibi sub tit. Aquilan. his exceptis, potuit vnire Episcopus beneficia simplicia ex virtute Concil. & in casu vnionis, debet vnio fieri cum consensu deputatorum Seminarij, alias esset inualida, & hæc vnio posset fieri, etiam extra Synodũ, vide Thes. for. eccles. iast. p. 2. cap. 31.

Notet insuper Episcopus circa 152 difficultates, quæ solent occurrere in Visitatione locorum piorum, (quas ego semper superaui in visitatione huius amplissimæ Diœcesi, quam visitaui plusquam triginta ann. vt notum est) hæc quatuor, primum, quòd ad ipsum spectat cognitio, si hospidale, sit locus pius, vel nõ, vel quòd sit immediatè sub Regum potestate, Secundum quòd potest exigere rationẽ administrationis locorum piorum, & hospitalium, donec coram eodem Ordinario doctum fuerit de institutione in qua secus expræssè cautum sit. Tertium, quod potest exequi aduersus Administrarores condemnatos, siue ipsi soli fuerit reddita ratio, siue vna cum alijs deputatis, & in hoc casu votum ipsius connumeratur cum voto cæterorum, quorum maior pars condemnat, vel absoluit. Quartum, quod etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expræsis potest exigere rationem administrationis locorum piorum generaliter omnium, & quando ex priuilegio, vel consuetudine, vel institutione, alijs reddenda esset ratio, tunc etiam, & ipse adhibetur, nisi in fundatione esset cautum esse, scilicet, quod rationes, nec Ordinario reddendæ essent, sed in casibus dilapidationis administratorum à testatoribus de

Digitized by Google

putatorum, potest Episcopus se immiscere, cap. tua à nobis de testam. supra notata circa loca pia, habentur in declarationibus Sacræ Congregationis Concil. seu decretis missis à Cardinal. Montalto, cuius mem. in benedictione sit, Illustrissimo Nuntio Neapolitano de ann. 1588.

Notent etiam, quòd prouisus de parochiali Ecclesia per concursum, non est idoneus Confessor ad audiendas confessiones in tota Diœcesi, sed solum in illa Ciuitate, vel oppido, vbi sita est parochialis, ita Sacra Congregatio, cuius verba refert optima praxis Piacesij par. 11. cap. 1. vbi addit, quod Parochus suum subditum potest audire, etiã extra sua parochiam, vel etiã in aliena Diœcesi, & si dimiserit parochialem, vel detinerit esse parochus, non potest audire, sed indiget noua licentia Episcopi Superioris. Hic additur pro parocho, qđ non possunt amouere fructus terræ sine ipsius interuentu, decis. Vinc. de Franch. 117. imò ad domum expulsan tur decisio. 124.

Notent insuper ex responso Sacræ Congregationis, quod idem refert loc. cit. Episcopi semel ab eis approbatos Confessores regulares præuio examine ab eisdem non esse examinandos, sed posse à successoribus Episcopis examinari, iuxta Constitutio. Pij V. 8. August. quæ non fuit reuocata per fel. record. Greg. XIII. per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos, Concil. Trident. idem Piacesi.

Hæc facultas potest dari ad certum tempus, prout Episcopo videbitur, vt ex Sacra Congregatione ibidem Piase. imò data generaliter potest reuocari, ex iusta, & vrgenti causa. Nota hic obiter ex eadem declaratione Sacræ Congregationis, quod qui in domibus laicorum confessiones ex causa audierunt statim parochum admonere tenentur, & fidem auditæ confessionis p medico aduenięte relinquere.

Notent insuper, quod nec ipsi Episcopi hodie, nec etiam Inquisitores possunt absolue re lapsos in hæresim, quia

Bulla

Bulla Cœna derogat decret. Concil.c. 6.sess. 24. idem ex declarat. Sac. Congreg. sup. d.decr.

Notent insuper, quòd Confessor ab eis electus ad eorum confessiones audiendas potest eos absoluere, & cum eis dispensare, vt potest ipsemet Episcopus ex declaratio. Sacræ Congregationis ibidem, imo Confessor ab Episcopo electus tantam habet potestatem, quantam haberet Archiepiscopus, qui est ipsius Episcopi proprius Cõfessor. Angel.ver.confess.n.7 & istam potestatem Confessor non habet ab Episcopo eligente, sedꝫ iure permictẽte, Diuus Antoni.3.p.tit.17. c.2.S.2.Sylvest. V.Confessor 1.quæst.9.

Et hic sciatur, quod casus reseruati ab Episcopo expirant morte ipsius, non tamen illi, qui de iure, vel de consuetudine eis sunt reseruati, nec qui per statutum, quia durãt hi, durante statuti obseruantia, sciatur etiam, quod facultas audiendi confessiones Confessoribus delegatis, expirat morte Vicarij concedẽtis, secundum bonam opinionem aliquorum, Sanchez de matu.lib.8.dis.28.

Meminerint insuper Episcopi, quoad ordinandos, quòd possunt monere aliquos ex causa eorum mentem mouẽte, vt aliquis ordines non suscipiat. Sed Superior regularium potest prohibere. Conc. Trident. sess.24.cap.8. & habetur in c. ad aures de temp. ord.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatũ recusare an sit peccatum, & nu.4.*
2 *Episcopus est nomen operis nõ honoris tantum.*
3 *Status Episcopi est perfectior quam status Religiosorum.*
5 *Episcopus non prohibetur primo sibi, & suis necessaria ministrare.*
6 *Episcopus debet prouidere pauperibus, alias videtur interficere, & qualiter hæc intelligitur num. 7.*
8 *Episcopus tenetur potius subuenire suis, quam extraneis.*
9 *Episcopi an potuit dare cogna-*

Digitized by Google

tis suis rem Ecclesiæ in feudum, vel emphyteusim.

An sit peccatum recusare Episcopatum, cũ quis se esse idoneum probabiliter credat, vel saltem dubitat?

1 Dic quod sic, & ratio est, quia est contra fraternã charitatem, facit textus in c. in scripturis 8. q. 1. quic quic abscondit frumenta, idest doctrinam maledicatur in populo, posset quis excusari infirmitate si dubitaretur de conualescentia, & hoc intellige in futuro Episcopo, non autem in promote, DD. in c. cum inter canonicos de electione.

Nota hic, quod Episcopus † est 2 nomen operis, non honoris tantum, vt supra dictum est, secundum Augustinum, & habetur in c. qui Episcopatũ 8. q. 1. sed operatio est Episcopi principale, & finale, vel quam populi vtilitas intenditur, hinc dicitur Ioan. vlt. pasce oues meas. Aliud vero Episcopi est altitudo, & excellentia gradus, quia Episcopus constituitur super multos, quapropter debet habere mentem æqualem gradui, vndè Bernardus in contrafacientes, monstruosa, res est, inquit, gradus summus, & animus infimus: desiderare autem Episcopatum digno ad proficiendum laudabile est, vt habetur Paul. l. 3. ad Titũ, & in c. 3. ad Thimotheum.

Nota etiam, quod status Episco 3 pi est perfectior, quam status Religiosorum, vt habetur in c. vno 18. q. 1. ideò bene possunt, qui digni sunt desiderare transire ad statum, sed requirantur in Episcopo multa quæ videantur in c. fin l. 1. dist. vbi consil. Tholetan. 4. c. 18.

Nota etiam, quod Episcopus, vt diximus, nolens acceptare talem dignitatem, qui putat se humiliter idoneum peccat cum per alium non potest, bene prouideri Ecclesiæ, cap. venerabilem de electione, & ibi Abb. & in c. si electio de electio. in 6. vbi habetur per DD. peccare mortaliter electus non acceptando electionem ad prælaturam dum se

ido-

Digitized by Google

idoneum se putat ad illam, intellige tamen quando idoneus deest, vide glos. in c. in scripturis vestris 8. q. 1. vide ibi Ioan. Andr. & Ancharan & Franc. ad hoc propositum facit sententia Gregorij summi Pastorem non amat, qui virtutibus pollens Dei gregem pascere recusat 1. part. cap. 5. in Pastorali, & hoc sensu debent intelligi, qui contrarium dicunt scilicet, vt principaliter prosit.

Nota etiam † quod Episcopus
5 non prohibetur primo sibi, & suis necessaria ministrare, quia est dispensator; reliqua vero, quæ supersunt potest dare pauperibus c. nulli Episcoporum ij. q. 1. imò honestè possunt donare consanguineis egentibus, qui præferuntur alijs, Abb. in c. fin. de pecu. clericorum, & alij DD. sed sciendum, quod non debet donare consanguineis pauperibus, nisi victum, & vestitum c. quis quis 12. q. 2. & non debet fraudare pauperes, quia canes non debent comedere panem filiorum, idest pauperum, c. si quis 16
6 quæst. 1. nam Episcopus † debet prouidere pauperes alias videtur interficere, c. pasce 86 distinc. quia est eorum dispensator cap. quæcumq. 10. q. 1. debet autem Episcopus generaliter prouidere pauperibus aliter non dicitur Episcopus c. fratrem 86. dist. debent igitur benè pensare verba Diui Gregorij, bona nostra sunt pauperum, c. sicut 47. distin. & D. Ambr. quidquid habeo pauperum est, & habetur in c. conuenior 23 qu. 8. si ego haberem superflua, vel saltem sufficientia, sit scrutator cordium intentionem meam quam, spero, non vacuam futuram.

Sunt tamen † hæc omnia intel-
7 ligenda circa diuisionem bonorum ecclesiasticorum, nam si habet bona sui patrimonij clericus est illorum dominus, non tamen debet illorum redditus in malos vsus impendere, imò potest illos conseruare pro honestis vsibus, & viuere ex redditibus ecclesiasticis, Innoc. in c. Episcop. de præbend. non tamen debet thesaurizare, Abba in dispensatione sua, quæ incipit titius in l. c. & in c. 1. 12. q. 4.

po-

Digitized by Google

poterit bene non thesaurizare propter auaritiam, sed conseruare pro suis hæredibus, & sic intellige, c. pastor 1. q 7 sed non sequitur hoc, quando vult viuere de redditibus Ecclesiæ, vt augeat patrimonium pro hæredibus, & non deseruit beneficio, quia beneficium datur propter seruitium, poterit tamen clericus in facienda eleemosina, imò,
8 † & tenetur potius subuenire suis quam extraneis, c. non satis 86. dist. Abb. in c. in officijs de testa. & in c. inquirendum, de pecu. cler. Imo Prælati licet non possint dare consanguineis suis res Ecclesiæ in emphyteosim perpetuam, possunt tamen dare ad tempus, Bartol. in authentica quibuscumque, C. de sacros. eccles. Cardin. in clement. 1. §. Abbates exce. Præla. pos-
9 sunt etiam dare cognatis rem ecclesiæ modicam in feudum & in emphyteusim si sint pauperes, & benemeriti, Iacobus de Beluiso in 1. const. feud. Bald. in d. authent. intelligit de solitis locari, & alienari, alias secus, nam per c. episcop. cit. vt supra est obnoxius concilio, & correctioni Episcopus, qui dat res ecclesiæ consanguineis subtrahendo pauperibus, vide verba D. Ambrosij in c. est probanda 86. distinct.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet habere scientiam noui, & veteris Testamenti.*
2 *Ordo Episcopalis quadripartitus.*
3 *Ad Episcopum nouem specialiter pertinent, & quo.*
4 *Ordo præcedentiæ quatuor Patriarcharum, qualis sit.*

Quæ scientia requiratur in Episcopo?

1 DIc, quod debet † habere notitiam noui, & veteris Itamenti, c. qui Epis. opus 23. dist. vbi habetur, quod Episcopus ordinandus antea examinetur si sit prudens, si docilis, si temperatus moribus, si vita castus, si peruigil,

si.

Digitized by Google

si humilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, & alijs, quæ ibi numerantur.

Hic nota, quod Ordo Episcopalis quadripartitur, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis Metropolitanis, & Episcopis, c. cleros 21. distinct. & ad

3 Episcopum nouem specialiter pertinent scilicet ordinare Clericos, benedicere Virgines, confirmare consecrare Pontifices, dedicare basilicas, Chrisma conficere, benedicere vestes, basa consecrare, Synodum celebrare, declarandos deponere, manus imponere, & benedicere sollemniter ante pacem c. per lectis 25. distinct. & c. quamuis 68. distinct.

Et ordo † præcedentię quatuor

4 Patriarcharum talis est post Romanam Ecclesiam omniũ matrem, & magistram, primũ locum habet Sedes Constantinopolitana, secundum Alexandrina, hæc tamen habebat olim primum locum post Romanam Ecclesiam. tertium Anthiochena, & quartum Hierosolymitana, c. in antiq. de priuilegijs, vide de Patriarchis, & de eorum potestate in speculatore in titul. de dispensa. §. nunc breuiter, & in §. sunt quoque, & ibi Bald. & Card. in clem. in plerisq. de electione, Felyn. in cap. ex literis de off. del.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet residere in loco vbi est Ecclesia.*

2 *Episcopus diebus Dominicalibus debet interesse diuinis Officijs in sua Ecclesia.*

3 *Episcopo an liceat fieri Monachum sine licentia Papæ.*

4 *Episcopus debet habere secum maturos viros.*

5 *Bona monaci Episcopi cuius sunt.*

6 *Episcopus singulis diebus debet vel celebrare, vel audire Missam.*

7 *Episcopus potest in itinere celebrare facere in altare portatili.*

An Episcopus debeat residere, &c.

DIC, quod sic, & de-

1 debet † residere in loco, vbi est ecclesia, c. Episcopus de consecratione dist. 3. imò
2 diebus dominicalibus debet interesse diuinis officijs in sua Ecclesia, c. cit. Episcopus poterit tamen de licentia Sanctissimi residere in aliquo insigni Oppido, quando ob aliquam iustam causam residere non potest in Ciuitate, nec tamen poterit Episcopus ad libidum vagari per Diœcesim nisi causa visitationis, c. placuit 10. q. 1. & c. placuit 7. q. 1.

Nota hic † quod non licet Epi-
3 scopo monachum fieri sine licentia Papæ c. temporis 7. q. 1. & ratio est, quia esset de perfectiori statu ad minus perfectum descendere, nec potest iterum ad Episcopatum redire, c. hoc nequaquam 1. c. cum duobus sequentibus posset tamen vterque casus esse licitus, & habilis ex iustis causis, & circumstantijs quas Sanctissimus Dominus Papa discernet.

Episcopus autem † debet habe-
4 re secum maturos viros tam ex Clericis, quam ex Religiosis propter bonum testimonium, c. cum pastoris ij. q. 7. & sequ. c. Episcopus Deo de conse. dist. 1.

Et qui † existens monachus epi-
5 scopus creatur, quæ ante consecrationem habuit monasterij sui sunt, quæ verò post consecrationem acquiret propriè ecclesiæ acquirit, & absoluitur à regulis Religionis nempè ieiunijs, vigilijs silentio, & alijs similibus quibus vacare non potest, habitum tamen Religionis mutare non debet, nec ritum sui ordinis quoad substantialia scilicet quoad tria vota essentialia, quæ tamen officium Pontificale, & executionem impedire non possunt, vide c. de monachis 16. q. 1. vide D. Thom. 2. 2. quæstio. 185. artic. 8.

Nota hic, † quod singulis die-
6 bus debet vel celebrare, vel audire missam nisi excusetur rationabili causa, cap. fin. de priuileg. in 6. & missa regulariter debet audiri in ecclesia, & non alibi, vt in cap. sicut, & in c. vnicuique de conse. dist. 1.
7 poterit † tamen cum est in itinere in aliqua camera honesta facere celebrare

cum

Digitized by Google

eum altari portatili ex priuilegio, nec Diœcesanus posset impedire, quia priuilegium hoc est clausum in corpore iuris.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quæ possit facere principaliter inter cætera, & num. 2.*
3 *Episcopus an potest erigere alia iura Episcopalia nisi expressa à iure.*
4 *Monasterium, vel Oratorium sine consensu Episcopi non potest ædificari.*
5 *Episcopus habet iurisdictionẽ in Monasterijs Religiosorum.*
6 *Episcopus potest inuocare brachium seculare.*
7 *Episcopus appellatur oculus Dei.*
8 *Episcopus an possit delegare collationem beneficiorum alteri quam suo Vicario.*
9 *Episcopus dispensat in irregularitatibus, & quæ requirantur, & nu. 10.*
11 *Delictum quando dicatur deductum ad forum contentiosum.*
12 *Episcopus potest dispensare in homicidio commisso pro defensione vitæ.*
13 *Episcopus potest dispensare cum clerico promoto per saltum, & alijs casibus, vsque ad num. 22.*

Quæ possit facere Episcopus principaliter, &c.

1 DIC, quod † potest reconciliari, imponere sollemnes pœnitentias, concedere indulgentias, sed non vt Summus Pontifex, cognoscere causas matrimoniales, conferre ordines 16. q. 1. c. interdicimus, ext. de pœnit. & remiss. c. cum ex eo extra de confec. eccl. vel alta. c. consuluisti, potest sollemniter excommunic. 11. q. 3. cap. debeat, potest dare literas dimissorias 8. q. 2. c. illud, & c. dilectissimi, & c. vt nostrum, ext. de off. Archidiac. Potest mulam portare, c. quod clerici ext. de vita, & honest. cler. potest duos Canonicos habere ad sui seruitium, lucrantes fructus (secundum quod declarat Sac. Congreg.) ac si residerent extra de cler. non

Digitized by Google

resid. c. ad audientiam, Potest
2 Parochus † ordinare, cimiteria ordinare, c. ecclesias 13. quæst. 1. & c. pastoralis, de his, quæ fiunt à prælat. potest Constitutiones facere in sua Diœcesi, c. fin. de appellat. in 6. potest Synodum conuocare Diœcesana 18. dist. cap. Episcopus, & de maioritat. & obed. c. quod super, Panhormitanus hic, & alij Scribentes tangunt diffusè materia Synodi Diœcesanæ, vnde Synodiam, Vgoniam, quia habent omnia hac pertinentia. Potest ecclesiam pollatam reconciliare, hæc tamen reconciliatio debet fieri expensis eius, qui eam polluat, Card. in clement. 1. §. de excess. prælat. Felyn. in c. accedens de præscript. potest instituere clericos, & destituere, cap. ex tua, extr. de fil. præsbyt. tempore generalis interdicti potest aud. diuina, c. nonnulli extr. de priuil. potest eligere Confessorem, c. fin. ext. de pœna, & remiss. habet priuilegium de altari portatili, (vt etiam alibi dictum est) c. vlt. in 6. de priuileg. potest in aliena Diœcesi diuini celebrare, & benedicere populũ, etiam in locis exemptis, clem. vltim. de priuil. cap. Romana de foro compet. Potest supplere negligentiam exemptorum, cap. de suppl. negl. præl. sed hoc eis venit Apostolica authoritate. Potest exercere iurisdictionẽ in aliena Diœcesi inter suos subditos, clem. de for. compet. solus Episcopus confert benef. de iure commu. Innoc. in c. non satis de off. ord. & ipse instituit. c. ex frequent. de instit. Inferiores ver. collatorẽ habent ex priuilegio c. nullas 16. q. 7 valet etiam consuetudo inferiori collatori, & tunc inferior facit tanquam Vicarius, c. super eo de off. deleg. cap. cum venissent de instit. Scribentes in c. Abbatem de resc.
3 Nota hic obiter, quod Episcopus non potest exigere alia iura Episcopalia nisi illa, quæ sunt expressa in iure nisi aliud suadeat aliqua superueniens necessitas, vide Abbatem in c. conquerente de off. ordo. vbi etiam habetur, quæ sunt iura Episcopalia, q̃ habeat Episc. in sua diœcesi.

Non

Non potest † sine consensu Epi
4 scopi ædificari Monasterium, vel Oratorium, c. quidam, & sequen. 18. q. 2. idem dic de hospitalitali, c. ad hoc de relig. domib. sed si simplex hospitale ædificaretur sine Oratorio, tunc posset sine licentia Episcopi ædificari c. si hospitali de eccles. ædific. & nota, quod in oratorijs priuatis non licitum est ponere campanas, e. parentibus extra de priuileg. nec celebrari, cap. missarum de cons. dist. 1. sine licentia, nunc autem requiritur, stante constitutione Apostolica licentia Summi Pontificis.

Episcopus † habet iurisdictionē
5 in Monasterijs Religiosarum c. p. 18. q. 2. & prælatus dandus monialibus, seu alijs Religiosis fœminis ab eo comprobandus est, c. qui religiosis, cum duobus seq. loc. sup. cit. 6.

Episcopus habet liberam iurisdictionem in sua Diœcesi, & Officiales Papæ sine expressa facultate non possunt se in ea intromittere, 11. q. 3. cap. peruenit, & hoc ne ordo cōfundatur, & potest ex officio procedere in delictis c. 1. de offic. ordinarij, vide multa capitula in causa 16. q. 7. vbi inter cœtera habes, quod Episcopus potest procedere in adulterio, etiam contra laicos.

Episcopus potest † inuocare
6 bracchium sæculare, & cogere ad dandum, Innoc. & Abbas in c. venerabili de censibus.

Episcopus appellatur oculus †
7 Dei, ideò debet à subditis ei debitum obsequium præstari nec iudicare, aut lacerari 6. q. 1. c. oues pastorem suum non reprehendant.

Episcopus potest delegare † be-
8 neficiorum collationem non alteri, quam suo Vicario generali, intellige de futuris, cap. constitutus de concessio. præbend. sed potest alteri priuato concedere potestatem conferendi certum beneficium vacans, sed non vacaturum, dicto cap. constitutus per Scribentes. potest Episcopus cogere ad ostendendum titulum beneficiorum Abbas in c. licet heli. de symonia, & ibi Felyn. Episcopus etiam potest ex causa ex

Digitized by Google

vna Parochia erigere duas; cœtera huc pertinentia requirat studiosus Lector in sacris canonibus, & in tractatibus diffusè rem explicantibus; pauca hæc inseruisse placuit futurorum Episcoporum commoditate: quia summatim posita de facili mente retinentur.

Additur his, quod † Episcopus
9 dispensat in irregularitatibus, ex Concil. Trid. sess. 24. c. 6. de ref. concurrentibus, scilicet, vt pronunciat ex delicto occulto, & intellige non pro omninò occulto, sed pro ut correspondeat pene occulto, & prout opponitur manifesto, vel publico, itaque in hoc sensu dicetur occultum, etiam si sciatur à plurib⁹, sed non à maiori parte vicinie, & possit celari tergiuersatione, & hoc saluo sensu vero Sacri Concilij, & salua correctione cui hæc, & omnia alia subijcio, Nauarrus c. 27. num. 255. Henric. de irregu. c. 20. num. 40. Zeccus de casu reser. casu vlt. Candelabrum aureum de irre. num. 325. & habeatur pro regula, quod attendenda est radix delicti, vt sic occulta.

Requiritur secundo, † vt delictum non sit deductum ad
10 forum contentiosum per citationem, quia tunc reputabitur deductum ad forum, nec sufficeret informatio capta sine citatione, Genuensis c. 67. num. 5. nec sufficeret si complices fuissent tracti ad iudicium, vide Nauarr. de re iud. cons. 2.

Nec dicetur deductum ad fo
11 rum contentiosum in hoc sensu si reus fuerit absolutus, etiam falsis probationibus, Nauar. loco cit. neque si non fuit absolutus, nec condemnatus, sed se composuit cum parte, & fisco, si delictum est transigibile, adhuc tamen Episcopus dispensat, Genuēsis loco citato, excipe ab hac facultate homicidium voluntarium, & iniustum, nam non potest Episcopus dispensare ad exercitium ordinis nisi forte possit dispensare ad retinendum beneficium simplex, ne egeat, Nauarr. consil. 45. num. 1. de homic. imò potest dispensare in quocumque quo ad beneficium, Innoc. in cap. 2. de cleric. non ord. mi-

Digitized by Google

ministran. hac facultate Concilij non potest dispensari in regularitate abhortus fœtus animati ex Constitutione Xisti V.

Similiter dispensare potest hac
12 facultate Concilij in homicidio commisso pro defensione vitæ propriæ, etiam cū excessu moderamine voluptate tutelæ, idem pro defensione vitę parentum, propinquorum, vel bonorum suorum, & alio quocumque quod non punitur à lege, vel non dicitur omnimodè voluntarium si fuerit occultum: dispensat Episcopus hac facultate Concil. Trident. l. c. Sed si non fuerit occultum remanebit in dispositione iuris communis, & dispensatur cum tali quo ad minores ordines, & ad simplicem beneficium. Nauarr. loc. cit. c. 27. num. 18. & 40. Host. in summ. de homicid. §. vltim.

Potest etiam dispensare in irregularitate ex mutilatione membri, si fuerit occulta præfata facultate Concil. Sacra Congreg. vt testatur Genue. c. 6. num. 9. si fuerit publicè remanet in terminum iuris communis, vt dispensetur ad simplex beneficij, & ad mino. ordines.

Dispensat etiam Episcopus præ-
13 dicta facultate, cum clerico promoto per saltum, si in ordine non ministrarent, imò si etiam ministrauerit ignoranter tamen. Nauarr. l. c. n. 242. idem dic de eo, qui ministrat in ordine, quæ non habet, c. 2. de cl. non ord. minist. & ibi glos. Host. in summ. eod. num. 3.

Dispēsat etiam cum eo, qui non
14 approbatus accessit ad ordinationem, ante tamen prohibitionem factam ab Episcopo sub pœna excommunicationis, Trid. c. 1. de eo, qui.

Dispensat etiam cum ordinetur absque dimissorijs à non suo Episcopo, vel extra tempora à iura statuta, c. consultation. de temp. ord. & ibi glos. Nauarr. eodem ti. consil. 38. & Bulla Pij V. non videtur reseruare sibi hanc dispensationem.

Dispensat similiter † cum ordi-
15 natur ignorante ab Episcopo Hæretico, vel Schysmatico, vel excommunicato, cuius

de-

denunciationem nesciebat. Nau. num. 241. l. c.

Dispensat etiam cum Symonia-
16 co † dummodo non fuerit talis, in ordine, vel beneficio, Hostien. de symon. nu. 16. in summ. sed in ordine scienter, etiam occulto, haud quoq; stante prohibitione, clem. 8. & Bulla, quæ incipitur Rom. Pontificem.

Sed cum symoniaco occulto in beneficio dispensat Episcopus, non tamen ad retinendum beneficium taliter acquisitum, Nauarr. de simon. consil. 97. num. 5. qui addit, quod dispensat Episcopus, & si ipse Episcopus deliquerit circa hoc, num. 12. sed symonia publica, etiam si fuerit commissa ignoranter, etiã dispensat Episcopus, c. nobis de symon. & ibi glos. & V. de symoniacè, cum glos. Nauar. loc. cit.

Dispensat, vel absoluet Episco-
17 pus, etiam à suspensione incursa propter ordinem ante ætatem requisitam ex Bulla Pij Primi, Cum ex sacrorum, cum tamen peruenerit ad ætatem requisitam ita censuit S. Cong. vide Frãcis. Leonem in suo tract. cap. 23. num. 53. qui ita refert.

Dispensat † cum criminosis, &
18 & cum adulteris, etiam simil. c. toti cleric. de iudic. & ibi glos. & cum eo, qui duellum commisit, dumõ nõ fuerit e secutum homicidium, vel membri mutilatio e. porrò de cler. pugn. in duel. Innoc. in cap. dilectus de ser. in ord.

Dispensat etiam in bigamia simi-
19 litudinaria, Abb. in cap. primo quando cler. Nauarrus tenet posse, etiam dispensare cum bigamo vero, vel interpretat. sed communis est contrarium, cap. 27. numer. 197. intelligebat quo ad vsũ minorum ordinum suscepto-rum, & Genuens. refert ita fuisse respõsum à Sacra Congregatione, quod non possit Episcopus. in praxi c. 113.

Item ibi dispensat etiam ad mi-
nores ordines, & simplex beneficium cum eo, qui ex defectu corporis fuit iudicatus irregularis ab Episcopo, cuius iudicio id remissum fuerat, vide Nauarr. loc. cit. num. 201. Innoc. in c. 1. de corpor. vitiat. Candelabr. aur. n. 174.

Di-

Digitized by Google

Dispensat etiam ad minores ordines tantum, & simplex beneficium cum in legitimis c. j. de filijs præsbyt. Io. Andreas ibidem in 6. Sylvest. V. in legitimi n. 8.

20

Dispensat etiam cum expositis ad omnes minores ordines, imò cum his facilius, quia Episcopus est pater horphanorum, Abbas in c. cum deputati de iud.

21

Et nota regulam † Episcopum posse dispensare in omnibus irregularitatibus ad minores ordines, & simplex beneficiū excepta bigamia, & homicida voluntario, est communis sententia Scribentium in cap. ad audientiam de homicid. &

22

adde, quod id etiam potest facere quoad maiores ordines, in casibus in quibus dispensare ei à iure expræsse non prohibetur, c. nuper de sent. excomm. & ibi glosa, adde necessitatem non habere locum in quibusvis prohibitionibus, itaque vrgente Ecclesiæ vtilitate, vel necessitate, maximè ex pcst facto, & ignorātia excusat Episcopus potest dispensare, Hostien. de temp. ord. num. 34. de æta. & qualita. num. 1. in sua summa, Adde etiam quod si Episcopus ordinaret aliquem impeditum aliquo impedimento, quod sciret ipse Episcopus, licet nihil expræsserit, tamen facto censetur dispensare dum ordinat Hosti. de scrut. in ord. num. 6. Sylvester ver. irregula. q. 28. & in omnibus casibus gratis dispensandum est, vide Nauarr. de symon. cons. 7. & Triden. de reform. sess. 25. c. 18. sed hæc potiùs potestatem Episcopi respiciunt, nunc de officio pauca.

23

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Officium Episcopi, quod sit & nu. 2. & 3.*
3 *Semenaria clericorum quare fuerint erecta.*
5 *Metropolitanus, & Archiepiscopus sunt idem.*
6 *Archiepiscopus non potest vti paleo extra Ecclesiam.*
7 *Archiepiscopus est Ordinarius suæ Ecclesiæ.*
8 *Archiepiscopus an possit deferre Crucem ante se per totam*

Digitized by Google

tam Prouinciam.

9 *Archiepiscopus punit suffraganeos impedientes quæstores ipsius.*

10 *Archiepiscopus potest de criminibus paruis suorum suffraganeorum cognoscere.*

11 *Episcopus non potest subijcere Clericum suum inuitum alteri Ordinario.*

12 *Archiepiscopus in causa appellationis non habet iurisdictionem nisi inter appellantes.*

13 *Archiepiscopus quomodo visitat Diœcesim suffraganei, & quæ habeat de seruare nu. 14.*

15 *Suffraganei quare ita dicũtur.*

16 *Quæ aduertere debent Episcopi circa visitatione Græcorùm, & num. 17. & alijs sequentibus.*

18 *Vsus carnium in die Sabbatho apud Græcos, quare tolleretur.*

29 *Episcopi tenentur residere in eorum Ecclesijs.*

30 *Item debent prædicare, non obstante consuetudine.*

31 *Episcopus qualis es debeat, & nu. 32.*

33 *Episcopus, quæ aduertere debeat circa clericorum ordinatione.*

34 *Item, quæ circa pluralitatem beneficiorum.*

35 *Possidentes plura beneficia, qualiter sint seculi.*

36 *Episcopus debet aduertere, circa defensionem iuris Ecclesiasticorum.*

37 *Hæc defensio circa quæ considerat.*

38 *Episcopus non debet prolabi additandum consanguineos.*

Quod est officium Episcopi?

1 DIc, quod est consecrare Ecclesias, altaria, & virgines conficere Chrisma, & cum ipso confirmare, c. quamuis 68. dist.

Episcopi etiam est ordinare,

2 † item costructio altaris in Ecclesia consecrata nam ante consecrationem Ecclesiæ liceret construi altare, sed post consecrationem non licet nisi de licentia Episcopi, & contra faciens deponitur, cap. nullus de consecratione dist. 1.

Est etiam † officium Episcopi, vt

3 sit procurator animarum, & distributor spiritualium, cap. clericum 11. q. 1. debet Episcopus scire legem sacros ca-

nones

Digitized by Google

nones, & omnem sacrā scriptu m debet etiam Episcopus intendere lectioni, orationi, & prædicationi cap. Episcopus ij. quæst. vij. & cap. Episco us nullam 88. distinct. debet procurare pacem in er subditos cap. studium 90. distinct. immò potest excommunicare qui nolunt pacem facere c. placuit, & cap. prælatum eadem distinct. debet Episcopus pauperibus prouidere c. fratrem 86. distinct. debet etiam Episcopus curare, vt in Ecclesijs Parochialibus adsint magistri qui instruant pueros in artibus liberalibus, & alijs vtilibus præcipuè vero in fidei rudimentis cap. de quibusdam 37. distinct.

Ad hunc effectū † S. Syn. Tridentina diuinitus inspirata seminaria Clericorum erigi mandauit quibus, & Ciuitati, & Diœcesi consulitur vt experientia compertum est hic Beneuenti ex eius florentissimo in omnibus scientijs Seminario, quod à B. M. Cardinali Iacobo Sabello prius erectum deinde à Maximiano de Palumbaria, & Pompeio Cardinali Arigono censibus, & beneficijs auctum fuit, & nunc ab Ill. Alexand. de Sangro Patriarcha Alexandrino Archiepiscopo successore etiam auctis censibus vigilantissima cura sub disciplina doctissimorum Patrum Societatis Iesu non in Grammatica solum, & humanioribus literis, sed in artibus liberalibus, præcipuè vero in morali ac in speculatiua Theologia eruditur in musicis vero concentibus maximè etiam floret.

Nunc ad rem quæ hic diximus de Episcopo etiam Archiepiscopo conuenire clarum est, vltra ea quę infra sequuntur, & quæ supra posita sunt; & probatur.

Metropolitanus, † & Archiepiscopus sunt idem, sed metropolitanus sumit nomen ad Ecclesijs, & earum numero, & dicitur à metro quod est mensura, & polis, idest ciuitas Archiepiscopus vero trahit nomen à personis, & dicitur ab archos quod est princeps, scilicet quod sit princeps Episcoporum vide Cardinalem in Clement. ij. de

priuilegijs, & ibi DD.

Archiepiscopus † non potest vti
6 pallio extra Ecclesiam cap. cum super de author. & vs. pal. & pallium est assumptum de corpore Beati Petri, & est insigne ornamentum Archiepiscopi quodquod notatur iurisdictio, & hoc pallium non potest extrahi prouinciam cap. ex tuarum eodem titulo, de authoritate, & vsu pallij, & hoc pallium non remanet Ecclesiæ, sed sepellitur cum eo Archiepiscopo, & ante traditionem non debet quis appellari Archiepiscopus, qi od pallium debet peti instanter saltem intra tres menses à die consecrationis cessante impedimento cap. 1. cap. dilect. eodem titulo, & nota hic, quod si electus in Archiepiscop. si sit, Episcopus non potest alios consecrare, ante receptionem pallij 1. distinct.
7 S. 1. eodem, & † Archiepiscopus est ordinarius suę prouinciæ cap. per singulas cum sequent. 11. quæst. vlt. vj. 7. viij. cap. pastoralis de officio ordinarij, eodem titulo, & est maior suis Episcopis, sed est Diœcesanus in sua Diœcesi, & nō Archiepiscopus, in prouinciá verò est Archiepiscopus Clem. ij de priuileg. S. 1. & ibi Card. itaque respectu diœcesis dicitur Episcopus, respectu prouinciæ, dicitur Archiepiscopus nota quod diœceses fuerunt distinctæ tempore Dionysij, glos. in cap. prouinciæ 99. distin. & diœcesis dicitur quasi diuisio c. vni. x. q. iij.

Archiepiscopus † potest facere
8 deferri crucem ante se per totam prouinciam, & populum benedicere, Cardin. in Clem. ij. de priuileg. c. 11.

Archiepiscopus † punit suffra-
9 ganeos impedientes quæstores ipsius Cardinal. in clem. j. de pœnit. & remiss.

Archiepiscopus † per sacros Ca-
ro nones de criminibus paruis suorum suffraganeorum potest cognoscere, & ipsos punire cap. sacro de senten. excommun. & 10. quæst. 4. cap. quia cognouimus Ioannes Andreas in cap. sit litigantes de offic. ordin. in vj. Hodie id non possunt ex constitutione Apostolica. De causis ciuilibus indifferenter, cognoscunt

etiam

etiam si subditi agere velint contra Episcopum, sed si Episcopus agat contra subditum non coram Archiepiscopo, sed eligendi sunt arbitri cap. si clericus 11. quæst. j. Abbas in cap. pastoralis de officio ordinarij vide ibi scribentes. Regulariter subditi Episcopi adeant Archiepiscopum per appellationem cap. venerabilis de sent. excomm. in 6. cap. Romana de appellat. in 6. & ita obseruatur quod ego obseruaui in hac metropolitana Curia Beneuentana per tot annos quibus fui Auditor generalis itaque Archiepiscopus cognoscit de causa suffraganei deuoluta per appellationem cap. duo simul de offic. ordin. & Romana de foro competenti. Immò nec de consensu partium, nam clerici non possunt sine consensu proprij Episcopi consentire in alienam iurisdictionem cap. significasti de foro compet. Gemin. in c. 1. de foro competent. in 6.

Nec Episcopus † potest subijce-
11 re clericum suum inuitum alteri ordinario Hostien. de for. comp. nu. 14. licet possit delegare alteri causam ipsius.

Archiepiscopus † in causa ap-
12 pellationis non habet iurisdictionem quo ad alios nisi inter appellantes tantum vide cap. 1. de foro comp. in 6.

Archiepiscopus visitat † diœce-
13 sim suffraganei causa prius cognita, & probata in Concilio prouinciali Trid. sess. 24. c. iij. de reformat.

Archiepiscopus † in causis ap-
14 pellationis suffraganeorum debet obseruare regulas datas à sacra Congregatione pro cæteris remitto lectorem ad authores id fusius tractantes, hæc obiter dicta sint; adde his quod Archiepiscopus potest bandire ex tota prouincia sua, eius subdito delinquentes.

Dicuntur † aut Episcopi, suffra-
15 ganei Archiepiscop., quia suffragantur illis in consecratione, & in alijs. Nam Archiepiscopi debent requirere cõsilium Episcoporum in ordinatione prouinciæ cap. 1. & ij. 11. q. iij. & in consecrat. Episcopor. debent habere alios Episcopos secundum xlv. dist.

Digitized by Google

Debent etiam Episcopi † aduer-
16 tere in visitatione Græcorũ, si quò haberent in eorum diœcesibus, (quod ego aduerti in visitatione duorum locorũ quæ sunt in diœcesi hac Beneuentana, nempè Casali Græcorum, & Casalis nouo de Mõte Rotano) quod Græci tenentur credere Spiritum sanctum procedere etiam à filio; licet hoc non teneantur pronunciare, nisi subesset scãdalum, seù si necessitas postularet profitẽdi fidem Catholicam, maximè cum sunt inter Latinos in hoc enim casu tenerentur etiam pronunciare, & hæc, & cætera, quæ infra ex constitutione Apostolica super reformatione Græcorũ fęl. record. Clem. 8. & aduertant etiam Episcopi
17 † nunquam Græcis, seù Calogeris curam animarum cõmittere, nisi ex necessitate, vel alia iusta causa id facere cogerentur, sed præsbyter sæculares Græci abiuratis schismate, & erroribus Græcorũ, & bene instructi in fide Catholica possunt institui in Ecclesijs Græcorum; quod ego obseruaui in prædictis locis, imò nũq; externũ Græcũ ad celebrandũ admisi, nisi haberet fidẽ ab Vrbe Roma à deputato super Græcis, sic etiãsi ad recipiẽdũ ordines huc veniss̃et.

Futuri Episcopi præterea † sciant
18 tolerandũ esse apud Græcos vsũ carniũ in die Sabati, vbi sine scandalo id fieri potest, in locis tñ ipsorũ, & inter eos tm̃ & vt nõ teneãtur ad ieiuniũ in die Sabati ĩ Quadrages. exceptovno Sabato sãcto; & hoc ex antiqua traditione, sed tenẽtur dũtaxat ad astinentiã; & hic dies Sabati si forte cõprehenderẽt in alijs ieiunijs p annũ, cõmutẽt in aliũ diẽ p plebib. Græcis, ab ipsis diœcesanis

Debẽt Epi persuadere Græcos in eorũ diœcesibus degentes, vt obseruẽt, vigilias, & ieiunia latinæ Ecclesiæ, sed ad id non cogant, cũ ipsi, qualibet hebdomada fer. iij. & vj. ieiunent aduertãt tñ Epi, si id obseruẽt.

Debẽt etiã studere Epi eos pau-
19 latim ad ritũ latinæ Ecclesiæ reducere; Ita rescripsit S. Cõgreg. Cõc. Ill. Maxi. Archiep. Benen. cũ eius noĩe ad limina visitãda missum sum præfecti Sac. Cõg eg. Illustris. Card. Matthæi b. m. nã Epi tenẽtur

per

per se, vel per alios singulis biennijs visitare l mina ex cō stitut. Apost.& singulis annis si nō distāt nisi per duos dietas ab vrbe,cap.iuxta 93.dist.

Debent Græci isti obseruare festa de præcepto S.R.Ecclesiæ, & ita obseruāt in hac diœcesi.

Debent præterea aduertere † cir-20 ca administrationē Sacramētorū,& qđ in administratione Baptismatis,vt Græci nō consignent Baptizatos in fronte Chrismate,more Eporum sed consignēt,vbi latini,& in eorū forma Græca,omittant illa verba significantia talē consignarionem,& accomodāt, vt habet forma latina,in hoc.

Circa sacramētū † Confirmatio-21 nis Epi latini infantes alios Baptizatos à Græcis de facto chrismate in fronte cōsignatos,confirment,& tutius est, si id sub cautela faciant, & sub conditione faciant,id est si es confirmatus, ego te non confirmo,sed si non es confirmatus,&c.& id præsertim,cū verisimilē dubitari possit,qđ ab Epis Græcis baptizati fuerint.

Circa sacramentū sāctiſs.Eucha-22 ristiæ,†qđ p infirmis asseruātur,vt renouetur sīgulis octo diebus,vel saltē quindecim, renouetur,non asseruetur toto anno,si tñ asseruatū fuerit, saltē in fine anni sumatur, & vsus,seu abusus tundēdi, vel etiā miscendi sacro oleo, ac iterum coquēdi, vel alios exsiccandi species sacramēti feria v. Cœnæ Dñi, vt deinde asseruent,tollatur hic abusus.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Epis Latinis cōsecrata, ipsis permittatur, sin minus vti possint eorū thronis super altaria lapidea ponendis, sed habeant corporalia more latino,nisi vtantur eorū thronis pro corporalib.

Circa sacramēta † pœnitentiæ.In 23 casu necessitatis, præsbyteri Græci Catholici possint absoluere latinos,forma i Cōc.Florent.præsūpta,& id dūmodò sciāt,& intelligāt latinos cōfitētes,& posit formā latinā,dicāt orationē illa deprecatiua, quā p forma huius absolutionis dicere tñ consueuerunt.

Nō tolerent † abusum,vt vir, & 24 vxor simul cōfiteantur eidē Cōfessori, & aqua benedicta ex ritu Græco in die Epiph. vel p°.die mēsis cōseruetur in Ecclesia,vt fideles aspergātur

Circa.

Digitized by Google

Circa oleum sanctum † Cathe-
25 cumenorum, & infirmorum, non sunt cogendi præsbyteri Græci, nisi accipere Chrisma à Latinis Diœcesanis, nam cætera olea, ab ipsi ex veteri ritu conficiuntur, seù benedicuntur, sed Chrisma præsbyteri Græci non possunt accipere ab Episcopis Græcis, schismaticis, & externis, & communionem suam sancta Sede Apostolica non habentibus, & si acceperunt puniantur à Diœcesanis, qui vti eis non permittant.

Circa sacramentum † Ordinis,
26 ordinati ab Episcopis, Schismaticis, seruata debita forma recipiunt caracterem, sed non exequutionem ideò suspensi sunt, qui tamen emendati, & correcti, reconciliandi sunt, & absoluendi cum pœnitentijs salutaribus, dummodò errorem, vel saltem Schisma ordinatoris abiurent in iudicio publicè, vel secretò, pro qualitate facti.

In alijs verò ordinibus per eos forsan ritè susceptis, ministrare non permittatur, nisi cum talibus fuerit dispensatũ per sedem Apostolicam, siuè eius authoritate super huiusmodi irregularitate.

Si fortè venerunt in eorũ Diœcesibus Episcopi Schismatici nõ est eis permittendũ administrare ordines, vel aliam iurisdictionem administrare sed potius sunt detinendi, & scribendum est ad Sanctissimũ, & responsum expectandum.

Attendatur, † quòd Græci ordi
27 nata sine dimissorijs Episcopi Latini in cuius diœcesi sunt suspẽsi sunt, & si ministrauerint in ordine suscepto, Irregulares effecti, vt Latini, efficiunt in tali casu, & non dispensat, nisi sedes Apostolicæ, vel de eius auctoritate ideo ad Episcopus, petendã.

Si occurrerit, ad Episcopus Latinus voluerit ordinare aliquẽ Græcũ qui in Baptismate fuerit à præsbytero Græco, in fronte Chrismate, defecto consignatus, debet prius sub conditione, vt supra.

Attẽdatur ab *Episcopis* † vt præs-
28 byteri vidui, diuersum ab alijs, habitum deferant, vt inter noscantur, tàm inter ipsos Græcos, quàm Latinos.

Præterea *Episcopi* † tenentur re-
29 sidere in eorũ *Ecclesijs*, nec

inde

Digitized by Google

inde discedere, nisi ad tẽpus ob causas in Trid. explicatas, vide sess. 6. c. 1. & 23. c. 1. de refor. Sed vid. etiam Caiet. in 2. 2. q. 185. artic. 1. & Sotus lib. 10. de iustitia, & iure q. 3. rem hanc acrius explicantes.

Præterea debet † prædicare, li-
30 cet consuetudo cõis inoleuit, vt per alios prædicent, at tamen securius esset per seipsos ad exequi, nàm in consecratione ei dicitur. Accipe Euangeliũ, vade prædica populo tibi commisso, idem docet Concil. Trid. idem docet nomen pastoris dixit enim Dñs Petro, & in eo, omnibus pasce oues meas, idem Dominus, Ioan. enim oues sequuntur pastorem, & vocem eius audiunt, idem Paulus act. 20. non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis; & paulo ante, dixerat, vel scitis, qui nihil subtraxerint vobis vtilem, quominus annunciarem vobis, & docerem publicè, & per domos, Exechiel. c. 33. & tu filij hominis speculatorem dedi te, & in fine, sanguinem autem, eius de manu tua requiram.

Præterea † debet esse perfectus
31 Episcopus D. Th. 2. 2. q. 184. art. 9. & plusquam sunt religiosi, qui hi sunt in statu acquirendæ, Episcopis in statu iam perfecto; Paul. ad Tol. 2. & Dominus Matth. 5. vos estis sal terræ, itaque Episcopus esse debet perfectus, i. ardentissima charitate Dei, & proximi quod datus, ita vt diuitias Ecclesiæ suæ, non suas esse existimet, & quod non habet ad possidendum tanquam proprias, sed ad dispensandum, vt alienas, idem circa castitatem; vt angelica puritate Deo ministret, & vt homines, & fœminas, quibus præest, diligat, vt filios, & filias & nullam incontinentiæ suspicionẽ illis tribuat. Proinde non habeat domi personam vllam, vel ob adolescentiam, vel ob ornatum ob quã carnali affectione à perpẽsus credatur, foris autem, cum nulla vnquã muliere sine testibus loquatur, ad præcipuè, orga
32 moniales de quibus hi in serotino scrutinio, aut omnes vnanimiter dilige, aut omnes penitus ignora; debet † etiam Episcopus esse perfectus cir-

ca

ca humilitatẽ, & obedientiã, erga Dei & superiorũ mãdata, & præcipuè circa illud qd promulgatur Io. in 1. epist. Debemus pro fratribus animas ponere, & multo magis diuitias, quietem delitias, & commoda omnia.

Hæc pfectio excludit ludos, venationes, & alias vanitates ad rem non facientes, nã munus Epi, est valdè laboriosum, sed magna habet præmia iti.

Præterea debet† Episcopus ad
33 uertere, & bene considerare circa Clericorum ordinationem, circa quòd teneant mẽte, quòd optandũ est, vt Clerus multiplicetur, dum digni sunt, i. vt multi sint, qui clericatu digni inueniantur, sed cum magno delectu eligẽdos esse Clericos ordinandos nã indignos promouere, est Ecclesiam diruere, & non edificare, ideo clamabat Apostolus nemini manus citò impositio. 1. ad Tim. 5. & Trid. sess. 23. c. 2. & 16. vbi, inter cætera debet nullũ debere ordinari ad tit. patrimonij, nisi vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ, & qui aliter ordinãtur, p̃ sua vtilitate ordinantur tali titulo.

Præterea† debẽt aduertere Epi
34 scopi circa pluralitatem beneficiorũ, quã sacri Canones damnant dist. 19. cum singula, & xxj. q. 1. c. clericus, & in Trid. sess. 7. c. 3. & 4. & sess. 24 c. 13. & 14.

Sed qui possidẽt multa† bene-
35 ficia, ex dispensatione, ideò isti sunt securi si veritatẽ iustę causæ expresserunt Summo Pótifici, quia si causa dispensandi iusta est, sunt tuti, sin minus, in foro poli non sint tuti, & foro fori. D. Th. quo lib. 9. art. 15. Andianus in q. de restit. dubio de pluralitate beneficiorum, vel præbendarum, Sotus lib. 3. de Iustit. & iur. q. 6. art. 3. quos refert, & sequitur doctissimus, & Illustriss. Bellarminus in sua admonitione, & inter Canonistas, Abb. Io. Andr. Hostiens. in c. dudus 2. de elect. vide D. onysium Cartusianum. in lib. contra multiplicitatem beneficiorum, refert super hac quæstione Illustrissimus Bellarminius, ex sententia cuiusdam docti Theologi, ita Parisi fuisse determinatum à plurimis doctissimis Theologis, inter quos verisimile est

fuisse

Digitized by Google

fuisse D. Thomam, nam fiunt (inquit) de ann. 1238.

Præterea debet † Episcopus ad
36 uertere circa defensionem iurium Ecclesiarum, & in hoc maximè elaxit Illustris. Maximilianus de Palumbaria, Domicillus Romanus Archiepiscopus Beneuentanus, cui, vt Auditor, & Visitator per multos annos inseruiui, circa
37 quam defensionē † duo sunt consideranda ab Episcopo. Primum, vt nihil tenere, & sine consilio agat, sed consilio virorum peritorum, & si non adsint præsentes, scribatur, & consulantur absentes, si tempus patiètur, sin minus orationis auxilio, & bona intentione, & Deus aderit. Secundum est, vt sic viuant Episcopi, vt Principes, & illorum ministri intelligant, illos non præbere occisiones cum illis rixandi, sed cum Dei timore, & honore duci ad defensionem Ecclesiasticæ libertatis, alioqui eorum amicitiam optare, & magnificare, & reuere, ad hanc curam incumbere (præter Ecclesiasticæ libertatis offensionem) vt cum eis amicitiam conseruēt, multi enim principes huius sęculi amicis Episcopis multa concedunt, quæ alijs quos aduersarios putant, & credunt, non concedunt, & in hoc etiam valet dexteritas Vicarius ipsius Episcopi, vt ipsius cum Dominis secularibus amicos consensio, & quantum fieri potest sine rei Ecclesiasticæ iactura, vt dictum est; in qua re sicut in multis, imò in toto regimine est laudanda prudentia Reuerēdiss. D. Io. Petri Miulli Vicarius Generalis Illustris. D. Alex. de Sangro Archiepisc. Beneuent. qui, & amicitia cum Baronibus, & Pręside prouincię conseruat, & iurisdictionem inter Ecclesiæ nullum intereà detrimētū patitur quod maximè est laudandum, & imitandum.

Præterea adiiertat † Episcopus,
38 ne probabatur additandum consanguineos qui ob iustū Dei iudicium, quò magis impinguatur, & locupletati relinquatur, eo magis beneficiorum obliuiscantur, & eo citius profundant ipsorum seruanda: ergo est eis obseruanda regula Tridēt. sess. 25. cap. 1. per hæc verba, Omnino, &c.

Digitized by Google

nò,&c. Quam Regulam Diu. Augustt. accuratissimè obseruauit, de quò scribit. Possidius, in eius vita circa finem, eis vt Cæsaris erogauit, non vt diuitias haberent, sed vt, aut non egerent, aut, vt, minus egerent. Item ante Diu. Augustinum docuit D. Ambrosius 1. de officijs cap. 30. est etiã, inquit, pro illa prohibẽda liberalitas, vt proximos seminis sui non despicias, si egere cognoscas, nõ tamen, vt illi ditiores fieri velint, & quod cũ possit cõferre pauperibus, illis tribuatur.

Præterea, relicta quæstione illa, ac sint prælati dñi reddituũ Ecclesiæ, & an teneantur restituere, si malè expẽderunt, nam itur ad pe[illegible] si peccatum contra Iustitiam, non secus, ac si peccatum contra charitatem afferam tantum dicta Sanctorum, circa vsum rerum Ecclesiarum, vt ad aduertant Episcopi D. Hieron. in epist. ad Nepotianũ Clericus, qui in terra debuerit non futuram partem Domini, nec Dominus partẽ eius. Sanctus Prosper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 9. & allj docent Episcopum, qui habet patrimonium, non posse viuere ex redditibus Ecclesiæ, nisi fortè patrimonium suum Ecclesiæ donauerit Diuus Bernardus declarant verba (Ecce nos reliquimus omnia) satis Seuerius loquitur. Classici verò DD. Mitius loquuntur Diu. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 7. distinguit de bonis Ecclesiasticis, alicubi inquit, sunt distincti redditus, idest Episcopi Ecclesiæ, clericis, & pauperibus, tunc Episcopus sola sua portione, vti debet, vbi verò non sunt distincti peccãt mortaliter Episcopi, si sibi appropriant aliena ad thesaurizandum, & nõ sũt cõtenti teneri suppellectili, & frugali vtuntur Diu. Thom. vide Caiet. 2. 2. quæst. 185. artic. 7. & Sot. 10. de Iustitia, & Iure quæst. 4.

Digitized by Google

DE DVBIIS Curioſis.

QVAESITVM CLIV.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus contra prohibitionem Epiſcopi, vt nemo accedat excommunicatus, vel, &c. an ſit ordinatus.*

An ſit ordinatus, qui accedit ad ordinationem contra prohibitionem Epiſcopi ordinantis, vt nemo accedat excommunicatus, vel non examinatus, vel alias inhabilis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & ipſe accedat cum tali cenſura, vel defectu, & non legitimè?

1 DIc † quod ſic, & eſt ordinatus, etiam quod ſic excommunicatus, & ratio eſt, quia Epiſcopus ordinatus conſentit in illo indiuiduo, licet diſſentiat in ſpecie, & diſſentire videatur. In Pontificali antiquo, viderat poſtea benedictio, quæ nunc in moderno, ibi non adeſſe, quod non vidi. Ita tenuit P. Pecorarius à me ſæpè laudandus.

QVAESITVM CLV.

SVMMARIVM.

1 *Mulier adultera an teneatur reuelare, quæ concepit ex adulterio ad euitandum damnum veri hæredis.*

An teneatur mulier adultera, quæ concepit ex adulteria, reuelare ad euitandum damnum veri hæredis, filium ſpurium, putatum vere filium?

1 DIc, quòd conſtat omnium ſententia, mulierem, quæ poteſt reuelare adulterium, abſque mortis, & infamia periculo, teneri reuelare, aliàs teneri ad reſtitutionem, his tamen conditionibus, prima, vt probari poſſit, filium eſſe ſpurium, ſecunda, vt ſciat eius reuelationem eſſe vtilem ad illati damni reſtitutionem, Couarr. ad regul. pecc. par. 1. num. 5. relect.

Digitized by Google

Sed nota, quòd filius non tenetur credere matri, ita reuelant.

QVAESITVM CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Vt in ſummario.*

An qui propinat potionem, vel puluerem emptam à vendentibus in publicis plateis, vulgo li Salta in banco, alicui pro aliquo morbo, & ille moritur, dare incurrat irregularitatem?

1 DIc quòd ſic? ſi abſque conſilio Medici, dederit, & ſequutum ſit homicidium caſuale, Sayrus decentur. .6.7.c.6.num.12.

Sed cautela † eſt Collegium
2 Medicorum, illam potius naturaliter eſſe abſolutum talis morbi, & non ad mortem. Has etiam cenſui P.Euangeliſta Theolog.Societatis Ieſu Benecuent.

QVAESITVM CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus contra me mihi inimicus poteſt à me prohiberi decretũ Iudicis.*

An poſſim iuridicè prohibere Aduocatum mihi inimicum à cauſa, quæ agitatur contra me?

1 DIc quod poſſum decidi Iudicis prohibere me ſit aduocatus contra cauſam meam aduocatus mihi inimicus. Ita refert pluries Iudicibus in Senat. Luſitan. Aluar. Bellapert. in Cand. vniform.Borrell.ſumm.deciſ. vt de aduoc. num.98.

DE MVLIERE prægnante &c.

QVAESITVM CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans, vel quod an poſſit ſine peccato ſummere medicinam, num.2. & 3.*

Digitized by Google

An mulier prægnans, sine periclitans in partu possit sine peccato sumere medicinam sibi salutarem, vt euadat periculum mortis, sed cum periculo fœtus, vt esset mittere sanguinem, introire balneam, pharmacum sumere, & similes.

1 Dic, quod si medicina esset remedium salutare matri, & non ordinatum ad interitum fœtus, per se, seu ex sui natura, licitum est matri sumere, si credat probabiliter fœtuum propterea, non interiturum, licet per accidens præter intentionem ipsius, inde sequeretur interitus fœtus, vt licitum esset matri prægnanti, currendo fugeri, vt ab incendio, vel alio se periculo, liberaret, licet ex fuga, sequatur periculum fœtus.

Sed † secus esset dicendum, si 2 medicina, quam mulier prægnãs intima esset sumpturæ, esset ex sui natura apta, accomodata, & inductiua interitus fœtus, vt si daretur ad faciendum abortum, vel alias violenta, quia tunc non liceret matri sumere, etiam vt se à morte liberaret, nam mater non habet ius tuendi se cum præiudicio alterius, ideſt interitu fœtus, cum possit esse, vt mortua matre, adhuc sit spes vitæ, proli, vt experientia visum est.

Secus † esset, si fœtus non 3 esset animatus, quia tunc pro salute matris licet ei sumere medicinam, etiam si per accidens, vel præter intentionem, sequatur impedimentum, ne fœtus fiat animatus, Nauarr. cap. 25. num. 62. Armil. abortus, num. 2. Nota, quòd Hippocrates iurauit per Deos non daturum medicinam grauidis mulieribus ob periculum abortus.

DE ESV CARNIS in infirmitate, &c:

QVAESITVM CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Religionis quibus ex regula prohibetur vsus carnium,*

an

Digitized by Google

an liceat commedere in articulo mortis.

An liceat religiosis, quibus ex regula prohibetur etiam in articulo mortis comedere carnes, non obstante regula, comedere maximè de consilio medici ad euadendum periculum mortis, & si peccet comedendo, vel non comedendo stante regula?

1 DIc, quòd licebit comedere, aliàs peccat, & talis regula in hoc casu non ligat Silue. V. votum 2. quæst. 14. & ratio est, quia in tali casu abstinere, esset contra ius naturale, quo quis tenetur vitam suam conseruare medio conuenienti, licèt Gerson de continent. tractat. 29. & alij sentiant contrarium, sed quæ sit probabilior sententia, iudicium sit datis.

DE CONSTITVTO in extrema necessitate victus, &c.

QVAESITVM CLX.

SVMMARIVM.

1 *Constitutus in extrema necessitate an possit commedere carnem hominis.*

An constitutus in extrema necessitate possit comedere carnes hominis, siuè naturaliter mortui, siuè in bello occisi, cum non habeat alium cibum, quo possit viuere?

1 DIc, quòd in † solo casu extremæ necessitatis, licitum est, Nauarr. cap. 23. num. 222. Abulen. in 4. Regum, cap. 6. q. 22. Caiet. in 2. 2. q. 187. art. 10. ad 2. Alij negant, quia comedere tales carnes videtur contra dictamen naturæ, & inclinationem, & huius sententiæ videtur esse Diu. Thom. 2. 2. quæst. 142. art. 4. ad tertium, & Vict. in prælect. de temp. c. 6. ego adhæreo cũ D. Tho. Doct. Angel. salua meli. sent.

DE

Digitized by Google

DE INFIRMO NOLENTE comedere.

QVAESITVM CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus an teneatur comedere carnis sub pœna peccati.*

An infirmus nolens comedere peccet, & teneatur comedere sub pœna peccati mortalis?

1 DIc, qd infirmus, † qui habet spē vitę, sub mortali tenetur comedere, & sumere medicinā oportunam cōsilio Medici, nisi excusaretur debilitate potentiæ appetitiuæ, vt si non posset sine maximo dolore, & nausea, quia tunc excusaretur à mortali, maximè, si parua, aut nulla esset spes vitæ, si sumeret cibum, vel medicinam, & ratio est, quia in tali casu non tenetur vitam cum dolore, & dispendio conseruare.

DE PECCATO CARNIS ob vitæ conseruationem.

QVAESITVM CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Fornicari pro conseruatione vitæ, an sit mortale.*

An sit mortale fornicari pro cōseruatione vitæ?

1 DIc, quod sic, † & nullo modo licet, tanquam actus intrinsecè malus, qui ob nullum bonum finem, fieri potest, tum etiam, quòd actus carnalis, non est ordinatus ad conseruationē vitæ particularis personæ, sed ad procreandum, pro conseruatione speciei in legitimo matrimonio, & hoc, etiam si de consilio Medici, quod quidē esset pessimum; liceret tamen in casu, quo medicus id iudicaret, & imponeret viro cum vxore sua pro conseruatione vitæ, quia tunc vir peteret medio, aliàs sibi licito, Victor. in prælect. de temperam. num. 9.

DE

Digitized by Google

DE EXERCENTE ludum periculosum.

QVAESITVM CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *An peccat qui exercet ludum periculosum exponens se periculo vitæ.*

An peccet, qui exercet ludum periculosum, exponens se periculo vitæ?

1 DIc, quòd non, si est ita exercitatus in illo, & peritus, vt nullum probabile periculum mortis, aut læsionis corporis grauis ei immineat, aliàs non excusaretur à mortali, quia exponit se periculo, Nauar. cap. 15. nu. 8. & Sapient. qui amat periculum, peribit in illo.

DE FVGA DAMNATI ad mortem.

QVAESITVM CLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem, an possit licitè fugere à carceribus, & num. 2.*

3 *Carceratus an licitè possit frãgere carceres, & aufugere.*

4 *Consanguineis, & amicis an liceat afferre lima &c. carceratis, vt inde aufugeant.*

An damnatus ad mortem iustè, vel iniustè, possit fugere à carcere licitè, & euadere?

1 DIc licere, dummodò sic sine violentia custodis, vel ministrorũ damnosa nimium, vt vulnerando, aut mutilando, quia id esset mortale. Diu. Thom. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. ad secundum qui dicit non licere, si sit iustè damnatus, quia tenetur subire pœnam debitam, & ibi Caiet. Sil. V. fugere, Nauar. c. 17. num. 202. Er procedit etiam, si Iudici, vel custodi probabile periculum grauis damni ob eius fugam immineat, Sotus 5. de Iustit. & Iur. quæst. 6. artic. 4. Nauarr. loco citato.

Digitized by Google

Ita etiam licebit fugere reo, qui iustè, vel iniustè quæritur à ministris Iustitiæ, vt capiatur siue pro ciuili causa, siue pro criminali quæratur, dummodò habeat intentionem satisfaciendi parti lœsæ, & ratio est, quia de iure naturæ potest fugere graue damnũ, quod sibi imminet, si esset appræhensus. Ita etiam licet carceratо siuè iustè, siuè iniustè, siuè ob delictum verum, siuè præsumptum frangere carceres, & fugere, sine tamẽ violentia custodis, vel ministrorum Iustitiæ, vt supra, Nauar. loc. cit. licet aliqui negent, vt Enricus colibet 9. ar. 25. & Maur. 4. sent. disti. 25. q. 2. & Sil. V. fugere, qui dicunt esse mortale, ob periculum vitæ, cui se exponit, si caperetur, iux. le. 1. ff. de effract. & l. milites, & l. eius ff. de re milit. sed prima opinio est probabilior.

Ex antedictis † sequitur, in quo 4 casu liceat consanguineis, vel amicis condemnati afferre limas, vel malleos, vel aliàs coadiuuare ad fugam damnatum ad mortem, sed Caietan. loc. cit. asserit in omni casu licere, siue iustè, siue iniustè fuerit damnatus, Sot. verò lo. cit. sentit contrarium, quia violaretur iustitia, & hæc sententia videtur probabilior, aliàs iustitia non haberet locum tutum, & rei, remanerent impuniti, quod non expedit rei publicæ.

QVAESITVM XXIII.

De occidente inuasorem ad sui defensionem.

SVMMARIVM.

1 *Inuasorem iniquum an liceat occidere num. 2. & 3.*
4 *Habere voluntatem occidenti iniustum agressorem ad defensionem an sit peccatum.*
5 *Clericus, qui interficit agressorem an peccat, & efferatur irregulares.*

An liceat occidere inuasorem iniquum.

1 DIc licere † cum moderamine debito, ideſt ad defensionem, & si aliter non posset euadere, quin ab eo occideretur fugiendo, percutiẽ-

Digitized by Google

do, vulnerando, vel alio quouis modo euadendo, & ei communi sententia D. Tho. secunda secundæ, q. 64. art. 3. & ibi Caiet. D. Anton. 3. par. tit. 28. c. 2. §. 3. Nauarr. c. 2. num. 2. & 3. Imò occidens non est irregularis, cleme. vlt. de homic. & id etiam est de iure naturæ, vt vim vi repellere liceat; Gerson. in tract. de Eucharist. Abulen. in Matthe. c. 5. q. 109. & alij sentiant contrarium, sed prima opinio est verior, etiam si inuasor esset persona publica, vt Iudex dummodò non esset persona necessaria rei publicæ, vt Princeps, Rex, Imperator, Prælatus, vel Pontifex, quia tunc tales inuasores non liceret occidere, & ratio est, quia de iure communi, & ex lege charitatis bono particulari est anteponendum bonum publicum.

2 Imò in casu prædicto † licito, posset inuasus, etiam per alienum auxilium occidere inuasorem vocando alios in sui auxilium, vt illum ab iniusto inuasore tueatur, qui nisi alio modo non valeat defendere, poterit impunè, & sine peccato occidere, Nauar. cap. 27. n. 112. & procedit etiam si inuasus posset fugere, sed non sine periculo vitæ, vt inuasor eum sequatur, & occidat, Nauarr. cap. 15. num. 4. Sil. homicid. 3. q. 4. Imò procedit etiam si inuasus occidat, non solum ad impediendum ne ipse occidatur, sed ne mutiletur in aliquo membro, Sil. loc. cit. Rosell. homicid. 4. q. 1. Nau. c. 27. n. 215.

3 Sed hæc omnia † intellige licere, si fiant solummodò ad defensionem necessariam vitæ, vel membri, & non ex odio, indignatione, vel mala voluntate, quia tunc occidens peccaret mort. vt etiam si posset mutilando se defendere, quia tunc non licet occidere.

4 Ex nota non † esse peccatum habere voluntatem occidendi iniustum aggressorem ad defensionem, vt supra, quia cùm liceat factum, licebit etiam voluntas ad factum, Nauarr. c. 25. num. 36. Sot. de iust. & iure quæst. 1. art. 8. Sil. V. homicid. contra Caiet. in 2. 2. q. 64. art. 7. Sed melior est prima opinio intellecta cum

cir-

circumstantijs debitis.

Nota, quòd † clericus si interficit agressorem non peccat, nec efficit irregularis, Marsil. l. 1. num. 29. ff. ad l. cornel. de sicar. Bart. cons. crim. 175. nu. 25. l. 1. tamen si interficit aggredientem, propinquum suum, licet non peccet, fit irregularis, glos. sing. secundũ Card. in clem. si furiosus de homic.

QVAESITVM XXIV.

De occidente parantem insidias, &c.

SVMMARIVM.

1 *Occidere an liceat parantem insidias.*

2 *Invasor quot modis dicatur invadere.*

An liceat occidere parantem insidias ad occidendum, ante quam aggrediatur, vel parantem arma ad occidendum?

1 Dic quod si quis alter nõ potest euadere periculum mortis, licet occidere, si alio modo impediri nõ potest invasor, ne occidat, vel

2 mutilet, nam invasor † dicitur invadere, non solum, quãdo actu aggreditur, sed etiam quando parat insidias, aut arma ad occidendum, aut currit contra aliquem, vt illum occidat, glos. c. 3. de homic. Sil. homicid. 1. q. 2. Nauarr. cap. 15. num. 2. & 3. qui ponit exemplum de vxore, quæ videt pugionem euaginatum sub ceruicali mariti, certò credemus ab eo se dormiente occidendam, nisi præueniat.

QVAESITVM XXV.

De occidente ad defensionem, invasorem, si dedit occasionem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dic vt in Summaria.*

An esset licitum occidere alterũ ad sui defensionem, ne ab illo occidatur, cum tamẽ priùs præbuisset ei occasionem, vt eum occidat, vt esset, si illum graui iniuria affeciisset, v. g. adulterando cum vxore, & simil.?

1 DIc, quòd in tali casu, nõ liceret occidere, & esse peccatum homicidij, Nauarr. c. 15. num. 7. Maiol. lib. 5. de irregul. c. 48. nu. 7. D. Anto. 2. p. tit. 7. c. 8. §. 1. & incurritur irregularitas, Alij dicunt licere in casu prædicto occidere, licèt peccauit mort. qui præbuit occasionem, vt occidatur per adulterium, & ratio est, quia per hoc non amittitur libertas naturæ legis, vt liceat vim vi repellere, si aliter euadere non potest, Sotus de iustit. & iure q. 1. ar. 9. Sil. hom. c. 3. q. 3.

QVAESITVM XXVI.

De occidente pro defensione proximi, vel Reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Ex præcepto tenemur ad defensionem consanguinei, vel inuasi.*

2 *Nisi defensori immineat periculum vitæ.*

An liceat pro defensione necessaria proximi occidere inuadentem illum?

1 DIc, licere, imò esse de præcepto, præsertim pro defensione fratris, vel cõsanguinei, vel Prælati, vel Principis, quando alter defendi non possunt, vel impedire, ne offendantur in vita, vel membris, quàm occidendo, vel mutilando inuasorem, Nauar. c. 15. num. 2. & est cõmunis sententia, D. Anton. 3. par. tit. 28. c. 20. §. 3.

Sed intellige, quòd quando defenditur priuata persona, potest defensor cessare à defensione, si sibi timet vitæ periculum, vel notabilis lœsionis corporalis, non tamen potest cessare cum dicto periculo à defensione Principis, vel Præfati, vel Rei publicæ propter bonum publicum, quod priuato anteferri debet, vt dictũ est.

QVAESITVM XXVII.

De occidente pro defensione honoris, &c.

SVMMARIVM.

1 *Occidere, vel mutilare aduli-*

cem

ceat pro defensione honoris, & num. 2. & 3.

An liceat occidere, vel mutilare pro defensione honoris?

1 Dic licere in duobus casibus. primo, quando quis aggreditur virum nobilem, vel alias honestum, vt eum iniuria afficiat, v.g. cum baculo, vel virga, vel alapa percutere intendens, tunc si alia via prohibere iniuriam, non potest, quàm occidendo, vel mutilando, tunc licet, Nauarr. cap. 15. num. 3. & 4. Armill. V. moderamen, Petr. à Nau. lib. 2. de resti. c. 3. fil. bellum 2. q. 1.

Altero casu † quando vir nobi-
2 lis videns hostem ad se venientem ad occidendum, non fugit etiam si posset, quia fuga est ei ignominiosa, sed persistens occidit, ne occidatur, Abb. in cap. odium el primo, de rest. spoliat. Sil. V. homici. 1. q. 2. Bartol. in l. 1. C. vnde vi, & ibi Bald. cum Salyc. Sed
3 intellige ante dicta, dummodo sine odio, vel inuidiæ liuore id faciat, & hoc procedit in foro conscientiæ, nam in foro exteriori aliter res se habet, & sunt probandæ prouocationes, vel pericula.

QVAESITVM XXVIII.

De offendente pro defensione bonorum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Occidere, vel mutilare an liceat pro defensione bonorum temporalium.*

An liceat occidere, vel mutilare pro defensione bonorum temporalium?

1 Alij dicunt, non licere in foro conscientiæ, glol. in princip. 23. q. 3. & id procedere etiam si aliter, quã occidendo, aut mutilando, quis non valeret sua bona defendere. Alij dicunt licere, cum quis non posset defendere res suas, nisi cum periculo vitæ, & sic pro defensione necessaria vitæ, & bonorum occidat, Scot. 4. dist. 25. q. 3. Couarr. in clement. vnic. de homicid. §. vlt. licet Sil. Verb. excommunic. 6. notab. 4.

sen-

senciat contrarium dicens nō licere occidere inuasorem, pro conseruatione bonorū, nisi in casu, quo res illę essent necessariæ ad substentandum vitam, vel Statum, sine quibus miserè viueret. Sed prima sententia est communior, imò procedit etiam si defensores essent clerici, aut Religiosi in defensione rerum magni momenti, defendere ne fures rapiant, etiam si non subeant periculum vitæ, etiā si non sint necessaria ad vitam, vel Statum conseruandū si tamen non possunt alio modo defendere, quàm occidendo, vel mutilando, & id faciant sine odio, ira, vel alio malo affectu, sed solùm pro defensione bonorum, Nau. c. 15. nu. 2. & 3. & DD. in l. furem, vt supra Caiet. in 2. 2. q. 64. art. 7. ad septimum Sil. homicid. 1. q. 4. Et qui sentiunt contrarium debent intelligi, quando fiat sine debito moderamine, & cum possent alio modo defendere bona, quàm occidendo, vel mutilando volentem rapere, Ego tamen non teneo cum Scoto in hoc, salua semper meliori sententia, & correctione, qui vita est ordinis superioris, itaque non licet occidere ob bona si non sunt necessaria ad vitam.

QVAESITVM XXIX.

De muliere offendente hominem illam violare volentem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri an liceat occidere hominem inuadentē eam pro illicita copula?*

2 *Et quid de puero inuaso ad nefandam luxuriam.*

An liceat mulieri occidere hominem eam inuadentem pro illicita copula?

1 DIc, quod si hæc mulier non posset defendere suam pudicitiam fugiendo, vociferando, vel alio modo, quam occidendo, potest licitè occidere inuasorem pro defensione necessaria pudicitiæ, quæ maximè bonum est, imò potest in hoc ab alijs adiuuari ad occidendum.

Idem

Idem dicendum de † puero in-
2 uaso ad nefandam luxuriam. vide Nauarr.c.15.num.5.D. Anton.3.p.tit.2.c.8.§.7.Sil. homicid.1.q.5.Caiet.in 2.2. q.64.ar.7.

QVAESITVM XXX.

De priuata persona occidente aliam personam priuatam, &c.

SVMMARIVM.

3 *Personæ priuatæ an liceat occidere aliam personam priuatam.*

An liceat personæ priuatæ occidere aliam personam priuatam.

1 Dic, quod sic, intellige de proscriptis à Principe, idest banditis, dummodò fiat intra territorium, & iurisdictionem Principis superioris occidentis, vel si in alieno territorio de consensu domini territorij, vel tacito, Tabien. V. banditus, Ang. V. homicid.1.nu.6. Sil. V. assassinus, & V. homicid. 1. q. 2. vel si occidat pro defensione vt dictum est, & quando aliter quis vitam suam tenere nō posset.

QVAESITVM XXXI.

De viro occidente vxorem adulteram, &c.

SVMMARIVM.

1 *Occidere an liceat adulterum deprehensum cum vxore, vel vxorem deprehensam cum adultero.*

An liceat virum occidere adulterum deprehensum cum vxore, vel vxorem deprehensam in adulterio?

1 Dic, quod est peccatum mortale, etiam si in fraganti crimine id faciat, & est communis opinio, cap. interfectores, &c. inter hæc. 23. q.1.& ibi glos. Sot. de iust. & iure, lib.5.q.1.art.3.& alij, & ratio est, quia hoc est occidere non ad defensionem vitæ, vel honoris, sed ad offensionem, & ad vindictam, & cum periculo animæ adulteri, vel

adul-

Digitized by Google

adulteræ,& hæc in foro conscientiæ, nam in foro exteriori permittitur, l.marito ff. de adult.& l.Gracchus,C.ad l.Iul. de adult.

QVAESITVM XXXII.

De Iudice condemnante innocentem ad mortem,&c.

SVMMARIVM.

1 *Iudici an liceat damnare ad mortem reum convictum ex probatis, licet sciat innocentem.*

2 *Iudex tenetur iudicare secundum scientiam quam iuridicè habet.*

An liceat Iudici dãnare ad mortem reum, licet ex allegatis, & probatis, conuictum, quem scit certè esse innocentem?

1 DIc licere eum condemnare, & est communi sententia. Sed in tali casu, vt cautius Iudex procederet, deberet remittere causam ad superiorem si non posset aliter iuridicè liberare innocentem. Imò in tali casu tenetur ex officio condemnare, D.Thom.2.2.q.67. art.2. & 64.art.6. Alex. de Ales 4. p. q.40.membro 6. artic.1. D. Anton 3.part.tit. 9.c.2. §.6. & alij multi,& diffusè Couarruu.lib.1.var.c.1.num.3. Et ratio est,quia † Iudex tenetur 2 iudicare secundum scientiã, quam iuridicè habet, & non secundum conscientiam, vt persona priuata, & scientia iuridica est ex processu,& tũc non peccat contra conscientiam, quia, vt iudex iudicat, & non vt persona priuata. Sed Lyranus exod.23.id negat, & idem sentit Abb. in c. pastoralis de off. deleg. & ibi DD.communiter.

QVAESITVM XXXIII.

De procurante, vel concurrente ut ad abortum.

SVMMARIVM.

1 *Abortum procurans mulieris, vel concurrens ad illum an peccet.*

2 *Fœmina fumentes medicinam ne concipiant peccant.*

3 *Percutiens mulierem prægnãtem ex qua percussione sequa-*

tur

tur abortus an peccat peccato homicidij, & nu. 4.

An procurans abhortum mulieris, vel concurrens ad illum, peccet mort.?

1 Dic, quod in fœtu animato, quod est in masculo in quadragesimo die post conceptum, & in fœmina septuagesimo, est homicidium, & incurritur irregularitas, Sil. Ver. abortus, & alij summ. Sed si probabile credatur fœtum non esse animatum, non est homicidium, nec incurritur irregularitas, sed esset grauissimum peccat. mortale.

Hic nota † quod committunt
2 peccatum morta. fœminę sumentes medicinam, ne concipiant, vel ne conceptus fœtus animetur, & ad id concurrentes, etiam si id fiat ad vitandum infamiam, vel scandalum, vt si monialis concepisset, vel si puella nubilis, & ratio est, quia hoc est intrinsecè malum, & nunquam licitum est pro quouis scandalo, seu infamia euitando.

Nota etiam † peccare peccato
3 homicidij, qui percutiendo mulierem prægnantem, est causa, vt sequatur abortus pueri animati, vel matris, Caiet. V. abortus. Sed intellige, si percussio illa ex sui natura erat inductiua abortus, siue lœsio fuerit grauis corporaliter, siue per incussionem timoris, quæ vt plurimum, vel semper talis percussio, vel incussio solent causari abortū, quia tunc homicidium in fœtu erit voluntarium, & nō causale, & hoc si scienter percussit fœminam grauidam, secus si percutiens ignorabat ignorantia inculpabili; si verò ignorantia † culpabili percusserit, & sequeretur abortus
4 in fœtu animato, diceretur homicidium causale culpabile tamen; & cum percussio fuisset lœuis, vel mediocris, sed indiscreta, siue ioco, siue serio, vel si lœuis timor fuisset incussus, & sequeretur abortus fœtus animati, diceretur homicidium causale, & præter intentionem, cum culpa veniali tantum, quia percutiens, vel incutiens, vt supra, non aduertit, & si illa percussione futurum abortū.

Digitized by Google

Hinc sequitur † peccare mort. 2 mulierem, quæ, vel sumit remedium ad abortiendum, vel ad eundem finem, corpus nimium fatigat, vel si ventrē percutit ad eundem finem, Imò peccat etiam si absque intentionem abortus, exponit se periculo abortiendi.

QVAESITVM XXXIV.

De grauitate fornicationis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio an sit grauius peccatum, quam furtum.*
2 *Fornicatio in quibus casibus non est peccatum.*

An fornicatio sit peccatum grauius, quàm furtum?

1 DIC, quod † sic, & ratio est, quia in furto auferuntur bona, sed in fornicatione vitiatur proles, & maius bonum est proles, quā bona exteriora, & ideò vitiatio prolis maius peccatum, D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 3. & ibi Caietan. Sed in duobus 2 casibus fornicatio nō est peccatum, primo, quando, fornicatur amens, vel ebrius, & hoc modo fuit excusatus Loth à peccato incæstus, Genes. 19. D. Aug. li. 22. contra Faust. & habetur 15. q. 1. Secundo, quando alicui contra voluntatem infertur vis ad copulā fornicariam, vt potest esse in fœminis, si tamen non consentit in actu fornicationis, etiam si in illo actu inuoluntario, experiretur aliquā sensualem delectationem.

QVAESITVM XXXV.

De concupiscente mulierem in Templo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum interius est eiusdē naturæ cum exteriori.*

An qui concupiscit habere rem cum muliere in Templo, vel qui ibi eam respicit ad concupiscentiam, committat sacrilegium?

DIc, quod peccatum mortale est sacrilegij, siue concupiscens sit in Tem-

plo

1 plo, siue extra, & ratio est, † quia peccatum interius est eiusdem naturæ cum exteriori, quod in hoc casu est sacrilegium, sed per concupiscentiam huiusmodi non violatur Templum, vt esset in peccato exteriori carnis.

Non tamen esset sacrilegium, si existens in Ecclesia, concupisceret fœminam extra Ecclesiam, vel si nihil determinaret intus non vel extra Templū, & est communi sententia.

QVAESITVM XXXVI.

De ieiunante indiscreto, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunijs, vigilijs, & disciplinis domare corpus, ita vt consumetur corpus an liceat.*

An liceat ieiunijs, vigilijs, disciplinis, & alijs macerationibus ita domare corpus, vt ob hoc quis cōsumetur, & citius moriatur?

1 DIc, quod huiusmodi peccaret mortaliter, qui dicta faceret aduertenter, vt citiùs moriatur, quia contra charitatem, sed si bona fide credens placere Deo, nec intendens nocumentum propriæ vitæ, peccat solùm venialiter.

QVAESITVM XXXVII.

De exponente se periculo vitæ, etiam ob charitatem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Visere infirmos tempore pestis, &c. an liceat.*

2 *Precipitans se cum periculo vitæ, vt euitet certum periculum non peccat.*

An liceat visere infirmos tempore pestis, nauigare periculoso tempore, & similia facere pro salute propria, vel amici, seu pro bono publico?

1 DIc, quod sic, quia est actus charitatis certus visere infirmos, & simil., sed periculum est incertum, Caiet. in 2.2. q. 64. art. 3. & 4.

2 Ita non peccat, qui, vt euadat certum periculum vitæ, vt ferum leonem ad se venientem

Digitized by Google

se præcipitat cum periculo vitæ, sed cum spe euadendi, & ratio est, quia vitat maius periculum, Couar. var. c. 2. lib. 1 Cordub. lib. 1. q. 38.

QVAESITVM XXXVIII.

De procurante cibos delicatos, &c.

SVMMARIVM.

1 *Homo non tenetur tueri vitam per remedia magni precij, & laboris.*
2 *Homo non tenetur pro tuenda vita permittere sibi bracchiũ amputari.*

An sit peccatum procurare cibos delicatos, vel remedia, magno labore, & impensa, vel cum consumptione omnium bonorum pro tuenda sanitate?

DIc, quod non est peccatum, quia hoc non est occidere se directè, licet
1 non † teneatur homo tueri vitam per remedia magni pretij, & laboris, quo vitet peccatum homicidij Hinc fit, qd
2 non tenetur homo pro tuenda vita permittere sibi, aut bracchium, aut aliud membrum amputari de consilio Medici, quia nemo tenetur cum tanto dolore vitam suã redimere, & sic non peccaret non obtemperans medico, nec posset ad id cogi, nisi tamen esset persona necessaria, & publica.

QVAESITVM XXXIX.

De condemnato ad bibendum venenum; vel ad mortem famis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad pœnam an teneatur ad illam consentire, & num.* 2.

An teneatur obedire, qui fuit condemnatus, vt venenum bibat, vel vt sibi linguam amputet, vel vt cor sibi gladio transuerberet, vel vt non edat, adhoc, vt fame moriatur?

1 DIc quo ad primum, non teneri obedire, quia

pec-

Digitized by Google

peccaret mortaliter, nam actiuè, & principaliter ad eius mortem, & illa sententia esset iniusta, posset tamen reus compelli, vt aperiat os ad bibendum venenum ab alijs ministratum, vel vt linguam, aut manum, aut collum ministro iustitiæ porrigat, quia hoc nō est cooperari in eius morte, & ad ea teneretur ex lege iustitiæ, vide Caiet. in 2.2.q.69 art.4. Vict. in relect. de homicid. Quo ad secundum, dic,
2 † quod potest oblatos cibos comedere, imo, & tenetur, alias se ipsum occideret, D. Thom. 2.2.q.69.art.4.ad secundum, & alij licet alij dicant, quod non potest, nec debet comedere, Sot. lib. 1. de iustit. & iur. q.7.art.4. Angel. V. fugere, & vtraque opinio probabilis est, & qui contrarium sentiunt, exponunt D. Thom. de nolente edere ex desperatione, & tædio vitæ, non autem ex iusta condemnatione.

QVAESITVM XL.

De occidente se ipsum.

SVMMARIVM.

1 *Occidere se ipsum an alicui liceat sine peccato, & nu. 2. & 3.*

4 *Amputare sibi membrum, licet pro salute totius corporis.*

An liceat alicui sine peccato occidere se ipsum?

1 DIc, quod peccat mortal. ob quamuis causam, siue ex desperatione, siue in pœnam commissi sceleris, siue ad euitandam infamiam, vel miseriam in hac vita, siue ne ab alio violetur, vt fœmina, quæ tenetur conseruare honorem non se occidendo, sed potius ab alio patiendo, occidi, & ratio est, quia homo non dominus vitæ suæ.

Et si legitur aliquas sanctas fœ-
2 minas, † vel viros se aliquando occidisse, dicendum est id fuisse ex speciali Spiritus Sancti aspiratione, vt de Sancta Apollonia, vel quod id fecerunt non inferendo sibi mortem, sed pro defensione Christianæ Fidei, D. Thom. 2.2. q. 124.art. 1. ad secundum,
3 Posset tamen excusari, † si

quis

Digitized by Google

quis ex ignorantia, vel insania se occideret, secus si ex odio, vel ira, vel ex vanagloria, & honore huius mundi, ita etiã peccaret mort. qui sibi ex ira abscinderet membrum, excusaretur si pro saluanda vita, Nauarr. c. 15. num. 11. & alij communiter, & eadem ratione peccaret, qui sibi amputaret virilia, pro vitanda libidine, vt in Concil. Nicen. 1. c. 1.

4 licebit † tamen amputare sibi membrum, vel partem p salute totius, vt in membro putrido, vel puncto à serpente, vel ligato ab hostibus, & in his casibus non erit peccatum.

QVAESITVM XLI.

De appetente beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia siue curata, siue simplicia an licet appetere, & nu. 2. & 3.*

4 *Appetens Episcopatum, vel beneficium curatum ob indebitũ finem qualiter peccat.*

An liceat appetere beneficia, siue curata, siue simplicia?

1 DIc, quod si appetens scit probabiliter, vel certò, se esse indignum, aut ratione ignorantiæ, aut ætatis, aut criminis, aut defectu natalium, aut censura Ecclesiastica, vel alio impedimento legitimo, peccat mort. appetendo, vel procurando, Sil. V. superbia q. 7. Angel. V. ambitio num. 1. Nau. c. 23. num. 15. D. Anton. 2. p. tit. 3. c. 5. §. 3. & 4. Dic præterea, quod

2 appetere voluntariè beneficia Ecclesiastica, & præsertim curata, aut propter honorem temporalem, aut propter dignitatem, & lucrum, est peccatum, quia hic appetitus nõ dirigitur ad debitum finem, qui in beneficijs debet esse vtilitas spiritualis proximi, & incuratis est mortale, qd dicas etiam de celebrante missã principaliter ante dicto respectu, de conciente, de administrante Sacramenta, & similiter, licèt alij dicant in hoc non esse, nisi veniale, vide Nauarr. cap. 13. num. 15. Imò Caietan. extendit hoc

etiam

etiam in laico appetente beneficium simplex principaliter propter lucrum in 2. 2 q.185.art. 1. Non tamen peccaret qui putans † se dignum
3 & habens finem debitum spiritualem principaliter, etiã si secundariò moueretur ratione honoris, lucri, & simil. quia tunc solùm peccaret venialiter. Peccaret etiam venialiter, qui appetit Episcopatum, vel beneficium curatum
4 principaliter ob indebitum finem, quoad aliqua, sed in alijs pertinentibus ad officiũ pastorale habens debitum finem, Nauarr. vbi supra, Peccaret tamen talis mort. quando appetendo ita inhæreret vltimo fini à se principaliter intento, vt potiùs vellet pecc. mort. quàm amittere illum finem, vt lucrum, vel dignitatem, D. Thom. loc. cit. q. 183. art. 1. Adde licere appetere,
5 vel etiam procurare Episcopatum, vel aliud beneficium Ecclesiasticum sine peccato, aliàs digno, & principaliter ob debitum finem, & ad perficiendum, & ita intellige de quacunque appetitione licita.

QVAESITVM XLII.

De famulo ægrotante, vel discedente à Domino.

SVMMARIVM.

1 *Mercedem an liceat subtrahere famulo ægrotanti pro rata temporis.*

2 *Seruus promittens seruire domino per annum si discedit finito hyeme non potest habere medietatem mercedis.*

An liceat subtrahere mercedem famulo ægrotanti pro rata temporis?

1 Dic, quod, vbi est consuetudo, vt merces non soluatur tempore infirmitatis licet subtrahere pro rata tẽporis, secus, vbi non est talis consuetudo, & est communis sententia, Abb. in c. 1. de cler. ægrotan, & ibi Scribentes. Gemin. in c. 1. de cler. nõ resid. Alciat. l. licet, C. locato,
2 Seruus autem, qui promisit per annum seruire domino, & discedit finito hyeme, non potest habere medietatem mercedis regulariter, quia

plus

plus operatur in estate, quàm in hyeme, sed hoc relinquendum est arbitrio boni viri, qui considerabit, quo tempore famulus potuisset vtilius, & plus operari pro Domino, quicquid dicant Tabien. V. famul. & Sil. & alij.

QVAESITVM XLIII.

De non obtemperante legi humanæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Lex lata ab homine, siue ecclesiastica, siue secularis an ligat transgressorem in conscientia.*
2 *Vendentes vltra pretium taxatum peccat mort.*
3 *Consuetudo rationabilis ligat in conscientia.*
4 *Lex an ligat in conscientia, quando imponit pœnam corporalem, & nu. 8.*
5 *Lex quando dicitur præceptiua,*
6 *Extrahere aquum extra Regnum contra prohibitionem, est pecc. mort.*
7 *Prohibitio extrahendi aquum an ligat clericos.*
9 *Lex non dicitur obligare, quãdo præceptum est iniustum.*
10 *Iniustitia legis, quomodo cognoscitur.*
11 *Præceptum superioris non obligat ad culpam si est contra consuetudinem approbatam.*
12 *Præcepto superioris non obediens ex iusta causa non obligatur ad culpam.*
13 *Præceptum Iudicis secularis non extenditur ad alligandã animam.*
14 *Contrauenieus legi penali an teneatur ad pœnam ante condemnationem.*

An lex lata ab homine, siue Ecclesiastica, siuè sæcularis licet transgressorem in conscientia?

1 Dic, primo, quod sic, si sit iusta promulgata, & vsu recepta, Fœlyn. in c. 1. de constitu. Abb. in proemio de cret. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 8. Sot. 1. de iustit. & iur. q. 6. art. 4. & est commun. Quod procedit etiam, si lex sit particularis, vt statuta municipalia, ædicta, Constitutio, Pramatica, nam sunt leges, Fœly. d. cap. 1. glos. 3. c. 2. de constitu.

ſtitu.in 6.Iſernia,& Afflict.in proemio conſtitutio. Regni;

2 Hinc ſequitur peccare mort. vendentes vltra pretium taxatum à Principe pro bono publico, & teneri ad reſtitutionem, Nau.c.23.n.88.

Imò ligat in conſcientia,etiam

3 conſuetudo rationabilis,quã do facere contra illam putaretur eſſe peccatum.

Imò lex ligat in conſcientia,

4 etiam ſi imponat pœnam tẽporalem, Fœlyn.in cap. nam concupiſcentiam nu.7.Franc. in c.perpetuo,de electio.in 6.& cap.commiſſa, eodem tit.& eſt comm. quicquid dicant Decius d.c. nam concupiſcentiam, & Nauarr. c. 23. nu.53. Sed intellige in tranſgreſſione in re graui, quia in re læui,ẽt in lege diuina quis excuſatur à mortali, D. Tho. 2.2.q.59.art.4.ad 2.& q.66. art.6.& quando lex eſt præceptiua,vel prohibitiua, c. 2. de maior.& obed. Secus, quando eſſet conſultiua,tunc non tenetur quis ex neceſſitate,niſi alias ratione voti, vt religioſi, nam tunc peccat mort. contrafaciens in re graui, ſecus in læui,niſi adeſſet contemptus,D.Tho. 2.2. q.107.art.3.

Et lex tunc dicitur præceptiua,

5 quãdo præcipit fieri,vel prohibet fieri,aliquod,Sil.V.præceptum,& Abb.d.c.nam concupiſcentiam, & tranſgreſſio in re graui cognoſcetur ex materia ſubiecta, de qua præcipitur, vel prohibetur, vt in ſtatuto tempore famis, ne frumentum extrahatur, vel ne arma aſportentur tempore belli, & tunc tranſgreſſio eſt mortale, quia reſpicit rem publicam, ſecus eſſet ſi prohibitio eſſet,ne quis ęquitaret mulas,vel ſerico veſtireter,& ſimil. quia in his tranſgreſſio cum non ſit magnæ importantiæ,eſt venialis, Fœlyn.d.c.nam concupiſcentiã, Nauar. tenuit leges ſæculares etiam ſi præceptoriæ ſint, nõ obligare ad mortale,cap.23. num.55.in manu. Sed meo iudicio probabilior eſt ſententia,Sot.lib.1.de iuſt.& iure q.6.art.4.eſſe mortali in re graui,ſed veniale in re læui tranſgreſſionem legis ſæcularis.

Hinc ſequitur eſſe mortale con-

6 tra prohibitionem Excellen-

Digitized by Google

tissimi Proregis Neapolitani extrahere æquos extra Regnum, & idem dicas de transgressoribus in alijs Regnis, quia sumus in materia graui, Sot. vbi sup.

Sed tamen prohibitio contra
7 extrahentes æquos, non liga ret clericos, extrahentes æquos suos genitos ex eorum gregibus æquarum, & ratio est, quia prohibitio est contra laicos, & non fit extensio in clerico, quia sumus in pœnalibus C. pœnæ de pœniten. dist. 1. tum etiam, quia lex laicorum non habet locum in clericos imò si esset præceptiua fauorabilis, & rationabilis, & non contra Canones, adhuc non habet locum cum clericis, & sic eos non comprehenderet, Nauar. de constitut. lib. 1. consil. 4. Felyn. in c. Ecclesiæ S.M. de constitut. num. 10. & ibi Abba. & Decius.

Hic nota, quod etiam si lex sit
8 puræ pœnalis, quæ non præcipit, aut prohibet, sed tantũ statuit pœnam transgressori, adhuc obligat ad culpam, Couarr. in reg. peccatum 2. par. §. 5. num. 4. Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 5. Sed intelligę, quod leges mere pœnales, licèt obligent ad culpam, vt dictum est, tamen, quando, quod prohibetur, vel præcipitur, nulla alia lege, nec præceptum, nec prohibitum est, vt plurimùm, tunc videntur non obligare: sed hoc potest colligi ex mente ferentis legem, & si quod præcipitur, vel prohibetur, est Reipublicæ damnosum maximè, vel vtile, & cessaret omnis dubitatio, cum legislator declararet nolle obligare ad peccatũ mortale, sed solummodò ad pœnam temporalem.

Nec dicitur obligare lex, quan-
9 do præceptũ legis esset iniustum, vt in gabella iniusta, & simil. & iniustitia cognoscetur ex fine, quando pro publica vtilitate imposita fuisset à principio, & postea ad priuatum commodum conuersa, vt pro reficiendo ponte tunc istius gabellæ, vt iniustæ non obligat transgressio in conscientia.

Cognoscetur etiam iniustitia
10 legis, cum non est æqua omnibus, quia non distribuit æquè onera subditis, siue

etiam

Digitized by Google

etiam, quando est contra legē Dei, vel contra rationem, vel contra sacros Canones, tunc etiam non ligat, nec est ei obediendum, tam si esset generale, quam si esset particulare præceptum. Et cum sit particulare præceptum inferiore, quod vero contra rationem, aut Canonem, aut legē Diuinam, quia mandatum videtur deuiare à iustitia, ante quam inferiore obediat, debet rescribere superiori, & interim supersedere, c. si quando, de rescript. gl. fin. in c. 2. de fil. præsbit. Sed tamen in praxi id non debet obseruari, quando, quod mandatur, non admittit moram, vel quā do Iudex exequutor non habet adhibere causæ cognitionem, quia tunc sine alio intermedio debet exequi, etiā iniustum mandatum, c. pastoralis de off. dele. §. quia verò, & c. si quando, eod. tit. nisi tamen esset in causa criminali corporis afflectiua, quia tunc debet supersedere, & rescribere, & eo magis si constat de innocentia Rei psaltem per publicam famam, Bar. in l. 1. §. fin. de quæst.

Nota etiam præceptum superio
11 ris non obligare ad culpam, si est contra consuetudinem approbatam, Sil. V. lex q. 6. gl. in c. venerab. de consuet. & ratio est, quia facere contra consuetudinem, est peccatum.

Nota etiam non obligari ad cul
12 pam in conscientia, qui ex iusta causa non obediuit præcepto superioris, vt quia non Iudex competens, nisi tunc præceptum emanatum esset fundatū in iure diuino, quia contrafaciens, etiam si esset clericus, & mandans laicus, ligaretur in conscientia, non ratione præcepti illius superioris, sed ratione contrauentionis iuris diuini.

Nota etiam regulariter præce-
13 ptum Iudicis sæcularis non extendi ad alligandam animam, quia anima, vt spiritualis submittitur foro Ecclesiastico, vt dictum est, nisi præceptum, initeretur iure diuino, vel Ecclesiastico.

Nota etiam contrauenientem
14 legem pœnalem teneri ad pœnā in conscientia, nisi post condemnationem Iudicis 12 q. 2. c. fraternitatis.

Digitized by Google

QVAESITVM XLIV.

De muliere se ornante, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier colorans faciem an peccat.*
2 *Diomedis dictum circa materiam.*
3 *Augustini ditat aliorum Sanctorum circa materiam, & num. 4.*

An peccet mulier colorem faciem?

1 DIc, quòd si facit ad malum finem, peccat mortal. si ex quadam læuitate muliebri, venialiter, si, vt viro placeat, vt illum à libidine alienarum abducat, nihil peccat, & idem dicas de quolibet superfluo ornamento circa reliquum personæ vltra sui status decentiam, Nauarr. c. 23. n. 100. & quod dicitur de muliere, dic de homine ornante se ad malum finem, quod vitium maximè hodiæ indoleuit, imò antiquissimũ est, vt apud Homer. Ilyodos lib. 11. Græcè loquens Diomedes, contumeliosè inquit, Contumeliæ dignè capite, & facie puellariter compta, corde puellis addicto; quibus verbis satis vanitatem Paridis exprobrauit.

De hac adulterina specie, ita D.
3 Augustinus, faciem fucare figmentis adulterina fallacia est & non ad Deo placendũ, sed ad seruiendum Diabolo, adhibetur.

D. Cyprian. manus inquis Deo
4 inferunt, qui vultum manu Dei formatum reformare contendunt, nam impugnatio est diuini operis, præuaricatio veritatis, nec potest Deũ videre, qui oculos, quos Deus fecit, non habet, sed, quos dęmon infecit, de habit. Virg.

D. Ambrósius. deles mulier Dei picturam, si vultum tuum materiali candore depingis, 4. Thom. lib. 5. c. 8. examen, & alibi, tolerabiliore propemodum sunt in adulterio crimina, Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur, lib. 1. de Doctr. Christ.

D. Hieronymus ad Mauritij filiam, Crimen inquit, est puluere, vel zucco pigmenti sordidari: ex quibus locis poterit

Digitized by Google

rit Parochus commodè sume re materiam sermonis ad sub ditos, D. Petrus dixit de his, ò mulier non effugies dam nationem, quia venenum pro pinasti, licet alter non biberit. Clem. P. lib. 1. const. Apost. cap. 4.

QVAESITVM XLV.

De occidente iam vulneratum certè moriturum.

SVMMARIVM.

1 *Faciens occidere vulneratum certo moriturum an teneatur de occiso.*
2 *Mulier prouocans se ad singulare certamen an incurrat pœnas Constitutionis Apostolicæ.*

Finiens occidere vulneratum ad mortem certè moriturum an teneatur de homicidio?

1 DIc, quod sic, sicut, & vulnerans hinc seruus Saul pecc. mort. & tenebatur de homicidio.

De muliere prouocante ad singulare certamen.

Mulieres prouocantes se ad singulare certamen Constitutionis Apostolicæ, etiam si ad capillos se prouocassent, licet aliqui teneant contrarium.

QVAESITVM XLVI.

De rapiente in extrema necessitate, &c.

SVMMARIVM.

1 *Qui rapuerit in extrema necessitate positus an teneatur ad restitutionem si ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
2 *Posito in necessitate extremæ tenemur de præcepto dare elemosinam.*
3 *Ad elemosinam, quæ datur ex præcepto tenentur etiam infideles.*
4 *Ad præceptum elemosinæ tenentur magis ecclesiastici, quã sæculares.*
5 *In facienda elemosina est seruandus ordo, & qui, & nu. 6. & 7.*
8 *Debitor in extrema necessitate positus cui potius teneatur*

Digitized by Google

succurrere sibi, vel creditori.

9 *Filius cui potius succurrere debeat parentibus, vel filijs in extrema necessitate positis, & num.* 10.

An qui rapuerit in extrema necessitate positus, quæ sibi erant necessaria ad victum, teneatur restituere, si venerit ad pinguiorem fortunam?

1 SCot. dicit, quod non, 4. sent. dist. 15. q 2. & Sot. li. 4. de iust. & iure q. 7. Nau. tenet eum obligari c. 17. nu. 60. in manua. quod idem tenet Andrian. in mat. de test. sed Medin. dicit non teneri si accepit de superfluo alterius, sed teneri, si accepit de non superfluo, vt tenetur restituere omninò, qui accepit ante necessitatem, etiam si vtatur in necessitate, Tolet. instruct. Sacer. c. 36. Idem dic de eo, qui patiens necessitatem extremam in vno loco, habet tamen in altero, vnde possit suæ necessitati succurrere, idem dic de habente stabilia, sed non sufficientia, nec vtilia illi tempore necessitatis, qd si accipiat in necessitate, tenetur postea restituere, nisi res esset parui momenti.

Et hic nota, quod posito in ne-
2 cessitate extrema, tenemur de præcepto dare eleemosinam, hinc dicitur, vidisti pauperem, non cibasti, occidisti sed alio tempore est de consilio, & adimpleri etiam præceptum per mutuum in extrema necessitate, nec requiri per eleemosinam, aut per donationem, testantur Andria. & Nauarr. loc. cit. Alij dicũt ex superfluis esse donandum sed ex non superfluis esse mutuandum, & nisi ægenus maluerit sibi mutuari, esse etiam donandum, Tolet. vbi supra cap. 37.

Et cum eleemosina datur de
3 præcepto, quia hoc est præceptum diuinum, & naturale tenentur omnes fideles, & in fideles, Cyprian. de eleemo. hinc pecc. mort. infidelis, si non subueniat, posito in extrema necessitate, siue fideli, siue infideli.

Et ad hoc præceptum obligan-
4 tur magis ecclesiastici, quam sæculares, quia sunt partes pauperum, & in primis debẽt Ecclesiastici succurrere con-

san-

Digitized by Google

sanguineis indigentibus nomine eleemosinæ tamen, & maritare nectes, & etiam filias illegitimas, & hoc non solum habito respectu ad conditiones ipsarum, sed ad statum ipsius donantis, Tabien. V. restitutio n. 9. Sotus dicit posse eis donare, & peccare etiam laicos non faciendo eleemosinam in casibus in quibus tenentur.

Et notandum, quod in facien-
5 da eleemosina est seruandus ordo, vt si extraneus sit in extrema necessitate, & consanguineus in graui, vel communi, vt prius succurratur extraneo in extrema posito, idem dicendum, si extraneus esset in graui, & consanguineus in communi. Hinc sequitur, qd
6 potiùs debeo succurrere consanguineo, vel amico, quàm extraneo, si in æquali necessitate positi sint.

Hic etiam nota, quòd in extre-
7 ma necessitate debeo potius succurrere alij, si est persona publica, & vtilis Reipublicæ, etiam si sit extranea, quàm pro me conseruare, cum ipse non sim ita vtilis, Tolet. ibidem, c. 39. & è contra.

Adde debitorem in extrema
8 necessitate positus, debet potiùs succurrere creditori, quã sibi, de re, quæ est in specie creditoris, vt depositum, pignus, comodatum, & simil. ita Nauarr. Sed communis opinio est in tali casu debitorem, sibi potiùs, quàm creditori debere succurrere. Imò potius parentibus, contra Tabien. restit. S. 4. Imò potiùs fratribus in primo gradu. Tolet. vbi sup.

Et pro complemento assumptæ
9 materiæ, præsuppositio, quod parentes, & filij essent in eadem extrema necessitate, filius, qui habet parentes, & filios, debet potiùs succurrere parentibus, D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 3. licèt quo ad ordinẽ
10 charitatis, esse succurrendum potiùs filijs, tamen, quia in tali casu eleemosina est debitum, & debita retributio beneficij est danda, quibus magis debemus, vt sunt parentes, quibus nunquam æquè satisfacere possumus, vt dixit Aristotiles. Ideò potiùs eis succurrendum esset. Ioannes de Amicis consilio 106. dicit in casu prædicto esse

po-

potiùs succurrendum filijs.

QVAESITVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non mutuare, vel non comodare an teneatur deseruare iuramentum.*

An qui iurauit non mutuare, vel non comodare, teneatur obseruare iuramentum?

1 DIc, quod sic, quia iurauit de euitando sibi damno, quod quisque tenetur facere, Oldrad. cons. 40. Ioan. Andr. D. Anton. in 2. p. Idem dic de fideiubendo, fallit in casibus extra necessitatis, quæ de difficili datur, quando aliter fieri nó posset, vel in casu graue necessitatis, quando quis caderet de suo statu.

QVAESITVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *An sit licitum comedere carnes humanas in extrema fame.*

2 *Ethiopes, & Antropophagi tẽpore Tholomæi comedebant carnes humanas.*

An sit licitum comedere carnes humanas, saltem in extrema fame?

1 DIc, quod non, dicente, & prohibente Deo in lege veteri; carnem cum sanguine non comedetis, quicũque enim effuderit sanguiné humanum, effunderetur sanguis illius.

Nic nota, quod vt Tholomeus
2 scribit suo tempore Aethyopes, & Antropophaghi ædebant carnes humanas, & Plin. lib. 1. ait Listrigones, & Cyclopos in Italia idem facere. D. Hier. dicit hæc verba de cæteris rationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim Schotios gentem Britannicam humanis vesci carnibus, quæ efferitas, vt dixi, est contra diuinam legem, ideo prohibita.

Digitized by Google

Nunc de Excommunicatione, & alijs censuris Ecclesiasticis.

QVAESITVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio quid sit.*
2 *Censura Ecclesiastica, quot sunt.*
3 *Irregularitas non est neque censura, neque pœna propria.*
4 *Excommunicatio quare dicatur censura, & quibus alijs nominibus appellatur.*
5 *Vsus excommunicandi est in Ecclesia antiquissima.*
6 *Excommunicatus quot, & quibus bonis priuatur.*
7 *Excommunicatio est duplex, & nu. 8. & 9.*
10 *Excommunicatio quando sit latæ sententiæ, & quando cõminatoria.*

Quid est excommunicatio?

1 DIc, quod est censura Ecclesiastica, quæ priuat hominem legitima Fidelium communione suffragijs Ecclesiæ, & participatione Sacramentorum actiua, & passiua, & vocatur censura sicut etiam interdictum, & 2 suspensio, quia hæ tres † sunt censuræ ecclesiasticæ, vel potius vna est censura, quæ in has tres diuiditur, c. quærenti de verb. signific. quod sonat correptionem, mutuato vocabulo ab antiquitate, antiquiores enim apud Romanos censores ad corrigendum mores diuersis pœnis destinati erant. Hinc Mater Ecclesia pro correptione Fidelium malè viuentium his censuris vtitur, quæ aliquando etiam pœnæ vocantur, quia in pœnam peccati infliguntur, Sunt tamen, & aliæ pœnæ Ecclesiasticę, quæ non sunt censuræ, vt depositio, degradatio, detrusio in monasterium, & simil. Itaque omnis censura est pœna, sed non è contra. 3 Irregularitas autem non est, neque censura, neque pœna.

Digitized by Google

na propria, sed impedimentũ macula, seù nota, & vbi datur facultas, quamuis amplissima in Iubilæis, vel alijs concessionibus absoluendi, nunquam venit irregularitas, nisi exprimatur, Nau. c. 27. n. 254.

4 Excommunicatio igitur appellatur censura, quia corrigit, appellatur pœna, quia pro pœnâ peccati infligitur, & æquiparatur pœnæ vltimi supplicij nec in Ecclesia nulla maior reperitur, c. sacro de sentent. excommun. & c. corripiantur 24. q. 3. Appellatur mucro Episcopi, quia ab ipso solo decerni debet, c. visis 16. q. 2. Appellatur gladius Ecclesiæ spiritualis, quia per ipsum homo non occiditur, sed viuificatur 23. q. 2. Appellatur vinculum animæ, c. excõmunicatos 11. q. 3. Appellatur medicina, quia per eam anima debet sanari ab infirmitate spirituali præuia emendatione, c. 1. de sent. excom. in 6. Appellatur disciplina, quia per eam homo debet doceri, quæ fugere, & quæ amplecte doceat, Itaque excommunicatio debet mederi, & docere, & non eradicare, c. notandum 24. q. 3. Appellatur anathema, & est, quãdo fertur sollemniter astantibus duodecim Sacerdotibus cæreos accensos in manibus gestantibus, & in fine in terram proijcientibus, & anathema dicitur, etiam à crimonia l. placet C. de sacrosa. eccles. Anathema verò est separatio vel sursum positio. Appellatur, etiam neuus Ecclesiasticæ disciplinæ, vt in Concil.

Vsus excommunicandi est in Ecclesia antiquissimus, vt testatur locus Apostoli ad Corinthyos. Vbi scribitur, tradendum esse Sathanæ quendã Corinthyum, & intelligitur, quo ad corpus, & animam, c. omnis, & c. audi 11. q. 3. Facultas verò excommunicandi habetur ex loco Euangelij. Vbi dicitur inobedientẽ Ecclesiæ habendum esse, vt Ethnicum, & Publicanum.

Hanc censuram in lege veteri significabant eiectiones extra Templum, vel extra Ciuitatem, quod Dominus prædixit futurum Apostolis per illa verba, Absque Synagogis facient vos. Imò, & apud Gẽtiles videtur etiam quodam-

modo.

Digitized by Google

modo significata, vt videre est apud Cœsarem de bello Gallico, vbi à Sacerdotibus proferebantur execrationes quædam contra committentes atrocia delicta, & apud Appianum Alexandrinum de bello Romanorum contra Parthos, in egressu de Vrbe Crassi, vbi habetur contra Crassum fuisse illatas quasdã execrationes secretas, quippè qui contra Senatus voluntatem, bellum susceperat, & addit Hystoricus illas execrationes eam vim habere, vt si illegitimè inferentur, maximam perniciem inferenti, si verò non obseruarentur, non obseruanti perniciem allaturas, quod in Crassi exitum visum est, per Hyerusalem transiens Templum opulentissimum expoliatus, quod audere Pompeius perterreuit Religio.

Tribus ergo bonis principali-
6 bus priuatur excommunicatus. Imò excommunicatus dicitur membrum abscissum à corpore Christi mystico, quod est Ecclesiastica, & excommunicato Diabolus abutitur, vt rusticus iumento suo

Abb. in rub. de sen. excomm. Couarr. in c. Alma mater, eotit. Iason in l. Gallus, de libe & posthum. Nau. c. 27. nu. 8. & c. Christianus 11. q. 3

Excommunicatio autem est du-
7 plex, altera maior, altera minor, & in dubio semper intelligitur de maiori, & minor illa est, quæ infertur à Summo Pontifice, ab Episcopo, & à quocunque alio habente potestatem, vt inferiùs dicetur, minor verò est illa, quæ contrahitur per participationem cum excommunicato maiori excommunicatione.

Rursum excommunicatio est du-
8 plex, altera à iure, & est, quæ reperitur expræssè in sacris Canonibus, & Pontificijs Cõstitutionibus, & Oecumẽnicis sine particularibus Concilijs, Altera, quæ dicitur ab homine, & est, quæ infertur per sẽtentiam hominis in contumaciam, Abb. d. rubr. & in c. reprensibilis de appell.

Et hic sciatur excommunicatio-
9 nem, siue à iure, siue ab homine esse duplicem, vel latæ sententiæ, quale dicitur alio modo, eo ipso, incurrenda ipso iure, ipsoque facto, &

Digitized by Google

tunc intelligitur, qui contra fecit, iam incurriſſe excommunicationem, Vel excommunicationem comminatoriam, quæ non ſtatim incurritur, ſed tantum comminatur ſententiam ferendam, & in caſu inobedientiæ poteſt à Iudice ferri.

Et vt dignoſcatur, quando ſit latæ ſententiæ, & quando cõminatoria, ſunt attendenda verba, nam quando Iudex vtitur verbis præteriti, vel præſentis temporis, vt excommunicamus talem, vel talis ſit excommunicatus, vel ſubiaceat excommunicationi, vel latæ ſententiæ, vel eo ipſo, vel ipſo iure, vel ipſo facto, tunc ſemper intelligitur de excommunicatione latæ ſententiæ, & hoc procedit, ſiue à Iudice verba proferantur, ſiue in iure ſit ita expreſſum, ſed comminatoria ſit per verba futuri temporis, vt nemo faciat hoc, vel illud, ſub pœna excommunicationis, tunc inobediens poteſt excommunicari ob peccatum inobedientiæ, & in dubio, ſit ne latæ ſententiæ, vel comminatoria, ſemper intellige de comminatoria, quia in pœnalibus mitior interpretatio eſt facienda, gloſ. & tex. in cap. omnis, & in l. in pœn. de reg. iur. in 6. & Fœlyn. de excep. c. dilectus nu. 2.

QVAESITVM L,

De eo, qui poteſt excommunicare, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare qui potuit.*
2 *Forus ex duplex.*
3 *Habere poteſtatem in foro interiori vnde procedat.*
4 *Claues, quare dicãtur in plurali cum vna ſit.*
5 *Claues Eccleſiæ habentes in foro interiori non vtuntur in foro exteriori.*
6 *Fœmina non poteſt excommunicare, nec eam ſubditus.*
7 *Abbatiſſa, vel Prioriſſa, an habeat aliquam poteſtatem Eccleſiaſticam.*

Qui poteſt excommunicare?

1 DIc poſſe eum, qui habet clauem, & poteſtatem fori exterioris, vt eſt Summus

Pon-

Digitized by Google

Pontifex, Archiepiscopi, Episcopi, & alij habentes iurisdictionem ecclesiasticam in foro exteriori, siue ordinariam, siue delegatam, Soti. 4. sent. d. 22. q. 1. art. 2. Tabien. Ver. excomm. 3. & Scribentes in c. decernimus, de iudic. & c. transmittimus de elect.

Et hic nota, quod in hoc pro-
2 posito, duplex est forus, alter exterior, vt in Tribunalibus publicis Ecclesiasticis, vbi cognoscuntur delicta publica, quæ probari possunt, vt adulteria, & similia, & in hoc foro fertur excommunicatio, vbi causa requirit, Alter verò est forus interior, cùm confessarius in confessione audit peccata, & absoluit, vel non absoluit, & hic vocatur etiam forus conscientiæ; Et habere potestatem in
3 foro interiori, vel exteriori est ex virtute clauium Ecclesiæ, nempè potestates datæ à Christo Ecclesiæ militanti. Matth. 18. quæ metaphoricæ dicitur clauis, sicut enim clauis materialis claudit, & aperit, ita Prælatus virtute clauũ habet potestatem aperiendi, & claudendi Cœlum, idest dandi, vel negandi alteri facultatem intrandi Cœlum.

Et licet vna sit clauis, tamen dicuntur claues in plurali nu-
4 mero, ratione diuersorum effectuum, idest vocatur clauis scientiæ, quia per eam habet Prælatus potestatem sciẽdi, interrogandi, & cognoscẽdi merita causarum. Vocatur etiam clauis potestatis, qua Prælatus, vel alius habet potestatem absoluendi, & ligandi, vt Confessores, qui cognito statu pœnitentis virtute clauis scientiæ, illum absoluit, vel ligat, virtute clauis potestatis, obligando illum ad pœnitentiam, vel non absoluendo ex iusta causa.

Itaque per has claues scientiæ, scilicet, & potestatis datur facultas in foro exteriori, & cognoscendi delicta, & illa castigandi, & condemnando, vel absoluendo iudicialiter, & hoc, vel iure ordinario, vel iure delegato.

Sed qui habent has claues Ec-
5 clesiasticæ in foro interiori tantùm, vt sunt Confessores ordinarij, vt Parochi, vel delegati, & alij, quicunque, siue sæculares, siue regulares ap-

Digitized by Google

probati ab Ordinario, non possunt excommunicare, quia non habent potestatem in foro exteriori. Itaque vt possit quis excommunicare oportet, vt habeat potestatē in foro exteriori, alias excōmunica esset nulla, & etiam vt sit saltem in prima tonsura initiatus, quia laicus non potest excommunicare, etiam de licentia Episcopi, neque potest esse Vicarius Episcopi, Sil. V. excommun. Fœlyn. in c. dilec. de maior. & obed. vel etiam saltem debet habere etiam minores ordines. Abb. in c. decernimus de Iudicijs, & cap. ab excommun. de rescr.

Hinc sequitur, fœminam non
6 posse excommunicare, neq; suas subditas, vt Prioriſſa, vel Abbatiſſa, quia non est capax potestatis clauium Ecclesiæ; tam quo ad forum exteriorē, quam ad interiorem, c. noua, & c. inaudita de pœnit. & remiss. & d. c. dilecta de maior. & obed. Potest tamen Abbatiſſa, vel Prioriſſa habere aliquam potestatem Ecclesiasticam circa correptionem suarum Monialium, & ad aliqua præcepta ciuilia, Sil. ver. Abbatiſſa, Sot. 4. senten. dist. 19. qu. 1. Nauarr. tamen dicit, quod fœmina potest excommunicare ex priuilegio de sentent. exc. lib. 5. & Sil. consil. 1. sicut, & laicus, videatur, Paulus de Castro Cleric. coniug. fuit Vicarius Florentiæ ad quoad temporaliam tantùm, vel cum dispensatione Papæ, vt diximus.

QVAESITVM LI.

De eo, qui potest excommunicare, & quot condemnationes requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari qui possit, & qua de causa.*
2 *Quot quæ conditiones requiruntur, vt quis possit excommunicari.*
3 *Animalia irrationalia an possunt excommunicari.*
4 *Excommunicari an possit Collegium Vniuersitas.*
5 *Infidelis an possit excommunicari.*
6 *Mortuus an possit excommunicari, & nu. 7.*

Digitized by Google

8 *Absolutio alicui posit mortem data qualiter intelligitur.*

9 *Sepeliens in Ecclesia cum sollemnitatibus, est excommunicatus, fallit num. 10.*

11 *Inferior an possit suum superiorem excommunicare, aut parem successorem, aut se ipsum.*

12 *Excommunicans ludentes si ipse ludat cũeis, an sint excõmunicati.*

13 *Par in parem non habet imperium.*

14 *Ratione delicti quis sortitur forum.*

15 *Vt quis possit excommunicari debet esse subditus excommunicantis.*

16 *Episcopus an possit excommunicare subditum delinquentẽ in Diœcesi alterius.*

17 *Statutum factum in Concilio Prouinciali sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ligat subditos Archiepiscopi, & suffraganeorum.*

18 *Excommunicari nemo debet nisi interueniat peccatum mortale, & inobedientia, vel contumaciæ.*

19 *Episcopus si faceret præceptum sub pœna excommunicationis latæ sententia, ne quis clericus ludat, etiam ludo licito ludens peccat mort.*

20 *Episcopo, qui non obedierit morte moriatur.*

21 *Quæ sit grauis, & quæ leuis materia, quæ inducit, vel non inducit pecc. mort.*

22 *Quantitas notabilis in materia furti etiam quoad diuitem inducit furtum.*

23 *In materia furti consideratur valor rei ex affectione, licet ipsa sit minima.*

Qui potest excommunicari? & quot conditiones requiruntur?

1 DIc, quod potest excommunicari aliquis ob peccatum mortale, vel inobedientiam, & requiruntur sex
2 conditiones, Prima, vt persona excommunicanda, sit homo, siue fœmina, siue hermofroditus. Secunda, vt sit persona certa, & determinata. Tertia, vt sit Christiana, quia qui non est baptizatus non potest excommunicari, quia nunquam habuit communionem Ecclesiæ. Quarta, vt sit viua, nam mortuus non potest excõmunicari. Quinta,

Digitized by Google

vt sit inferior, quia nemo potest excommunicare suum superiorem, imò nec parem, nec se ipsum. Sexta, vt inferior sit subditus excommunicantis. Quibus conditionibus attentis, sequitur, non
3 posse excommunicari animalia irrationalia, & si aliquando legitur irrationalia fuisse excommunicata, vt locustas, & similia, prout Cassianus tradit in primo consilio de excommunicatione, intelligi ibi pro maledictione, & detestatione quadam contra illa animalia, cum invocatione diuini auxilij ad effugandam illam pestilentiam, Nauarr. c. 23. nu. 13. Sot. de iust. & iur. q. 12. art. 2. D. Tho. 2. 2. q. 100 art. 3. & qui præsumeret excommunicare irrationalia alio modo, quam dictum est, posse castigari, Sot. loc. cit. q. 22. art. 2. Nauar. cons. 5. de sent. excom. & verba D. Bernardi dicentis, Excommunico vos, in muscas, sunt intelligenda pro maledictionibus, idest maledico vos, & imploro diuinum auxilium, vt exeatis ab Ecclesia, quæ muscarū numero impleta erat. Nota quod potest Iudex Ecclesiasticus in causa litis, potest concedere præceptus, vt testes deponant verum coram Iudice laico, Abb. inc. ad nostrū de iur. iur.

Sequitur etiam non posse excō-
4 municari Collegium, Vniuersitatem, Monasterium, Congregationes, & similes, sed opus est, vt determinentur personæ excommunicandæ, c. Romana de sent. excom. in 6. & si feratur, est nulla, & ratio illius textus, ne simul cum nocentibus, puniantur innoxij. Sed vt teneat excomm. contra Collegium, aut Vniuersitatem, & simil. Debet excōmunicans vti talibus verbis, nempè excommunico omnes talis Ciuitatis, vel Collegij, qui fuerunt inobedientes talibus mandatis nostris, & simil. Cou. lib. 2. var. c. 8. nu. 9. Sil. V. excomm. 1. Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2.

Sequitur etiam, infidelem non
5 posse excommunicari, & excommunicat. contra eum latam esse nullam, quia, vt dictum est, non excommunicatur, qui nunquam communicauit cum Ecclesia, c. gaude-

mus

Digitized by Google

mus,de diuort. nam priuatio præsupponit habitum l. decem de verb. oblig. Et si inuenitur aliquando, Infideles posse excommunicari,vt per c.pastoralis de iudic.& c. miserabilis de vsu.intellige indirectè.s.posse,phiberi Christianis,ne cũ ipsis conuersentur.

Sequitur etiam mortuum non
6 posse excommunicari, & ratio est,quia mortui sunt extra forum Ecclesiæ.Syl.in V. excomm. 1. vel quia excom. non ligat, nisi qui est in peccato mortali, & mortuus aut est in Paradiso, & sic sine peccato,aut est in inferno,& quorsum excommunicatio? aut est in Purgatorio,& idem est,quia aĩę in Purgatorio sũt extra culpã, & in gratia Dei.

Potest tamen quis post mortem
7 excommunicari, vel absolui, sed hoc modo videlicèt, eum declarando decessisse excommunicatum, quia hæreticus, vel quia percussor clerici viuens,& dum vixit, ignorabatur,& decessit sine vllo signo contritionis, ita vt non possit participare de suffragijs Ecclesiæ,nec sepeliri in Ecclesia, & requiritur etiam,vt factum sit notorium,quo casu si fuisset sepultus in Ecclesia posset exhumari,& hoc modo, declaratur post mortem quis excommunicatus, quia viuus inciderat in excommunicationem,& ita intellige,quoscumque textus dicentes,mortuos posse excommunicari, vt c.si quis de hæretit. & ibi Abb.& Roman. in sing. 242.

8 Idem dic de absolutione data post mortem, vt intelligatur data post mortem, quia malè fuerat, excommunicatus viuens, & datur mortuo absolutio, quàm merebat viuus,& intellige, etiam si excommunicatus taliter fuisset sepultus,c.à nobis,cl 2. de sentent.excomm. Et hic nota

9 incidere in excommunicationem, qui sepelit in Ecclesia cum sollemnitatibus Ecclesię excommunicatum notoriè, ex clem. 1. de sepult. Sed si

10 fuisset in articulo mortis absolutus, etiam à simplice Sacerdote, & habuit extremam vnctionem, potest sepeliri in Ecclesia, absque alia absolutione,etiam si fuisset excommunicatus excommunicatione Papali,Nauar. c.17.n.228

Digitized by Google

Couarr. in c. alma mat. §. 12 num. 8. & c. Parochiano, de sepult.

Sequitur etiam inferiorem non
11 posse excommunicare suum superiorem, neque parem sibi successorem, neque se ipsũ tamen ipse contraueniendo statutis à se factis pecc. mort. Caiet. 2. 2. q. 96. art. 2. ad 3. quia cogitur vi directiua; si non coactiua, c. digna vox de leg. num. 13. Abb. c. à nobis, el primo de sent. excommu. cap. cùm inferior, de maiorit. & obed. Nauar. c. 27. nu. 13.

12 Per quam sequelam habeas excommunicantẽ, eo ipso ludentes, si ipse ludat, non esse excommunicatos ludentes cum eo, quia videtur cum illis dispensasse, nec esse excõmunicatum ipsummet, quia semper persona excommunicãtis est excepta, habeas ẽt non includi dicta excommunicatione, qui esset par ipsi excommunicati, quia par in †
13 parem non habet imperium, sic nec est ei superior, & hoc procedit, siue excommunicatio fuerit lata per sententiam, aut per statutum, Felyn. c. cum inferior, de maior. & obed. Abb. in c. à nobis, de sent. excommun. el primo, & hoc quando inobediens esset superior, vt Archiepiscopus, Nec habet locum in hoc casu dispositio † textus, c. vlt.
14 de for. comp. quod quis † ratione delicti efficiatur subditus, & sortiatur forum loci. Secus in statuto Archiepiscopi in Synodo Prouinciali sub pœna excommunic. latæ sententiæ, quia tunc in casu, quo non obseruarent, ligat etiam Episcopos Comprouinciales, Nau. cons. 7. de off. ord. Statutum tamen Episcopi non ligat Episcopum successorem, si contraueniat, Nau. c. 27. n. 13. nec clericos, qui cum Episcopo contrauenerunt, Felyn. d. c. cum inferior, Abb. in c. 1. de symonia, & ibi etiam Fœly. Quando tamen Episcopus esset alterius Diœcesis, qui contraueniret, ligaretur, quia diceretur inferior ratione iurisdictionis, Sil. ver. excommu. 4. Abb. in c. 1. de maior. & obedien. Sed si excommunicatio esset Papalis, & Episcopus promulgans contraueniret, tunc ipse, quàm quicunque

alij

alij ligarentur, quia est à superiore.

Sequitur denique ex conditio-
15 nibus requisitis, vt quis possit excommunicari, excommunicandum debere esse subditum excommunicantis, vel ratione delicti, vel domicilij, vel alia ratione, vt excõmunicans habeat iurisdictionem in loco, vbi fert excommunicationem, c. vlt. de constit. in 6. qua ratione non potest Episcopus vnius Diœcesis excommunicare in Diœcesi alterius, quia ibi non habet iurisdictionem, nec subditos. l. 3. de offic. Præs. Posset tamen Episcopus excommunicare sibi non subditum, ratione delicti, aut rei sitæ, aut domicilijs, aut originis, aut beneficij, nam qui forum fortitur, ligatur statutis, c. 1. de foro competen. Sed hoc non procedit contra priuilegiatos, quia licet sint subditi ratione delicti, & cœt. tamen ob eorum priuilegia non possunt excommunicari, vt sunt in aliqua Ciuitate, Religiosi exempti à iurisdictione Episcopi, nec procedit in foro conscientiæ, quia peccans tenetur confiteri proprio Parocho, licèt peccauerit in alterius Diœcesi, Abb. in c. qđ autem de pœn. & remiss.

Nec Episcopus posset excom-
16 municare subditum suum, qui deliquit in Diœcesi alterius, nec facere statutum, qđ ligaret delinquentes extra suam Diœcesim, etiam subditos, vt v. g. adest Beneuenti ædictum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ contra ludentes taxillis clericos, quidam clericus ex hac Ciuitate ludit extra Diœcesim, non ligatur l. final. de iurisd. omn. iudic. Sed posset Præsul Beneuentanus excõmunicare subditos suos, qui extra Diœcesim deliquerunt, si postea muniti non satisfecerint, vel obedierint eorum Præsuli, etiam si essent laici, & hoc rõne noui futuri peccati, non autem præteriti cõmissi extra Diœcesim. Sed extra hunc casum, non posset Præsul Beneuentanus in sua excommunicatione comprehendere subditos suos existentes extra Diœcesim, quia nullo iure potest facere hanc extensionem, & si faceret, nõ

teneret, DD. in c. vt animarũ de const. Nau. c. 27. nu. 222. Couarr. in c. Alma mater 1. p. §. 10. licèt Bart. & alij, sed nõ benè senserint contrarium in l. cunctos populos de Trinita. & Fide Catho. Si tamen quis in hac Ciuitate, vel Diœcesi commisisset delictum, & postea discessisset in alienam Diœcesim, lata contra ipsum excommunicatione, remanet, quocunque ierit, excommunicatus, quia excommunicatio sequitur ipsum, vt vmbra corpus, & lepra leprosum, nõ tamen hic talis esset excommunicatus, si excommunicatio fuisset tantum comminatoria, & nihil vlteriùs factum, sed si ipsum deindè excommunicaret Præsuli, ligaretur excommunicatione, licet extra Diœcesim reperiretur, ratione delicti contracti in hac Ciuitate, vel Diœcesi, Sot. 4. sent. dist. 12. q. 2. art. 2. Ange. V. excommu. 1. licèt alij contrarium senserint, sed verior est opinio Soti, & Angeli.

17 Statutum tamen factum in Concilio Prouinciali sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ligat subditos, tam Archiepiscopi Metropolitani, quàm suffraganeorum, vt si fuisset tale statutum in Prouinciali Synodo Beneuentana, vt quis non iuret falsum, ligarentur, tam subditi huius Ciuitatis, & Diœcesis, quàm subditi tot suffraganeorum latissimæ Prouinciæ, decem, & octo Episcoporum, quæ Prouincia non multum est temporis, cùm erat viginti quinque, & antiquitus triginta duorum Episcoporum suffraganeorum, sed erectis in Metropolitanas, Sypontina, & Capuana Ecclesijs, numerus suffraganeorum diminutus est, vide in hoc proposito ædictum in Synod. Prouincial. Beneuentan. quod ego composui sicut, & Synodum cuius fui Secr. sed ad rem redeamus.

Quia verò supra dictum fuit, ob peccatum mortale, & inobedientiam, vel contumaciam, quæ sunt idem, posse aliquẽ excommunicari, & nemo †
18 debet excommunicari, nisi interueniat vnum, ex his duobus, c. nemo, c. nullus 11. dist. & c. dilect. de sent. excomm. & est comm. sequitur, quod

qui

Digitized by Google

qui non est in peccato mortali, seù inobedientia, & contumacia, non est excommunicatus, vt qui iussus sub pœna excommunicationis, etiam latæ sententiæ, non restituit, quia non est soluendo, sed habet animum, restituendi, si posset, hic non incurrit excõmunicationem in foro conscientiæ, quia non est contumax, aut inobediens, sed in foro exteriori, si factũ ipsius esset notorium, teneretur habere se, vt excommunicatum; & quando esset soluendo, tenetur restituere, Sot. 4. distin. 22. q. 1. art. 2. Syl. V. excom. el primo.

Hinc sequitur, quod si Episco-
19 pus faceret præceptum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nè quis Clericus ludat aliquo ludo licito, licet non deberet Episcopus hoc præceptum facere, tamẽ ludens peccat mort. & pro-
prio inobedientiam posse-
20 excommunicari, nam qui Episcopo non obedierit morte moriatur, c. 2. de major. & obed. Et quamuis excommunicatio non debet ferri, nisi ob maximas, & grauissimas causas, ex Concil. Trid. sessio. vlt. de refor. c. 3. & ad eam tanquam ad vltimum refugium recurrendum sit, vt Nauar. c. 27. nu. 10. tamen si feratur super materia læui, nominatim tenet, vt si dicatur, sit excommunicatus, qui non restituet tali, carolenum vnũ, si habuerit de illius bonis. Sed quando fertur in communi non exprimendo materiam, siue grauem, siue læuem, non intelligitur de materia læui, quæ non inducit peccatum mortale, & tunc non restituentes aliquam rẽ paruam subreptam, non incurrunt excommunicationẽ, licet excommunicatio fuerit fulminata v.g. contra omnes, qui non restituunt bona Domini Abbatis Detij, quia iuxta Sacrorum Canonum dispositionem, tenentur restituere, qui subripuerunt in materia peccati mortalis, quando aliter non fuerit declaratum.

Et quod dictum est de restituẽte, dic de reuelante, quod in materia læui, quando non inducit peccatum mortale, v.g. ablatio acus, calami, pomi, &

simi-

Digitized by Google

similium homini diuiti, quia homini pauperi forsitan esset magna quantitas; non tenetur quis reuelare in monitionibus, & hoc procedit in excõmunicatione tam a iure, quã ab homine.

21 Vt autem cognoscatur † in hoc proposito, quæ sit grauis, & quæ læuis materia, quę inducit, vel non inducit peccatum mortale: Sunt attendendæ circumstantiæ personarum, & temporum, nam furari diuiti paruam materiam est veniale sed furari pauperi, posset esse mort. & in hoc valebit iudicium prudentis Confessarij, consideratis circumstantijs, personæ, & temporis, quia furari acum furæi est veniale, sed si ille non habens aliam amittit mercedem illius diei, non laborando, posset esse mortale respectu amissæ operę, & sic de similibus.

22 Sed regulariter quantitas notabilis in materia furti, tam quo ad diuitem, quo ad pauperem est furtum vnius, vel duorum argenteorum, valoris decem grauorũ, pro vnoquoque, & hęc est communis opinio, Couarr. var. lib. 1. c. 3 num. 17. Nauarr. c. 7. nu. 23. idem consil. 25. de regu. Tolet. super, non furaberis, D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 4. ad 2. & q. 66. ar. 6. Quicquid dicat Sot. lib. 5. de iust. & iur. art. 3. q. 1. & Franc. in c. cum contingat de appell. in 6. & forsitan alij dicentes summam notabilem, tam in pauperę, quam in diuite esse duorum, vel trium aureorum, nam ista sententia præberet ansam fu-

27 randi. Et hic nota, posse in aliqua re considerari valor ipsius ex affectione, licèt ipsa sit minima, quando continet materiam affectionis, vt descriptis magno labore factis, quia ibi consideratur interesse affectionis, & in hoc casu, furtum talium esset mortale, licet res sit minima, Nauarr. c. 17. nu. 2. Idem dic de eo, qui pluribus vicibus paruam quantitatem furatur, cum animo perueniendi ad quantitatem notabilem, c. furtum 14. q. vlt. licet alij dicant, tũc esse mortale. Idem dic, de eo, qui pluribus vicibus furatur paruam quantitatem, etiam sine animo perueniendi ad quantitatem notabilem

Nau.

Digitized by Google

Nau.c.17.num.4. & nu.139 & hoc cum peruenitur ad notabilem quantitatem. Idem dic de pluribus, qui simul furantur, quisque paruam quãtitatem, sed inde notabile damnum infertur proximo, & hoc quando communicato consilio furati sunt, nam tunc peccant mort. tenentur restituere insolidum, & ligantur excommunicatione. Secus, quando non communicato consilio, quia tunc tenetur quis pro rata, sed ligatur excommunicatione, si damnum notabile sequutum est, Couar.var.lib.1. c.3. nu.11. 12. Nauarr. c.17. num.179. Nam tunc incurretur excommunicatio, si fulminaretur propter damnum notabile non propter rei paruitatem. Et hic nota pulchrum, quod quando propter plura peccata venialia, sequitur damnũ notabile proximo, possunt inferentes excommunicari.

QVAESITVM LII.

De forma verborum, quibus exprimitur excommunicatio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non habet certam formam nam quecunque verba exprimentia excõmunicationem sunt forma, quę vt liget debet habere quinque circumst.*

2 *Iudex debet habere intentionem excommunicandi, & non terrendi.*

3 *Vna, vel trina monitio debet præcedere.*

4 *Quando est periculum in mora sufficit vna per trina monitione, qua non præcedente excomm. non ligat.*

5 *Excommunicatio debet ferri in script. & non oretenus, & Iudex hoc non seruans est suspensus.*

6 *Causa etiam communis debet exprimi in sententia aliter est iniusta, & non ligat.*

7 *Requiritur notoria excommunicationis, siue a iure, siue ab homine, alias non dicitur verè excommunicatio.*

8 *Ignorantia, altera est iuris, altera est facti.*

9 *Ignorantia facti est, quando quis scit ius prohibere malum, tamen ipse nescit illud q facit omne malum.*

Digitized by Google

10 *Ignorantia iuris est, quando quis scit factum, sed ignorat ius.*

11 *Ignorantia etiam triplex est, affectata, crassa, & supina, & etiam est quædam inuincibilis, seu probabilis, vt infra remiss. & nu.* 12.

13 *Ignorantia iuris potest considerari dupliciter, vel iuris particularis, vel communis. item, vel iuris communis diuini, vel diuini positiui.*

14 *Quo ad Deum, quis potest excusari, secus quò ad Eccl.*

15 *Excommunicatio non potest fieri pro peccatis præteritis, vel præsentibus quantumuis enormibus.*

16 *In monitorijs solet dici qui furatus est restituat, aliàs excommunicabitur, & tunc qui non restituit excommunicatur.*

17 *Excommunicatio sine vlla monitione non tenet.*

An excommunicatio habeat certam formam verborum, quibus feratur, &c.

1 DIc, quod forma excommunicationis sunt verba, quæ diffinitiuè exprimunt sententiam excommunicationis, vt excommúnicamus tenentes rem alienam, & non restituentes, vel præcipimus sub pœna excommunicationis, vel anathematizamus, Nauarr. c. 17. nu. 17. Hostien. de sent. excomm. Hinc sequitur, quod excommunicatio non habeat certam formam, sed forma ipsius sunt quæcunq; verba exprimentia excommunicationem, quæ forma, vt liget excommunicatio, debet habere quinque circumstantias, prima est, vt tam excommunicans, quàm petens excommunicationem habeat intentionem excommunicandi Secunda, vt pars excommunicãda sit præmonita, siue in vniuersali, siue in particulari. Tertia, vt excommunicatio feratur in scriptis. Quarta, vt in sententia exprimatur causa, Quinta, vt sit publicata.

2 Et quo ad primam circumstantiam necesse est, vt Iudex habeat intentionem excommunicandi, & non terrendi, Abba. in c. 1. de offic. ord. in 6. sic, & pars ad cuius instantiã fertur, Abb. in c. bonæ mem. de sent. excomm. il primo, n.

Digitized by Google

11. Tabien. excomm. 2. ad 10 Naua. c. 27. num. 11. & 12. Hinc sequitur excommunic. non ligare, quos pars excipit vel Iudex ligare non intendit, sed hoc intellige, quo ad forum interius est, nam exterius, qui sic fuerit excommunicatus, debet se habere per excommunicato, quousque constat de contrario, saltem per coniecturas, sed debet in hoc aduertere Iudex, ne excipiat, quem pars non intendit excipere, aliter deciperet partem, & ipse grauiter peccaret, Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. qui etiam in lib. 5. de iustit. & iur. q. 3. art. 1. dicit non præsumi ex parte, ad cuius instantiam fuit fulminata excommunicatio, voluisse comprehendere filios, vel vxores, qui fortè peccauerunt in his, propter quæ excommunicatio petitur, vt quia furati sunt illius bona, & similia.

Quo ad secundam circunstantiam, seù conditionem, sciatur, debere præcedere monitionem vnam, vel trinam cap. constitutionem de sent. exc. 4 in 6. & c. sacro, & quando periculum esset in mora, sufficit vna pro trina, & non præcedente trina, vel vna monitione, excommunicatio non ligat, d. c. sacro, & c. per tuas de sent. excomm. c. statuimus, & c. excommunicatio de sente. excomm. in 6. Et hæc intellige in excomunicatione ab homine, quia in excommunicatus à iure non requiritur monitio, quia ius semper monet, sed requiritur declaratio, q̃ vt in praxi obseruaui, debet præcedere citatio ad dicendũ causam quare, &c.

Quo ad tertiam conditionem 5 sciatur excommunicationem debere ferri in scriptis, & nõ oretenus, c. 1. de sent. excommun. in 6. Et si Iudex non obseruat hunc ordinem est suspensus ab offic.

Quo ad quartam conditionem 6 sciatur esse exprimendã causam excommunicationis in sententia ipsius, aliter est iniusta c. 1. de sent. excomm. in 6. Sed ligat, & Iudex est suspensus, secus si esset priuilegiatus, vt posset excommunicare sine scriptura, & sine expressione causę.

Quo ad quintam conditionem

Digitized by Google

7 sciatur requiri notitiam excommunicationis, siue a iure, siue ab homine, aliàs non dicitur verè excommunicatio, c. vt animarum de testibus in 6. & l. error ff. de iur. & fact. ign. nam ignorantia aliquando excusat.

Et pro intelligentia notandum,
8 quòd in hoc proposito ignorantia est duplex, altera facti, altera iuris. Ignorantia facti est quando quis scit ius prohibere aliquod malum, tamē ipse nescit illud, quod facit esse malum exempli gratia, scio ego inijcientem manus in clericum esse excommunicatum, sed nesciebam esse clericum, quem percussi, quia non gerebat insignia clericatus, vt sunt habitus, & tonsura. hæc ignorantia facti excu-
9 sat ab excommunicatione, c. si verò de sent. excommu.
10 Ignorantia iuris est, quando quis scit factum, sed ignorat ius: puta scit talem esse clericum, sed nescit adesse ius in percutiente ipsum pœna excommunicationis latæ sententiæ, & hæc ignorantia non excusat ab excommunicatione hinc sequitur regula, qd ignorantia facti, & non iuris, excusat.

Sed notandum, quòd siue iuris,
11 siue facti, ignorantia est triplex, quædam affectata, quædam est crassa, & supina, quædam est inuincibilis, seu probabilis, seu iusta, c. Apostolicæ de sent. excommun. Ignorantia affectata, seu crassa est, quando quis potest scire aliquod factum, & non vult scire, Imò procurat ignorare. Ignorantia crassa, & supina, est quando quis ignorat ea, quæ tenentur scire omnes explicitè sub pœna peccati mortalis, vt est scire articulos Fidei, præcepta legis, & orationem Dominicam, vel, vt qui nesciret, nec quærit discere, quæ pertinent ad officium suum, D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. Nauarr. c. 11. n. 18. & hæc ignorantia non excusat ab excommunicatione sicut non excusatur ignorantia, doctor, qui amictit causas cū interesse clientis, nec medicus, qui necat homines, licet ipsi aliàs sint boni viri, & habeant intentionem bonam: quia debet quis scire, quæ sunt eius officij, aliàs est in

Digitized by Google

ſtatu damnationis, & tenetur ad intereſſe, Nau. c. 25. n. 60. & nu. 28. & c. 23. n. 62. Ignorantia inuincibilis eſt, quando quis non tenetur ſcire aliquod, nec poteſt ſcire, adhibita diligentia, quam adhiberent homines eius ſimiles addiſcendum, Nau. c. 23. nu. 26. Et hæc ignorantia inuincibilis, quæ dicitur etiam probabilis, excuſat ab excommunicatione, v.g. quis in aliquo actu verè non recordabatur eſſe prohibitum, quia quadã obliuione captus eſt, vt qui ſciebat talem eſſe clericum, & ſciebat Canonem excommunicantem percuſſores clerici, tamen in actu percuſſionis realiter non aduertit de prohibitione, & excommunicatione hic excuſatur ab excommunicatione, quo ad Deum, ſed quo ad Eccleſiam excommunicatur, & pro tali ſe habere debet, & ſatisfacere Eccleſiæ, & parti læſæ, & quærere abſolutionem. Idem dic de eo, qui legit libros prohibitos, neſciens eſſe tales, vel de hoc non recordatus tempore lectionis.

Et pro pleniori notitia, ſciendũ 12 ignorantiam iuris poſſe conſiderari dupliciter, vel iuris particularis, quando quis ignorat aliquod ius particulare alicuius loci, vel iuris cõmunis, vt ignorare canones Pontificales, Bullas Pontificias, Concilia Generalia, & ſimil. vel ſi loquamur de iure ciuili, ignorare leges communes Imperiales. Tunc dic, qđ ignorantia iuris particularis excuſat ab excommunicatione, etiam ſi quis daret operã rei illicitæ, vt furando bona alterius, neſciens excommunicationem contra furantem illius bona, quia de hac excommunicatione probabiliter non habebat notitiam. Ignorantia verò iuris communis non excuſat, quando eſt affectata, ſed quando eſt inuincibilis, ſeù probabilis excuſat.

Et hic nota, quod ignorantia 13 iuris poteſt conſiderari adhuc dupliciter, vel iuris communis diuini, & hæc non excuſat, vt nemo excuſaretur ob ignorantiam, ſi fornicaretur, vel occideret, nam hoc eſt prohibitum iure diuino communi, quòd debent omnes

nes Christiani scire, vel iuris diuini positiui, & hæc ignorantia, si esset probabilis excusaret ab excommunicatione. Ex quibus diuisionibus poterit Parochus colligere quando ignorantia excuset ab excommunicatione, sed regulariter teneat Parochus,

14 omnes excusationes valere quo ad Deum, nam quo ad Ecclesiam nemo excusaretur quia Ecclesia non iudicat de occultis, & in tali casu debet excommunicatus obedire Ecclesiæ, & satisfacere satisfactionibus exterioribus, quæ ab Ecclesia ei per absolutionem imponerentur, licèt dici posset, quod si imponerentur satisfactiones secretæ, forsan si sine contemptu Ecclesiæ esset, sine peccato posset omittere, sed nihilominus deberet exequi pro eius maiori merito.

Nota hic excommunicationem

15 non posse inferri pro peccatis præteritis, vel præsentibus, quantumuis enormibus, quia vt dictum est excommunicationem debet præcedere trina, vel vna monitio, quæ monitio monet, ne talia peccata quis faciat, hæc, qui monitionem contendit peccat mort. & tunc vti inobediens excommunicatur, & sic semper excommunicatio fertur pro peccato futuro euitando.

16 Hinc in monitorijs solet dici vt qui furatus est, restituat, aliàs excommunicabitur, & tunc, qui non restituit, excõmunicatur, & hæc est communis opinio, licet Caiet. tenuerit contrarium, in 2. 2. q. 69. art. 2. & c. Roman. de sentent. excommu. in 6. & Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2.

Et nota etiam, quòd excommu-

17 nicatio sine vlla monitione non tenet, vide Nauarr. cons. 4. de sent. excomm. & c. 27. num. 11. qui varius est, & dicit valere sine monitione, sed dicendum debere præcedere monitionem, c. nemo Episcoporum 11. q. 3. quæ monitio debet fieri cum interuallo cõueuienti dierum, vel saltem horarum in casu atroci, & peccaret Iudex, non seruando ordinem iuris, licet excõmunicatio teneret, quæ siue iusta, siue iniusta, est timenda, c. 1. 11. q. 3. & c. sacro de sent. excommun. imò Iudex

non

non seruans ordinem, si est Sacerdos est suspensus à celebratione Missæ, c. 1. de sen. excom. in 6.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Finis ob quem debet inferri excommunicatio: est, vt excommunicatus resipiscat à malo.*

2 *Abstinendum est ab excommunicatione, quando præuidetur eam parui faciendam esse.*

3 *Licet aliquando excommunicatio sit mal. est tamen medicinalis.*

Ob quem finem debet inferri excommunicatio?

1 DIc, vt excommunicatus resipiscat à malo, & sequatur bonum, & Ecclesiæ satisfaciat, atque ita finis excommunicationis debet esse medicina spiritualis animæ, c. cum medicinalis de sentent. excommunicat. in 6. & peccat mort. Iudex si ferret excommunicationem malo animo ad occidendum, & non ad sanandum, & secundum hanc doctrinam omnes maledictiones, & alia terribilia, quæ in fulminatione contra excommunicandum adhibentur, sūt & esse debent ad finem salutarem animæ, & secus faciens Iudex malefacit, & est suspensus.

Hic notandum est, abstinendum
2 esse ab excommunicatione, quando præuidetur eam parui faciendam esse, quia tunc esset mortalis, & non medicinalis, vt in furia Populi, & simil. Ita etiam est abstinendū ab excommunicatione, quando esset inferenda pro debito, & scitur debitorem non esse soluendo, quod benè Iudex deberet prægnoscere in determinandis excommunicationibus pro debito.

Et licet, aliquando excommuni-
3 catio sit alicui mortalis, qui eam contemnit, est tamen medicinalis toto corpori mystico Ecclesiæ, quia sanitas est corpori, cum membrum putridum abscinditur, resecatur, vt fit in excommunicato, c. resecādæ 23. q. 4. Et vbi accideret vt excommunicatus contemnat excommunicationem,

per-

permanendo in ea, & nil curando de absolutione, debet Iudex illum absoluere, etiam absentem, ac etiam inuitum, & non petentem, c. Abba. in c. excommunicato de rescrip. in fine, Quia causa finalis excommunicationis debet esse vita, & non mors excomm. quod sequeretur, si indurato animo in excommunicatione persisteret excommunicatus, qui etiam post annum est suspectus leuiter de hæresi, vt per Concil. Trid. Et pars quæ impetraret excommunicationem odio, vt excommunicatus damnetur pecc. mor. Nau. c. 14. num. 24. Nota hic, quod agens mulierem ad ingrediendum Monasterium, quod prohibentur per Concil. Trident. sess. 25. cap. 18. de Regularib. non habet locum illa excommunicatio effectu non sequuto, Say. ex dec. 51. de senten. excommunicat.

QVAESITVM LIV.

De monitorijs ad finem reuelationis, de quibus infra latius.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium est edictum quo quis monetur sub pœna excommunicationis, vt aliquod faceret, vel non facere debeat.*
2 *Monitoria generalia, vel particularia solent fieri vel vt restituatur, vel vt reuel.*
3 *Causæ quibus possunt concedi huiusmodi monitoria plures sunt, vt infra.*

Quid sit monitorium?

1 DIc, quod est ædictum, quo quis monetur sub pœna excommunicationis, vt aliquod faciat, vel non faciat vt restituat, vel reuelet, vel, vt non ingrediatur Monasteriũ, & simil. & potest fieri, vel generale, quando Iudex in ædicto monet omnes, vt restituant, aut reuelent res subtractas, aut deperditas, vel particulare, quando monens dirigit suum monitorium in aliquam personam particularẽ, vt restituat, vel reuelet, sed in hoc monitorio, particulari debet esse clausula iustitiæ, vt infra aliquod tempus congruũ compareat ad allegandum

quic-

Digitized by Google

quicquid, aliàs esset iniustum cap. causam quæ de rescriptis.

Hæc monitoria, siue generalia,
2 siue particularia, solent fieri, vel vt restituatur, vel vt reueletur, vel vt denuncietur impedimentum, vt in matrimonio, vel vt exhibeantur scripturæ, & simil. aliquando et; vt reueletur aliquod Episcopo, vt Iudici, aliquando verò, vt reueletur, vt patri, & bono viro, Nauarr. consil. 6. de accusationibus: Et quando Episcopus recipit denunciationes, vt pater debet prodesse, & non obesse, c. in hoc videtur 22. q. 5. Nau. loc. cit. vbi nota, quòd in aliquo casu tenetur quis denunciare Episcopo, vt patri, licet non teneatur, vt Episcopo, & tunc si ille nollet recipere, vt pater, non tenetur reuelare.

Causæ verò, quibus possunt cõ-
3 cedi huiusmodi monitoria, vel monitiones excommunicationis sunt; vel per inueniẽdis rebus deperditis, & furto subtractis, vel pro supplemento plenè probationis, in defectu testium, vel pro inducẽdis testibus ad reuelandum, qui ob potentiam aduersarij nollent reuelare, vel pro supplendo defectu scripturarum in iudicio necessarium, quia debent Iudices Ecclesiastici, & laici se mutuò iuuare pro veritate, & sic aliquando à laico conceditur bracchium sæculare ecclesiastico Iudici, & aliquando ab Ecclesiastico sęculari Iudici bracchium Ecclesiasticum, conceditur, vt veritas indagetur, Abb. in c. ad nostram de iur. iur. il secõdo, Nauarr. conf. 3. de censibus.

QVAESITVM LV.

SVMMARIVM.

1 *Non tenentur reuelare, qui nõ sunt in peccato, propter quod fertur excommunicatio.*
2 *Contumax præsumptus non est in peccato, licet in contumacia.*
3 *Contumax præsumptus quis dicitur.*
4 *Ad impossibile nemo tenetur.*
5 *Excommunicatio non trahitur ad futura.*
6 *Excusatur a reuelando qui detinet aliena in compensatione*

veri

veri crediti, quod aliàs recuperare non potest.

7 Scientes non tenentur reuelare quando principalis est impotens ad restituendum.

8 Vidua quæ ex bonis mariti aliqua abscondit in compensationem rerum paraphrenalium, vt teneatur ad restitutione, seu reuelatione.

9 Principalis excusetur a monitorio, quod est contra scientes tantum.

10 Arma non sunt sumenda de domo rei.

11 Principalis non tenetur reuelare quando est impotens ad restituendum, vel quando imminet sibi maius periculum famæ, vel honoris num. 12.

13 Nonnulla quo ad monitoria circa ius congrui.

14 Reuelare non tenetur qui ex reuelatione incurreret infamiam.

15 Reuelare non tenentur qui retinent in compensationē seruitiorum.

16 Reuelare non tenentur, qui non possunt probare eorum dictum saltim per vnum testem.

17 Scient. sub sigilli confessionis non tenetur reuelare, etiam si confessio esset inualida.

18 Aduocati causarum non tenentur reuelare secreta suorū clientum, nec procuratores, nec Consultores, &c. vt numer. 19.

20 Decretum, & iuramentum non ligat contra bonos mores.

21 Ad remedium denunciationis Canonicæ, quando est recurrēdum.

22 Denunciatio Canonica, quæ sit in hoc casu, & cui est faciēda nu. 23.

24 Monitorium generale in quibus casibus possit impediri ne expediatur.

25 Excommunicatio, quando sit iniusta, sed valida.

26 Excommunicatio, quando sit iniusta, & inualida, & num. 28.

27 Excommunicationis edictum expirat morte excommunicat. non autem excommun. iam incursa.

Qui non tenentur reuelare, vel excusentur in huiusmodi monitionibus.

1 DIc, quod non tenentur monitorij, qui non sunt in peccato propter quod fer-

tur

tur excommunicatio, quia non sunt in culpa, vt si fit monitorium, vt furatus restituat non tenetur restituere nec furatus, idem dic de similibus, vt est contumax, præsumptus à iure, quia non est in peccato, licet in contumacia, sed præsumptus c. 2. de dolo, & contumacia, sed hoc intellige in foro interiori conscientiæ, nam quo ad Ecclesiam debet se reputare, vt excommunicatum; Et in hoc propositio, præsumptus contumax diceretur, qui monitus sub pœna excommunicationis, vt compareat prohibetur ab aliquo superiore, sub pœna, vt non compareat Huiusmodi impeditus in foro conscientiæ non est excõmunicatus, si fertur contra ipsum excommunicato, sed in foro exteriori P.M. de monitor.

Excusantur etiam ab huiusmodi monitorijs, quando fiunt, vt restituatur, qui non possunt restituere, quia ad impossibile nemo tenetur, & ideo ij non dicuntur contumaces, & inobedientes, Abb. in cap. significante de pigno. num. 3 Sot. 4. sent. distin. 32. art. 2. c. 7. Sed non excusarentur, si possent restituere aliquam tantùm partem, quia tunc tenerentur ad partem, & sic obedire monitorijs, alias est contumax.

Et nota, quod cum quis excusatur ab huiusmodi monitorijs & ab excommun. inde forsitan sequuta, ex impossibilitate, si tamen postea venerit ad pinguiorem fortunam, tenetur restituere, licèt non restituens non ligetur illa excommunicatione iam fulminata, & ratio est, quia excommunicatio non trahitur ad futura cum iam fulminata sit, Tabien in ver. excommunicatio num. 5. Couarr. in c. Alma mat. 1. p. §. 10. nu. 6. contra Sot. loc. ci. Itaque impotens non tenetur monitorijs, nec tenentur reuelare cum non possit restituere.

Excusantur à reuelando, qui detinent aliena, vel surripiunt in compensationem veri crediti, quòd aliàs recuperare non posset, quia in tali casu videtur detinere sua, & non aliena, Sil. V. furtum. Sed in hoc requiritur, vt debitum

Digitized by Google

sit liquidum, & non dubium alias esset quasi furari, requiritur etiam, vt creditum non possit recuperari in iudicio, vel defectu testium, vel potentia aduersarij, vel absentia Iudicis, vel quando expensæ erogandæ superarent rem recuperandam, requiritur et, vt non sequatur scandalum, vel alijs imputetur, vel non sequatur infamia detinentis, vel subripientis, aut periculum propriæ personæ, & denique, vt sit securus in conscientia, vt non putet se peccare ratione detentionis, vel subreptionis, vel, vt nil putet per se faciendum in huiusmodi actione, propter quod putet se peccare. Concurrentibus ergo his circumstantijs excusatur quis à reuelatione, vt supra. Sed contrafaciens peccat non tamen teneretur restituere, nisi plus accepisset nec reuelare, nisi ex non reuelatione ipsius, immineret aliquod malum alicui, cui eo reuelante oblicaretur, Sil. V. furtum nu. 17. Nau. c. 17. n. 104. DD. in c. olim de restit. spol. 7 Et in hoc casu non tenentur reuelare scientes, quia quando principalis non tenetur, vt est impotens ad restituendum, vel detinens pro credito, non tenentur reuelare alij extranei scientes, penes quem illa bona reperiantur, & hoc sequitur, si extranei scientes, verè sciunt, detinentes, vel subripientes, itinere, & subripere, & impotentes, verè esse tales, alias nõ excusarentur.

Ex his infertur, non teneri ad re-
8 stitutionem, seu ad reuelandum illam viduam, quæ ex bonis mariti aliqua sibi abscondit, vel apud aliquam personam deposuit in compensationem rerũ paraphrenalium, dummodò non excedant veram quantitatem, nec tenetur reuelare persona illa depositaria, aut aliæ id verè scientes, viduam accepisse in compensationem. Sed si essent dubbij deberent admonere viduam, vt restituat, sed si hæc esset certa de suo credito excusarentur scientes, Nau. c. 17. n. 175.

Excusantur à monitorijs, vt non
9 teneantur reuelare, etiam principales rei, quando monitorium est contra scientes,

quia

Digitized by Google

quia tunc videtur Iudex voluisse eos excipere. Sed si monitorium fuisset generale cõtra scientes, & tenentes, tunc tenentur etiam principales reuelare, & restituere, & hoc procedit in foro conscientię, nam in foro exteriori, etiam ciuili, principalis non tenetur reuelare suas rationes aduersario, cùm non sint sumenda
10 arma de domo rei, licèt hoc non procedat contra Fiscum pro quo tenetur principalis exhibere scripturas contra se ipsum, Abb. & ibi Felyn. in c. 1. de probat. Et quo ad particulares etiam principalis tenetur reuelare, & exhibere scripturas priuatas, facientes, etiam pro aduersario, secus de scripturis publicis: Nec
11 principalis tenetur reuelare, quando non potest restituere ex paupertate, Abb. in cap. significante de pigno. nu. 3. Nec tenetur principalis reuelare, quando ex reuelatione imminet sibi maius periculũ
12 famæ, vel honoris, quia in tali casu nemo tenetur eum periculo boni maioris, vt animæ vitę, vel honoris reuelare, nec restituere, Felyn. in c. intimauit de testi. & habetur in cap. officij de pœnit. & remiss. per eund. Felyn Tenetur tamen principalis, si sine vllo periculo facere potest, restituere, vel alio modo securiori, præsupp. quod possit.

Hic nota, quod ad monitoria,
13 quæ fiunt pro detegendis fraudibus circa ius congrui allegando fictas donationes, vel permutationes, contrahẽtes teneri, etiam principales rem venditam restituere, & veritatem reuelare pro interesse partis prætendentis, vel cum illa cõcordare, alioquin non excusantur ab excom-
14 municatione. Si tamen reuelando incurreret notam infamiæ, non tenetur reuelare; sed securius est, vt reuelet, qa Iudex Ecclesiasticus cui exhibentur reuelationes non debet dare copiam laico, quando imminet periculum contra reuelantem. Imò in casu probabilis periculi contra reuelantem, si dubitaretur Iudicem Ecclesiasticum, ob malitiam, seù ignorantiam datarum cõpiam Iudici laico, & propterea reuelant timeret suo honori, vel famæ non

Digitized by Google

tenetur reuelare.

Hic nota, quod non tenentur re-
15 uelare, nec restituere, qui ser-
uierunt Præsbytero, vel laico
& aliquod retinent in recom-
pensam seruitij, dummodò q̃
retinent iustum fecit pro mer
cede, & cum quis in articulo
mortis legauit famulo aliquã
quantitatem, & post illius
mortem hæredes, qui promi-
serant soluere, negant, vnde
in foro exteriori non possunt
cogi, nisi ad iurandum, iuxta
l. fin. C. de fideicommiss. &
expediuntur monitoria, te-
nentur hæredes reuelare, &
restituere, Sil. V. testamentũ,
idem dic de fraudante, vltra
dimidium in venditione, qui
de iure ciuili non potest co
gi, nam licitum est contrahen
tibus ad inuicem se decipere,
dummodò fraus non sit vltra
dimidium, & hoc de iure ci-
uili, sed fraudans in hoc casu
tenetur in conscientia restí-
tuere, & maximè si fulmina-
tur excommunicatio, Nauar.
c. venit de iudic. Fely. in c. in-
timata de test.

Excusantur etiam reuelare, qui
16 non possunt probare eorum
dictum, saltem per vnum te
stem oculatim, & qui proba-
re posset, saltem per vnum
testem, tenetur reuelare in
excommunicatione, etiam si
sciret sub sigillo secreti natu-
ralis, etiam iuramento firma-
ti, quia sigillum hoc non obli
gat, sed obligaret ad non re-
uelandum, quando sequere-
tur damnum notabile proxi-
mi, vel contra publicum bo-
num, ita etiam, quando pro-
ximus non posset aliter recu-
perare suum, D. Thom. 2.2.
q. 70. art. 1. ad secundum,
Sil. V. denunciatio, Secus es-
set, si sciret sub sigillo Con-
fessionis sacramentalis, nam
tunc non tenetur reuelare,
17 quia illud † sigillum est de
iure diuino, etiam si confes-
sio non fuisset valida, & du-
rat etiam post mortem pœni-
tentis, Nauar. c. 18. num. 7. &
procedit etiam si fuerit inter-
pres in Confessione Sacra-
mentali, vt interpres non te-
neatur reuelare ad monito-
ria contra scientes, DD. in c.
Sacerdos, de pœnit. & remiss.
dist. 6.

Hinc aduocati † causarum non
18 tenentur reuelare secreta
suorum clientum, nec procu

rato-

Digitized by Google

ratores, nec consultores, nam sunt in hoc ad instar Confessoris, Felyn. in c. 1. de test. cogen. & c. intimauit, & c. cum nullius de test. Sed quando
19 pars non posset alia via habere intentum, tenentur reuelare omnes aduocati procuratores, consultores, domestici, & alij quicunque priuilegiati, præter Confessorem, imò in tali casu, vt ius cuique suum tribuatur, tenetur etiã filius contra patrem, quia se-
20 cretum † & iuramentum nõ ligant contra bonos mores, Nauarr. c. 25. num. 42. nisi tamen ex reuelatione timeretur damnum maioris boni, quia tunc excusarentur huiusmodi, Naua. c. 23. nu. 50. nec tenerentur reuelare, vt supra, quando esset periculum vitę illius, contra quem fit reuelatio, Nauarr. loc. cit. & alij, vt supra, & supra nominati non tenerentur reuelare, nisi sciuerit à fide dignis, nam si intellexerunt pro vicos, & plateas, non dicuntur bene scire, quia scire in hoc proposito, est percipere sensu corporeo, aliter non dicitur scire, glo. in l. 2. §. idem labeo, ff. de acq. plu. arc. Naua. c. 18. num. vlt.

Cum verò res esset ita occulta, vt scientes non possent probare, & per consequens, non tenentur reuelare pars læsa debet relinquere remedium
21 excommunicationis, & † recurrere ad denunciationem Canonicam, Nau. c. nouit. de iud. & sic scientes debent canonicè denunciare. Quæ de-
22 nunciatio † in hoc casu est, vt quis denunciet Prælato tanquam patri, & non tanquã Iudici, Matthe. X. & Prælatus recipiat denunciationem ad aures, & non per scripta, & iudicialiter, & habita prouideat, quantum potest indemnitati proximi, & si qui detinet bona alterius, noluerit restituere, prout Episcopus secretè monuerit, poterit Episcopus fulminare excommunicationem generaliter contra detinentes bona aliena, non autem nominatim.

Hæc denunciatio est facienda
23 Episcopo, tanquam patri, seruato ordine Euangelij, vt prius denuncians moneat detinentem paternè, vt restituat & si non fecerit, adhibeat se-

cum

cum teſtes, & ſi adhuc noluerit reſtituere, dicat Eccleſiæ, ideſt Epiſcopo. Sed hoc non eſt ſeruandum, quando non eſt ſpes emendationis, vel qñ adeſſet periculum corrigentis, vel quando crimen eſſet contra bonum publicum, vt hæreſis, tunc ſtatim facienda eſt denunciatio ſine præuia correptione, D. Tho. 2. 2. q. 7 art. 1. Naua. c. 18. nu. 31. Sot. lib. 5. de iuſtit. & iur. q. 7. artic. 1.

24 Nota hic poſſe † aliquem, qui timet excommunicari, comparire, & impedire, ne expediatur monitorium generale, & hoc in tribus caſibus. Primo, quando monitionem eſſet de re minima, pro qua nõ debet expediri, cap. quamuis ſeſſ. 25. Conc. Trid. Secundo quando lis pendet in iudicio & eſt publicatum in cauſa, quia adeſt periculum ſubornationis teſtium. Tertio, quando lis eſt magnæ quantitatis, ſed poteſt probari per teſtes, vel ſcripturas, quia tunc poteſt impediri, ne expediatur monitor. quia ad hoc remedium eſt confugiendum, tanquam ad vltimum remedium tamen ſi expediatur, eſt timẽdum, quia ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda ſententia Paſtoris.

25 Et hic nota, quod excommunicatio aliquando eſt iniuſta, ſed valida, & eſt defectu partium accidentalium, vt ſi Iudex eſſet ipſe excommunicat. occultè, tunc excommunicatio ab ipſo eſſet iniuſta, ſed timenda, Nau. c. 27. nu. 13. Vel quando continet cauſam iniuſtam, vel non expreſſam in ſententia excommunicationis, vel quando fuiſſet fulminata ſine trina monitione, ſed vnica tantùm in re non vrgẽti, vel quando ex odio, & vindicta, & non ad bonum finẽ fuiſſet fulminata. In omnibus his caſibus eſt iniuſta, ſed valida.

26 Aliquando eſt iniuſta † defectu ſubſtantialium, vt ſi excommunicans non habeat iuriſdictionem in excommunicandum, vt eſt merè laicus, ſine iuriſdictione, ſecus ſi ex delegatione Papæ, Abb. in c. ab ex comm. de reſcript. n. 9. & ſine vlla delegatione, excommunicatio eſt nulla, & excommunicans peccat mort. Idem

dic

Digitized by Google

dic de alijs, qui non habent claues Ecclesiæ, Felyn. in c. dilect. de excep. nec habent iurisdictionem in foro exteriori.

Et hic nota, quod si excommu-
27 nicans habeat iurisdictionem & fecerit ædictum sub pœna excommunicationis, & deindè moriatur, expirat ipsius ædictum, & contrafaciens non incurrit, secus si contra fecerit in vita, & eo excommunicante, & si ædictum fuerit latæ sententiæ, adhuc expirat post mortem ipsius, & contra faciens nō incurrit post mortem, Nau. c. 27. num. 2. intellige de ædicto generali, vel particulari simplici, non autē de Statuto facto in Synodo. Sic etiam expiraret ipsius ædictum, si Episcopus desereret illam Ecclesiam, in qua fecit ædictum.

Dicetur etiam excommunicatio
28 iniusta defectu substantialiū, si fiat contra eum, qui non peccauit mort. vel qui fecit aliquod bonum, vel si contra quem fit non sit persona rationalis viua, Christiana, determinata, inferior, vt supra dictum est, quia si abest vna ex his causa excommunicatio est nulla, & inualida. Ita etiā, si fuit lata sine vlla præcedēti monitione, c. sacro de senten. excomm. Intellige de excommunicatio ab homine. Vel quando excommunicatio nō fuit publicata, tunc est inualida, & nulla, respectu illius, qui ligari poterat, & nullam habuit notitiam verè, nec habere potuit, vel si finis excommunicationis non est medicinalis, sed in odium, est nulla & inualida, & non timenda, quia est inualida, respectu substantialium, sed si esset inualida defectu accidentalium vt dictum est, est timenda, & hæc procedunt in foro interiori, quia in exteriori, siue iusta, siue iniusta, est timenda, quousque declaretur nulla, & ad euitanda scandala, nam si absque declaratione contemneretur, fieret iusta contemnenti ob contemptum.

QVAESITVM LVI.

De malis, quæ proueniunt excommunicatio, ex hac censura, &c.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus est ipse iure priuatus omni actu iudiciario.*
2 *Excommunicatus an possit testari.*
3 *Excommunicatio priuat omnibus suffragijs Ecclesiæ, &c. & nu.4.*
5 *Excommunicatus non potest eligere, nec eligi.*
6 *Excommunicatus si pro annũ perseuerauerit in excommunicatione est suspectus de hæresi.*
7 *Duo clerici simplices rixantes ad inuicem, & se percutiens, qui id per plures confessiones non sunt confessi, an teneantur eas repetere.*

Quæ mala infert excommunicatio ipsi excommunicato?

1 DIc, quod primum malũ est, quod excommunicatus est ipso iure priuatus omni actu iuridico, c. decernimus de iud. & sic non potest esse Iudex, imò nec procurator, nec Aduocatus, nec testis, Abb. & Fęlyn. d. c. decernimus, non potest accusari in vllo foro. Sed posset testari, nisi sit hæreticus, Fælyn. in c. cum voluntate, de sent. excomm. Secundum malum est quod priuat excommunicatum † suffragijs Ecclesiæ communione fidelium, & participatione Sacramentorum actiuè, & passiuè, Hinc Ecclesia non orat pro excommunic. c. à nobis, & c. cum voluntate de sent. excomm. imò aliquãdo orat pro iudæis, & infidelibus, sed numquam pro excommunicato, & si in die veneris orat pro hæreticis, est, quia, quando fuerunt compositæ illæ orationes, non erat lata sententia excommunicationis contra hæreticos, & Schysmaticos, vel dicas, q orat, vt conuertantur, & resipiscant, & vt dictum est, potest orari pro excommunicatis à ministris Ecclesiæ, non vt ministris, sed vt persona priuata, & hoc etiam in missa, in orationibus priuatis, Nau. de hor. cano. c. 19. n. 35. Conarr. alma ma nu. 77. Priuat itaque excommunicatio tot bonis, imò si est clericus, vel Sacerdos, & exercet ordinẽ, fit irregularis, c. 1. de clerico

ex-

Digitized by Google

excomm.celebr.Priuat etiam omni iure actiuo, & passiuo c.postulanti, de sent.excom ita vt excommunicatus non potest eligere, nec eligi, & hoc, tam in dignitate Eccle
5 siastica, quam sæculari, non potest dare vocem in Capitulo,nec recipi potest eius votum, nec potest recipi eius vox in præsentatione iuris patronatus,nec potest ei conferri beneficium, & si conferatur,coll.est nulla, nec facit fructus suos, dum est in excommunicatione, Nau.c.19. nu.221. & c. postulasti de
6 cler.excomm. imò si excommunicatus per annum perseuerauerit in excommunicatione, non petendo absolutionem, est suspectus de hæresi,Concil. Trid. sess. 25.c. quamuis, & in c. Regni Neapolitani sunt statutæ pœnæ contra permanentes in excõmunicatione,siue à iure, siue ab homine,vt si est comes,24 vnc.auri, si Baro 20. si Patricius priuatus 6.& si permanserit per duos annos, pœna duplicetur.

Hic nota,quod non tenetur re
7 petere omnes confessiones factas duo clerici simplices, qui rixantes ad inuicem se percusserunt, & postea pluries confessi sunt,sed nunquã de hac excommunicatione, quia stante eorum bona fide, & ignorantia probabili, excusantur,Nau.c.9.n.3.

QVAESITVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Per verbum OS, quod intelligitur in materia nostra, & quid per verbum* orare *nu.2.*
3 *Audire Missam, vel diuina, quis non potest cum excommunicato.*
4 *Mortuum excommunicatum non licet comitari ad sepulturam.*
5 *Si excommunicatus ingrediatur Ecclesiam,quid agendum, & num.6.*
7 *Audiens missam in eadem Ecclesia vbi est excommunicatus, an dicatur participare cũ excommunicato.*
8 *Existens in Ecclesia vbi est excommunicatus ad alium finem non ad missam audiendã an dicatur communicare cum excommunic. & nu.9.*

Digitized by Google

10 *Per verbum* vale, *quid intelligitur in hac materia.*

11 *Excommunicato quis non debet aperire caput assurgere, &c. vel eum salutantem resalutare, n.* 12

13 *Loquens cum excommunicato cum huiusmodi protestatione,* Io ti parlo in conuertendo, *an excusetur si loquitur de alijs negotijs.*

14 *Per verbum* communio, *quid intelligitur in hac materia.*

15 *Cum excommunicato an licet in eodem Palatio habitare.*

16 *per verbum* mensa, *quid intelligitur in hac materia.*

Quid intelligitur per Communionem, qua priuatur excommunicatus?

Dic intelligi ea, quę comprehenduntur, vel comprehendi possunt sub hoc versiculo.

Os, orare, vale, Communio, mensa negatur.

1 Per *Os*, intellige, quod priuatur excommunicatus colloquio, vt non possit quis cum eo loqui, nec orare, nec salutare, nec comedere cum eo, aliàs incurrit excommunicationem minorem, nec potest scribi ad eum per literas, quæ dicitur etiam loquutio, neq; potest quis cum eo loqui, et per nuncium, c. si aliquando de sent. excomm. Innoc. in c. nuper clement. vlt. de sente. excomm. Non potest amicti excommunicatus ad osculũ pacis, & ad familiares amplexus, nec possunt ab eo accipi donaria, alias incurritur excommunicatio minor, & dona ab excommunicato missa ad aliquem, eo absente, debent eiici per fenestras, vel remitti ad hospitale. D. Ant. 3. p. tit. 2. §. 3. Nauar. loc. cit. & hæc omnia prohibentur fieri cum excõmunicato per vocem *Os*.

Per *orare*, prohibetur, vt quis
2 non possit participare in diuinis cum excommunicato, alias incurrit maiorem, & peccat mort. secus in participatione alicuius horæ, quia ibi incurritur minor, & peccatur
3 venialiter. Itaque † non potest quis audire missam, vel diuina officia cum excommunicato, potest tamen audire concionem, & intellige de

ex-

Digitized by Google

excommunicato notorio, cũ quo non licet, nec audire Euangelium, vel Epistolam, aut horas Canonicas, Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. vlt. Nec
4 licet comitari mortuum excommunicatum ad sepulturã nec illum, ad eam admittere, c. sacris de sepultur. Et hic nota, quod adeo est exosus excommunicatus, vt si ingre-
5 diatur Ecclesiam, & ibi adsit Sacerdos paratus ad celebrãdum, debet monere, vt exeat, & nolente exire debet desistere à celebratione, & reuerti in Sachristiam, si nondum peruenerit, & incœperit canonem, quia tunc deberet sequi missam, licèt aliqui dicãt, quod debet desistere, nisi facta fuerit consecratio, sed est melior prima opinio, sed casu, quo nollet libenter exire excommunicatum, non est expellendus cum scandalo, vt accidit aliquando cum nollens exire excommunicatus, & Parochus vellet eum expellere indutus vestibus Sacerdotalibus fuit percussus cum baculo ab ipso excommunicato, quem in pœnam huius delicti, & forsan aliorũ vidi meritò ad triremes condemnatum.

Imò si omnes alij discesserint, &
6 excommunicatus solus ostinatè persisteret, & nollet exire, adhuc incœpto Canone Missæ, debet Sacerdos, etiam si solus cum clerico sequi missam, non obstante præsentia excommunicati nolentis obstinatè exire, Nau. c. 27. n. 34. Sil. V. excommun. 1. & alij, imò etiam si solus Sacerdos remansisset sine clerico, debet sequi missam. Verùm si Sacerdos data opera, vt gratum faceret excommunicato, coram illo celebraret, peccaret mort. & incurreret in minorem, Imò, secundum aliquos, fieret irregularis per c. Episcoporum de priuile. sed non est verum, quia hæc macula, seu nota, non incurritur nisi in casibus expræssis in iure, incurritur tamen excommunicatio minor, cap. his qui de sent. excom. in 6.

Hic nota, quod si quis audiret
7 missam in eadem Ecclesia, sed satis distans ab excommunicato, quia Templum est spatiosum, vt Templum admirabile Sancti Petri de Vrbe, ve-

Digitized by Google

Sancti Ioannis Lateranensis, vel Templum Ecclesiæ Beneuentanæ, quod amplissimum est, & excommunicatus audiret eandem missam, diceretur participare in diuinis, & incurreret minorem, secus si vnus vni, & alter alteri missæ separatim intenderent, etiam si essent propinqui, ita vt se honeris tangerent, quia non dicitur participare in tali casu quia requiritur, insimul sint in eodem sacro. P.M. Idem dic de diuinis officijs, horis Canonicis, sepulturis, litanijs, & similibus sacris. Sed aduerte, quod non dicetur participare quis in diuinis cum excommunicato, si ille ibi ingrediatur, vel permaneat, dū celebratur missa, non vt audita missam, vt alia diuina officia, sed alium finem, puta, vt ibi dormiat, vel vt latitet à Curia, vel vt ibi negotietur, vel etiam, vt oret, priuatè tamen. & simil. quia participatio consideratur, quando est circa diuina, Nau. loc. cit. Syl. ver. excomm. 5. Inno. c. nulli de sent. excomm. & alij.

t vbi in aliqua Ecclesia spaciosa, & plena populo, vel in aliqua processione longa adesset excommunicatus, quem alter sciret publicum. adhuc diceretur participare cum eo in diuinis quantumuis distās: Caiet. V. excomm. & interueniret cum eo in auditione missæ, vel in processione. Secus si esset in orationibus priuatis, vt quando pulsatur campana pro salutatione Angelica, & simil. quia participatio intelligitur in oratione publica, sicut etiam non incurreretur minor, si quis audiret cum excommunicato lectiones, vel concionem, dūmodo cum eo non loquatur, sed incurreretur, recitando cum eo diuinum officium publicè, quia esset participare in diuinis, Inno. c. nulli de sent. excomm. Sot. lo. cit. Sed si recitaretur priuatè, non incurreretur excommunicatio minor, sed tantum peccare tur, & hic nota excommunicatum ipsum teneri recitare diuinum officium, etiam si esset irregularis, degradatus, suspensus, & interdictus, qđ procedit de alijs quocunque modo obligatis ad diuinum officium, aliàs peccat mortal.

& ra-

Digitized by Google

& ratio est, quia pœna non allcuiat malos ab onere, ad quod tenentur; Debent tamen secretè recitare, c. illud de cler. excomm. celebr. Archid. in c. præsby. de cler. excommun.

Vale, per hanc vocem, non
10 potest quis salutare, nec resalutare excommunicatum, aliàs incurrit excommunicationem minorem, & hoc ad confusionem excommunicati c. qui communicauerit 11. q. 3. Nec potest quis aperire
11 caput, neque assurgere excommunicato, neque capite annuere, nec vultum hilarem illi ostendere, salutandi gratia, nec quæcunque alia signa salutationis, quæ essent apud quoscunque populos cum eo facere. Hinc D. Anton. te-
12 net † non esse resalutandum excommunicatum prius salutantem, sed hæc sententia est contra communem 3. p. titul. 25. c. 2. §. 1. Sed posset ita concordari comm. cum sententia D. Anton. vt liceat resalutare excommunicatum prius salutantem, non animo salutandi, Nau. c. 27. nu. 20. Syl. in ver. excom. n. & cum hac limitatione non incurritur excom. minor, etiam si prior ille non salutasset.

Et hic nota, loquentem cum ex-
13 communicato cum protestatione (vt vulgò fit) *ti parlo in conuertendo*, non excusari à minori excommunicatione si loquatur de alijs negotijs, & nil de salutè excommunicati, sed si admisceret cum monitis de salute, alia negotia, excusaretur.

Communio, per hanc vocem
14 prohibetur † quis contrahere cum excommunicato quocunque contractu, siue ciuili, siue canonico, hinc non licet ei vendere, nec ab eo vendere, nec cum eo societatem facere, nec conferre ei beneficium, nec cum eo in eadem camera cohabitare, Syl. V. excommun. 5. Nauar. c. 23. n. 2. Imo non licet cum excom-
15 municato in eodem palatio habitare, quãdo palatium est vna domus, & commune pretium, tam excommunicato, q̃ alteri, secus esset, si excommunicatus separatim sibi iocasset aliquam cameram, sed si in dicto casu non possit qs expellere excommunicatum

a com-

à communi domo, & ipse sine magno incommodo non posset inde discedere, posset permanere sine incursu minoris, dummodò cum eo nō communicet in vllo actu familiaritatis. Turrecre. in c. ex comm. 11. q 3.

Mensa, per hanc vocem pro 16 hibetur quis, vt non possit eū comedere cū excommunicato in eadem mensa, nec in eodem lecto dormire, sed tñ poterit in diuersis lectis, & mensis, etiam in eadem camera dormire, & comedere, in hospitio seu taberna, & sic est intelligenda hæc prohibitio, & non erit contraria superius dictis, non tamen incurreret, qui daret elemosinam excommuni. 11. q. 3. c. quoniam multos.

QVAESITVM LVIII.

SVMMARIVM.

Participans in diuinis cum excommunicato vltra minorem excommunicat. incurrit etiam peccatum.

Item quandoque incurrit excommunicat. maiorem.

3 *Mulier si est excommunicata, quia concubina habens rem cum ea est excommunicatus maiori excommun.*

4 *Idem in clerico.*

5 *Episcopus si luderat cum clerico quem excommunicauerat ob ludum incurrit excommu. maiorem.*

6 *Nemo potest se ipsum excommunicare.*

7 *Episcopus non potest dare licētia conuersando cum excommunicato sine incursu maioris excommun.*

8 *Qui conuersatur cum excommunicato, etiam extra crimine, sed in contemptum clauiū pecc mort.*

9 *Quem excommun. teneamur euitare.*

An participans cum excommunicato notorio, incurrat aliā pœnam, quàm excommun. minorem, &c.

1 Dic, quod sic. primo, quando participat in diuinis, vltra minorem excō municationem incurrit etiā peccatum mort. aliquando 2 etiam incurrit excommunic. maiorem in tribus casibus,

quando

quando communicat cum excommunicato nominatim à Papa,& incurrit eandem in quà est principalis,& absolutio est reseruata,sicut,& principalis, c. significaui de sent. excommun. sed requiritur ad incurrendam excommunicationem,vt sit clericus,qui participet cum excommunicato nominatim à Papa, & participatio sit in diuinis,& scienter,& sponte,& non ignorãter, seu per vim,& metum, Cou.in c.alma ma.§.3. n.4. Syl.V.excom.n.15. Caiet.V. excomm. c.38. Secundo,incurrit excommun. maior, qñ sententia excommunication. exprimit etiam contra participantes, & communicantes c.statuimus,& c. constitutio, de sent.excomm.in 6.& in hoc requiritur,etiam monitio saltem vna pro trina d.c.constitut.& c.statuimus. Tertio, includitur etiam maior, quãdo quis participat cum excommunicato in crimine criminoso,seu dãnato, propter quod persona illa fuerit excommunicata, vt si mulier † aliqua fuisset excommunicata,quia concubina clerici ille alterius participans cum ea, in actu carnali, incurrit excõmunicationem maiorem. Sed si laicus alter participaret cũ ea non incurreret,nisi minorem, sed quando fuisset excommunicata ob fornicationem, tunc omnes peccantes cum illa,remanerent excommunicati eadem excommunicatione maiori, quia participant in crimine criminoso, Idem esset si dedissent fauorem,consilium, vel auxilium ad concubinatum, quia est participare in crimine criminoso. Et quod dictum est de muliere excommunicata ob fornicationem,dic de clerico proindè crimin. excommun. quia omnes mulieres peccãtes cum eo remanerent excommunicatę ob participationem in crimine criminoso & idem potest dici de quocunque alio excommunicato ob aliquod crimen,quod incurrunt eandem excommunicationem participantes cũ eo in illo crimine P.M. Sot.4 sent.dist.22.q.1.art.4. Abb. in c.si concubinis. Secus esset si quis participaret cum excommunicato quantumuis

pu-

Digitized by Google

publico, sed non in crimine criminoso.

Ex his potest dicere, quod si Epi
5 scopus luderet cum clerico, quem ob talem ludum excommunicauit, incurrat excommunicationem maiorem quia participat in crimine criminoso cum excommun.

Nec obstat, quod nemo pōt
6 se ipsum excommunicare, quia hæc excommun. modo, non est ab eo, sed à iure, quo statutum est incurrere maiorem excommunicationem participantes in crimine criminoso, Abb. in c. nuper, & in c. cum consideret, de senten. excomm. Nau. c. 27. nu. 26. Cou. in c. alma ma. P. M. de excomm. Hinc colligitur Epiſcopum non posse dare licē-
7 tiam conuersando cum excommu. nec posse eum conuersari sine incursu. excom. minoris, vel maioris, vt supra dictum est, & ratio est, quia hoc est à iure supra quo non habet disponere Episcopus, Abb. in c. nullum. & in c. cum consideres de sent. excomm. Hostien. in summ. de senten. excomm. Sil. V. excommu. 5. Posset tamen dispensare

Summus Pontifex, qui est supra ius. Et nota hic, quod qui
8 conuersaretur cum excom. extra crimine criminoso, sed in contemptum clauium peccat mort. Nauar. c. 27. nu. 22. Imò nec excommunicati possunt inter se ipsos conuersari sine incursu peccati, nec cū alij non excommun. vt infra dicetur. Nota etiam, quod post Concilium Constantiēse non tenemur euitare nisi †
9 excommun. publicè per cædulones, & publicos percussores Clericorum: alios etiā si sciamus esse excommun. sed res est occulta, non tenemur euitare, Nau. c. 27. n. 30. & 36. Fælyn. in c. Radulf. de rescript.

QVAESITVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Quando non incurritur excommunicatio per conuersationem cum excomm. propter vtilem.*

2 *Excommunicato an licet petere debitum cum iuramento sibi promissum.*

3 *Excommunicato indigenti an*

licet

licet dare eleemosinam.

4 Debitor an possit soluere excommunicato creditori.

5 Infirmus an propter penuriam medicorum possit vocare medicum excommunicatum.

6 Pauper an possit acceptare eleemosinam ab excommunicato.

7 Sedere quis potest in concione propè excommun.

8 An quis possit communicare cum excommun. in societ. in qua successit.

9 Contractus facti cum excommun. an valeant.

10 Aduocatus an possit dare consilium excomm.

11 Vxor si conuersatur cum excommunicato an incurrat excumm. aliquam.

12 maritus excommunicatus an possit petere debitū ab vxore & nu. 13.

14 Filij obedientes parentibus, vel serui dominis an incurrāt excommun. & nu. 15.

16 Ignorantiæ, an & quando excusset conuersantem cum excomm. & nu. 17. & 18.

19 Inaduertentia an excusset ab incursu excommunicationis loquentem cum excommunicato.

20 Necessitas, an & quando excusset conuersantem cum excommun.

21 Peregrinus fidelis transiens per hæreticos an possit petere elemosinam.

An liceat conuersari cum excōmunicato publico sine incursu excommunicationis, &c.

DIc, quod sic in casibus cōprehensis hoc versiculo declaratis, vt infra.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vtile, per hanc vocem non incurrunt excommunicationē, qui conuersantur cum excō-
1 municato propter vtile, vtpu tà petendo debitum ab eo, c. intelleximus de iudic. vel loquendo ob salutem ipsius excommunicati, etiam ob vti le spirituale ipsius. Hinc sequitur non licere conuersari cum excommunicato ob vtile temporale ipsius, Imò non licet ipsi excommunicato pe-
2 tere debitum, etiam iuramento promissum, vel instrumento. 21. q. 4. in malis promissis non obserues fidem, sed po-
3 terit dari eleemosina excom.

Digitized by Google

municato indigenti, c. quoniam 11.q.3. quo casu poterit etiam debitor soluere excommunicato, Abb. in c. veritatis, de dolo, & contumacia num. 40. Sed extra hunc casū debitor deberet deponere pecuniam debitam penes fidem personam, ne dicatur ex malo proximi sibi bonum, adageri, Syl. Ver. excomm. 5. nu. 21. Abb. in c. inter, de sent. excomm. Posset tamen aliquis infirmus propter penuriam aliorum medicorum vocare medicum excommunicatum ad sui curam, idem dic de aduocato, & alia persona necessaria alicui ministerio vitæ humanæ, Fælyn. c. 1. de iud. Posset etiam pauper accipere elemosinam ab excommunicato diuite, vel si est subditus, potest ad euitandū aliquod malum, quod ei immineret, si non faceret accedere ad illum. Potest etiam quis sedere in concione propè excommunicatum, vel, dū ille priuatim oret, sed non potest illum alloqui, Nauarr. c. 27. num. 26. Potest etiam quis communicare cum excommunicato in societate, in qua ipse successit, secus si ipse contraxisset societatem, & hoc si ex non communione succederet damnum ipsi, secus si succederet damnum ipsi excommun. quia tunc non licet cum eo communicare, c. nos saneborum, & c. veritatis de dolo, & contum. Et nota, quod contractus facti cum excommunicato licet fieri non debeant, & peccatum est, tamen non sunt omninò inualidi, Sylu. V. excomm. 5. n. 17. Sed durante excommunicatione non debent obseruari pacta cum excommunicato. Potest etiam aduocatus dare consilium excommunicato, Abba. in c. proposuit de cler excommun. ministran. sed non pōt extra iudicium, & extra pertinentia ad defensionem ipsius & dummodò foueat iustam causam, sed si aduocatus sciret fouere malam causam, quia in hoc est prohibita defensio, dans consilium incideret in excommunicationem minorem, Imò si defenderet in crimine, propter quod facit excommun. incideret maiorem, sed in alijs casus in

currit

currit minorem, c. nuper de sent. excomm.

Sed non incurreret aduocatus maiorem, nec minorem, si defendit aliquem in causa, in qua postea fuit excommunicatus, si ipsum defendit, vt priùs in iudicio, Abb. d. cap. proposui de clér. excom. ministrante in fine.

Lex, per hanc vocem intellige l. matrimonialem, per quam non incurrit vxor, si cum ma-
11 rito excommunicato conuersetur, & è contra, sed non po-
12 test maritus excommunicatus petere debitum, & è contra, glos. in c. qũ 11. q. 3. licet ipsa glosa teneat contrarium de vxore excommunicata, quod ad virum non excommunicatum, sed melior est sententia, vt pari passu iudicentur, quàm sequitur Rosell. & Sil. V. excomm. 7. & similiter non incurrit inferior, qui est astrictus superiori suo & è contra 21. q. 5. c. de for.
13 sed si excomm. fuisset lata in causa matrimoniali contra contractum matrimonij, eo casu putata vxor, non tenetur obedire marito, nec illi consentire, & si ad inuicem se carnaliter cognoscerent, vterque incurreret excommunicationem maiorem, quia participarent in crimine criminoso, Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. similiter non in-
14 currerent filij, quia tenentur obedire parentibus sic serui, & mancipia dominis, sed intellige de seruis, qui erant in seruitio tempore excommunicationis, non autem de his, qui de nouo postea venissent Nau. c. 27. nu. 26. Sot. 4. dist. 22. q. 1. art. 3. Idem dic de quibusuis subditis erga superiores, siue spirituales, siue temporales, & de dominis,
15 respectu seruorum, & parentibus, respectù filiorum, sub patria potestate, licet aliqui teneant contrarium, Sot. loc. cit. art. 4. D. Thom. distin. 28. ar. 2. Andria. in tract. de clau. in 4 sen. q. 3. & habes, qui intelligantur per vocem *Humile*, nempè serui respectu dominorum, & filij respectu parentum, vt supra dictum est.

Res ignorata, Ignorantia facti
16 probabilis, vt si quis nullo modo sciuit, vel scire potuit, aliquem esse excommun. pu-

Digitized by Google

blicum, excusat à minori, & hoc procedit, etiam si aliquis audierit ab aliqua persona, vel ab amico, cui credere teneretur, adhuc dicitur nescire factum, sed si ignorantia facti non esset probabilis, qa audiuit per famam publicam vel à persona fide digna, aliquem publicè percussisse clericum, non excusaretur à minori, ex ignorantia facti si nó vitaret talem excommun. tã in secreto, quàm in occulto, & hoc procedit, quando est fama de excommun. vel percussione, adeò clara, vt nulla possit tergiuersatione occultari, aliàs non sufficeret fama publica, argum. tex. in c. illud de cler. excommu. ministran. in fama dubia non tenetur qs visitare excommun. in publico, quia esset inferre illi iniuriam, Nau. c. 27. nu. 27. Et hic
17 nota, quod si scio aliquem esse publicè excommun. hic Bencuenti, & postea per longum temporis spatium, puta biennium eum non video, & talis est timoratæ conscientiæ & tempore excommu. anxiè obseruabat, debet præsumi eum esse absolutum, maximè si ita asserat, c. propos. de cle. excomm. ministr. Sylu. in V. excomm. 3. nu. 26. Secus de persona non timoratæ conscientiæ, quia, nisi constat de absolutione, debet semper præsumi excommunicatus, d. c. proposuit, Henriq. in c. cũ consideres nu. 6. de sent. exc. Nau. c. 27. nu. 278.

Ignorantia autem iuris dubbij
18 excusat à minori, vt si quis nesciebat an excommu. esset euitandus, c. cum consideres de sent. excomm. secus esset de ignorantia iuris clari, vt si quis ignoraret esse excomm. frangentem fores Eccl. & simil. V. excomm. 5. num. 4. & in hac ignorantia, etiam excusarentur simplices doli incapaces, mulieres, rustici, & similiter, qui ius hoc probabiliter ignorant, Zabarell. in clemen. 1. de consanguin. & affin. Idem dic de inaduertenti-
19 a, quod excusat ab hac excommun. vt si quis inaduertenter loqueretur cum excommun. nil putans de excõmun. & sciebat illum talem esse excommun. sed eo tempore non aduertit, quia inopinatò venit occasio, & hoc

est

Digitized by Google

est verum, si citra contemptũ Ecclesiæ, Syl. V. excommun. 5. num. 26. & semper intellige in foro conscientiæ.

Necesse. Necessitas, siue tempo-
20 ralis, siue spiritualis excusat, vt quis sine incursu excommun. minoris, possit communicare cum excommu. c. cum voluntate de sent. excomm. & c. qm̃ multos 11. q. 3.

Hinc peregrinus fidelis transiẽs
21 per Terras hæreticorum, posset petere, si indiget eleemosinas ab hæreticis, c. si verè de sent. excomm. & ratio est, quia quærere victum, est de iure diuino, & non conuersari, cum excomm., est de iure positiuo, & quando concurrunt duo præcepta minus maiori cedit, vt in hoc casu. Idem dic de necessitate infirmitatis, quod potest vocari etiam excommunicatus defectu aliorum, vel quia petitior esset excommunicatus, vel iudæus, vel hæreticus, dũmodo non sit periculum subuersionis à veritate fidei, Fę lyn. in c. 1. nu. 3. de iud. Idem dic, quando adesset vnus lectus, qui esset excommun. tũc hac necessitate stante, licebit alijs dormire cum excomm. & sic de similibus. Idem dic, quòd liceret communicare cum eo ad euitandum probabile mortis periculum, & hoc relinquitur arbitrio boni viri ad iudicandum de periculo, Sot. l. c. Idem dic de metu mortis, quòd excusat ab excommunicatione si communis est in temporalibus, vel ẽt si esset in diuinis, vbi immineret periculum mortis, Sylu. V. excommun. 5. q. 4. Nauar. c. 27. num. 93. secus esset, si quis participaret in diuinis ex metu incusso in contemptum clauium, quia tunc debet potiùs mori, quàm participare, imò si participaret, incurreret maiorem excomm. & pec. mort.

QVAESITVM LX.

De malis, quæ infert excomm. minor.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum passiua.*

2 *Participans cum excommun.*

mi-

minori non est excomm. ipse, nec etiam minori.

Quæ mala infert excommun. minor?

1 Dic, quod priuat participatione Sacramentorũ passiua, ideſt, quod excomm. minori excomm. non poteſt recipere Sacramenta, c. ſi celebr. de cler. celeb. mini. & ſi celebraret clericus in hac excomm. peccaret mort. Caiet. V. excomm. minor, Syl. Ver. excomm. 4. ſed non priuat à colloquio fidelium, nec Sacramentorum collatione, nec à communione exteriori in totum, niſi quo ad receptionem Sacramentorum, & regulariter hæc excommunicatio contrahitur participatione cum excomm. publ. & qui
2 participaret cum excommu. minori excommun. non incurrit aliam minorem, quia non tranſit in tertiam perſonam, gl. in c. excellen. 11. q. 3. De iure fertur in octo casibus vide Inno. in c. 1. de ſen. excomm. poteſt etiam ferri à Iudice, ſed hodie non eſt in vſu.

QVAESITVM LXI.

Qui excommunicati ſint euitandi, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommun. quæ ſpecies ſunt euitandi.*
2 *Percuſſor clerici, vt euitari debeat, quæ requiruntur.*
3 *Notorium quid ſit in propoſito noſtro.*
4 *Coactus conuerſari cum excõmunicato metu cadenti inconſtantem virum excuſatur.*
5 *Publicè excomm. debemus vbi cumque vitare.*
6 *Excommunicatio ſequitur excommunicato, ſicut lepra leproſum.*
7 *Publica, & notoria percuſſio clerici, quæ dicatur.*
8 *Percuſſores clericorum ſiue publici, ſiue occulti, &c. non poſſunt cum alijs conuerſari.*
9 *Excommunicatus etiam occultè celebrans ſit irregularis, idem ſi præſtaret auth. celebrandi miſſa nu. 10.*
11 *Excommun. occulti an teneãtur abſtinere à conuerſatione fidelium.*

Digitized by Google

12 *Excommunicatus excusatur a præcepto audiendi missam.*

13 *Excommunicatus ab aliquo Commissario Apostolico ex nō vera causa si est Sacerdos an abstinere debeat.*

14 *Excommun. semel potest iterum excomm.*

An omnes excommunicati sint euitandi?

1 DIc, quod non, sed duæ tantùm species excommun. nempè publicè, & nominatim denuntiati per cædulones, seu scripta quocūq; modo patentia, & publici, & notorij percussores clericorū & hoc ex Constitutione Cōcil. Constans. nam antiquitus omnes excomm. pro quauis causa euitabantur.

Aliqui Summistæ, vt Sylu. Nau. & alij, adhuc volunt esse euitandos quoslibet excomm. notorios, ideſt, quando constat eos esse excommunicatos, sed malè meo iudicio, qa Constitutio Concilij, dumtaxat, extenditur ad dictas duas species excommun. & extensio, quam fecit illius Constitutionis Concilium Basilien-

se, & ad omnes notorios, nō fuit vsu recepta, Nau. c. 21. n. 34. Sylu. V. lex, Nau. iterum, c. 22. nu. 45. Hinc sequitur, quòd exceptis illis duabus speciebus excommun. potest quis cum alijs conuersari, & si sciat eos esse excommun. vel quia non communicauerunt in Paschate contra ædictum generale, vel quia ..., percusserunt clericum, & intellige de euitatione in publico, nam si in secreto, siue infamia illorum, & scandalo fieri posset, deberet euitare etiam occultos excomm. ad eorum confusionem, & adde publicos excommun. esse euitandos, etiam si fuerint non nominatim excommun. sed per nomen officij, vt Abbas talis Monasterij, dummodò eò tempore sit Abbas, q fuit excommun. vel si in Monasterio non essent duo Abbates, qui regerent, quia in tali casu nesciretur, qui esset euitandus, vel si in Collegio essent duo Rectores, primus, & secundus, vide glo. in Clem. vni. de vit. & honest. cler. ver. nominatim.

2 Et quo ad percussorem Cle-

rici

rici, vt euitandus sit, sciatur requiri, vt sit publicus, & notorius percussor, vt nullo modo, seu tergiuersatione occultari possit, Nau. c. 27. nu. 35. Syl. V. excomm. Caiet. eodē V.D. Anton. 3. p. tit. 25. c. 3. §. 1. Couarr. & Canonistæ in c. alma ma. Felyn. in c. Radulf. de rescript. Nec sufficit fama publ. eum esse excommun. vt euitetur ante denuntiationem, sed si esset fama publ. eum esse denuntiatum, & fama haberet ortum à fide dignis, tunc tenetur quis se informare, & interim euitare illum excommun. secus si ortum habuit à persona inimica, vel læui, c. hoc 22. q. 5. & c. non solum 11. q. 3.

3 Et ad sciendum in hoc proposito, quid sit notorium, dicas notorium duobus modis cōsiderari, vel iuris, quando qs confessus est in iudicio, delictum suum, vel quando est conuictus per testes in iudicio, vnde nata est sententia Iudicis contra ipsum, tunc sic excommunicatum est euitandus, quia est notorius iuris, quia per iura innotuit eius delictum, vt qui negabat percussisse clericum, & fuit conuictus per testes. Notorius facti, est qui nullo modo pōt occultare factum, quia fuit coram testibus, & constat toti populo, vel omnibus vicinis, vel omnibus de Parochia de Congregatione, de Collegio, de Monasterio, vel maiori parti eorum, & factum coram maiori parte, intelligitur factum coram sex personis, nam decem personæ faciunt Collegium, Nau. c. 27. num. 33. Sot. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 7. Abb. in c. vestra de cohab. cler. & muli. Sed relinquitur arbitrio boni viri, quæ sit vera facti notorietas, & quando est dubbium de facti notorietate, talis excommunicatus non est euitandus quia pœnæ non debent ampliari.

4 Hic nota, quod excusaretur coactus conuersari cum excōm. metu cadenti in constantem virum, qui metus est, qñ quilibet constans vir timeret, & immineret graue periculū, Nau. c. 27. nu. 36. Sot. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. Inno. in c. si verè de sent excomm. sed nō excusaretur timore leui, vel si

co-

Digitized by Google

cogeretur in contemptum Ecclesiæ, quia tunc potius deberet mori, quàm conuersari. Et nota, quod excommunicatum publicum, vt supra
5 tenemur euitare, vbicumque eum reperimus, etiam si in alio loco nesciatur esse excõmun. si non constat de absolutione, Imò est suspitio parum timoratæ conscientiæ eorum, quia excommun. se-
6 quitur excommunicatũ, sicut lepra leprosum, secus si constaret de absolutione, vel si aliter bona qualitas excom. suaderet. Sed non tenemur euitare excomm. in loco, vbi nescitur, nisi quantum ipsi nobis dixerunt, & hoc in occulto sine detrimento illius fama, Couarr. in c. alma mat. §. 3. Sed non tenemur, nec debemus alijs reuelare, illum esse excomm.

Ad intelligendum autem, quæ
7 sit publica, & notoria percussio Clerici: attendendus est locus, nempè, vt fiat in loco publico populi, & Ciuitatis, nam si facta fuerit in Palatio Regis, vel magni Principis, in quo sunt magnæ personæ coram decem, vel quindecim personis de familia Principis non dicitur publica. Sed si fiat in Clausstro Religiosorũ, vel in Ecclesia, dicetur publica, quia hæc loca sunt publica, respectù tamen Religiosorum, & hoc ex priuilegio loci sacri.

Et hic nota, quod ipsi excom-
8 municati omnes, siuè occulti, siue nominatim denuntiati siue publici percussores clerici non possunt cum alijs cõuersari nisi in casibus permissis, sine incursu peccati mortalis, c. illud de Cler. excommun. ministr. Sil. V. excõmun. 3. num. 3. & excommu-
9 etiam occultè, si celebret, fit irregularis, c. 1. de sent. excõmun. in 6. non constituitur Concilij Constantiens non fuit facta fauore excommun. sed ad remittendos laqueos fidelibus animabus. Imò si ex
10 communicatus præstaret authoritatem Celebrationi Missæ, esset irregularis, vt esset Episcopus, etiam occultè excommunicatus, qui mandaret coram se celebrari, c. illud de cler. excomm. celebr. in 6. secus, si dubitaret dubbio probabili, se esse excommunica-

Digitized by Google

tum, vel si crederet se fuisse absolutum, quia tunc celebratio inducit irregularitatem, cùm est cum peccato mortali, at qui celebrat credens se fuisse absolutum, non peccat mortal. propria non incurrit irregularit. Nau. lib. 5. consil. de sent. excommu. consil. 18. num. 3. glo. in c. pen. de sent. excomm. in 6. Abb. in cap. Pastoralis de appellation. §. verùm,

Ipsi verò excommunicati occulti, an teneantur abstinere a conuersatione fidelium cum eorum infamia, aliqui dicunt, non teneri quo ad temporalia, sed teneri quo ad spiritualia, nec ad enitandum scandalum eis licere conuersari, Couarr. in c. alma mat. §. 2. nu. 2. sed alij tenent, se imminet periculum maximæ infamię proximi, vel maximi scandali, vt qui occidit alium, & nisi celebret, vt solet, detegitur eius crimen, & simil. posse sine irregularitate celebrare, quia præceptum de conseruanda fama est de iure diuino, sed de non celebrando, vel communicando cum his impedimentis, de iure positiuo, quod cedit diuino, Nauar. cap. 27. num. 239. & hæc est melior sententia, saluo meliori iudicio. 11

Et cum excommunicatus non possit conuersari cum alijs, vt dictum est, nec cum alio excõmunicato, non potest etiam, stante quæcunque maxima sollemnitate audire missam, & in hoc excusatur à præcepto, quia est ei impossibile, l. impossibilium de regul. iuris in 6. Nauarr. c. 27. nu. 3. Imò, nec potest audire missam per fenestram longè extra Ecclesiam, nec ex eodem loco põt interesse diuinis, aliàs peccat grauissimè mortaliter, Innoc. in c. nuper de sent. excom. & habetur in c. quod in te de pœn. & remiss. 12

Excommunicatus verò à Commissario aliquo Apostolico, vel alio quocunque habente iurisdictionem, quia ex depositione falsorum testium probatum est eum detinere bona pertinentia ad Reuerendã Cameram Apostolicam, vel ad alium locum pium, cum re vera non possideat, in publico hic talis si est Sacerdos, debet abstinere propter scan- 13

dalum

dalum, ne videatur contende re, sed in loco secreto, & vbi nesciretur eum esse excom. posset sine irregularitate celebrare, Sot. 4. sentēt. dist. 22. q. 1. art. 3. idem dic de laico,
4 Et aduerte, quod semel excommunicatus potest iterum excommunicari, & sępiùs, si ita eius demeritum, & pertinacia requirunt, & hoc ad maiorem eius confusionem, & vt impetrandæ absolutionis consolatio difficilior ei reddatur, imò, qui à Papa fuerit excommun. poterit etiam ab Episcopo, & alijs habentibus iurisdictionem toties quoties causa requirit excommunic. nec obstat regula, vbi maior, minor cędit, Syl. in V. excom. nu. 3. gl. in c. ita quorundam de iud.

QVAESITVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Cuius est ligare eius est soluere.*
2 *Distinctio super generali quæstione, & nu. 3. & 4.*

A quo possit dari absolutio ab excommunicatione?

Dic regulariter, posse dari ab eo, qui eam inferre potuit, nam cuius est ligare
1 est etiam soluere, l. nemo, qui §. de reg. iur. licet aliquando potest quis ligare, & non soluere, vt in excommunicatione incendiariorum, cuius absolutio est reseruata Papæ, &c. tua nos de sent. excom.

Et pro intelligentia notandum,
2 quod aut excommunicatio est à iure, aut ab homine, aut neutro modo, vt in excōmunicatus in Synodis Diœcesanis, vel Prouincialibus. & excommunicatio à iure, aut est reseruata, & tunc nemo pōt absoluere, nisi ille, cui est reseruata, vel de eius commissione, vt de absolutione ab excommunicatione ob enormem Clerici percussionem, quæ est reseruata PP. & ab hac nemo potest absoluere, nisi Summus Pontifex, vel de eius commissione, Aut non est reseruata, & potest Episcopus absoluere, quia Pontifex, cùm non reseruat, videtur cō cedere Episcopo, c. nuper de

Digitized by Google

sent. excommun. Nau. c. 27. num. 29.

Si autem excommun. est ab ho-
3 mine, aut est reseruata ei, à quo lata est, & tunc non pôt ab alio absolui, nisi ab eo, & hoc in Summo Pontifice, secus in inferioribus habentibus iurisdictionem. Aut non est reseruata, & hæc, vel est specialis, vel generalis. Specialis, cum Episcopus, vel alter, aliquem excommunicat ob talem, vel talem causam: Generalis, quando generaliter excommunicat omnes, qui illa, vel hæc commiserũt, non expressa persona: Tunc dic, quod excommun. specialis lata ab homine, non potest absolui, nisi ab eo, qui eã promulgauit, vel à successore, vel à Superiore Archiepiscopo per vim appellationis, vel grauaminis, qui nec posset aliter dare absolutionem, ad cautelam, c. per tuas de sent. excommun. Sed si excommun.
4 fuit generalis, v.g. contra concubinarios, vel vsurarios, tunc poterit hanc excommunicat. absoluere, & qui tulit illam, & eius successor, & eius Superior absque remedio appellationis, ac etiam quilibet alius Episcopus etiam alterius Diœcesis, dummodò non fuerit deducta in iudicio, & fuerit satisfactum parti læsæ; & ex hoc nullum præiudicium infertur proprio Episcopo. Et ratio est, quia qui potest absoluere ab excommunicatione à iure non reseruata, pôt etiam absoluere ab excommunicatione ab homine generaliter lata, non reseruata, Nau. c. 27. nu. 48. Syl. V. absolut. 1 Felyn. in c. pastoralis de offi. ord.

QVAESITVM LXIII.

De absolutione excommunicati in articulo mortis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quilibet etiam non approbatus ad confessionem, potest absoluere à quacunque excommunicatione in articulo mortis.*

2 *Ordo, qui obseruentur in absolutione ab excomm. in articulo mortis.*

3 *Absolutio in articulo mortis, sub qua conditione detur.*

4 *In*

Digitized by Google

4 *In articulo mortis quis dicatur esse in proposito nostro, & num. 6.*

5 *Absolutus in articulo mortis à casibus Episcopalibus, vel censuris Bullæ Cœnæ ad quid tenetur.*

7 *Absolutio excommunicationis minoris extra casum necessitatis à quo detur.*

8 *Episcopus potest sibi reseruare absolutionem excommunicationis minoris non tamen debet.*

9 *Episcopus an possit absoluere suum subditum existentem in aliena Diœcesi.*

10 *Excommunicatus licet creditori, vel clerico percusso satisfecerit indicet tamen absolutione.*

11 *Sententia condemnatoria vbi præcessit debet subsequi absolutoria.*

12 *Absolutio excommunicationis Papalis non reseruata potest dari ab Episcopo territorij delicti.*

An quilibet Sacerdos possit absoluere excommunicatum in articulo mortis?

1 Dic, quod quilibet Sacerdos, etiam non approbatus ad confessiones, potest absoluere à quacumque excommunicatione, siue à iure, siue ab homine, siue reseruata, siue non reseruata, siue Episcopali, siue Papali, siue à quouis altero habente iurisdictionem lata, dummodò non absit præsentia Iudicis competentis, nam tunc peccaret simplex Sacerdos absoluens.

Et in hoc casu debet obseruari †
2 ordo, vt absoluat Superior, si adest, vel ab eo delegatus, si minus Parochus, & in absentia Parochi, alius Confessor approbatus, & deficientibus omnibus, tunc poterit absoluere quilibet Sacerdos ab omnibus censuris, & peccatis, Nau. c. 26. n. 26. Abb. in c. 1. & in c. Monaci, de sent. excō. Ang. absol. 3

Et quando hæc absolutio in ar-
3 ticulo mortis datur ab alio, q̃ a proprio Iudice debet dari sub conditione, vt si infirmus conualuerit, debeat accedere ad superiorem, à quo poterat absolui sanus ad obtinendā absolutionem, & ad offeren-

dam

dam illi satisfactionem. Et si in danda absolutione in articulo mortis, Sacerdos non meminit, poterit postea, si recordetur infirmum conualescentem; quod si facere neglexerit sic absolutus reincidit in eandem excommunicationē, vel similem, c. eos de senten. excomm. in 6. secus de peccatis, quia non tenetur adire superiorem, vt dictum est.

Et in articulo mortis in hoc pro-
4 posito dicitur esse, qui graui infirmitate tenetur, vel graui vulnere percussus est, de cuius morte probabiliter timetur.

Et nota, quod qui fuit absolu-
5 tus in articulo mortis à casibus Episcopalibus, vel censuris Bullæ Cœnæ, vel alijs, post conualescentiam, tenetur petere absolutionem à censuris, vbi annexa est, & non à peccatis, & quo ad casus Bullę Cęnæ, tenetur petere absolutionem, quia omnes illicanis habent annexam excommunicationem. Vndè data absolutione à censuris in illis casib⁹, casus non remanent reseruati quia sunt reseruati ratione cē suræ annexæ, & hoc mente tenendum est.

De periculo verò mortis ꝛ dic idem, quod dictum est in articulo mortis, quando periculum est præsentaneum, seu propinquum. & in periculo
6 mortis dicitur esse, qui est in aduersa tempestate maris, vel periculoso belli conflicto, vel mulier, quæ primæ parit, vel quæ difficilem habet, vel solet habere partum, Nauar. c. 25. nu. 272. per text. in c. eos, de sent. excomm. in 6. licèt Cou. in c. alma mat. §. 10. & seqq. sentiat contrariam cum Soto sed melior est prima opinio.

Absolutio verò excommunica-
7 tionis minoris extra casum necessitatis, secundum veriorem opinionem, non potest dare quilibet Sacerdos, sed requiritur, vt sit approbatus ad confessiones. DD. in c. nuper de sent. excomm. Sot. dist. 27. q. 2. art. 3. licet alij aliter sentiant, sed malè, in casu necessitatis, ideſt articulo, vel periculo mortis, poterit quilibet Sacerdos absol.

Sed notandum, quod quando
8 Episcopus, (quod facere non deberet) reseruasset sibi absolutionem excōmunicationis

mi-

minoris, quod facere potest, vt si reseruasset sibi absolutionem colloquentium cum excommunicato, tunc extra casum necessitatis esset absoluenda à Iudice competenti.

9 Et notandum etiam Episcopum non posse absoluere suum subditum excommunicatum existentem in aliena Diœcesi, si excommunicatio fuerit publica, sed si fuerit secreta, & pars remisit, potest, quia non requiritur iudicium contentiosum, sed voluntariũ Nau. c. 27. nu. 39. & 47.

Hic notandum pro rudibus, qđ

10 qui fuit excommunicatus, vel ob debitum, vel quia percussit clericum, si soluit debitum, & satisfecit clerico, itaut ei fecerit remissionem adhuc indiget absolutione, DD. in c. cum desideres, Felin. & Ripa in c. 1. de iud. & ratio est,

11 quod vbi præcessit sententia condemnatoria, debet subsequi absolutoria, præterea, qui offendit Clericum, offendit, & Episcopum, cui ęt satisfaciẽdum est, vt absolui possit ab excommunicatione in quam incidisse, fuit declaratus. Secus esset in casu secreto, quia tunc non videretur læsus Episcopus, & sufficeret ad habendam absolutionem remissio clerici offensis, & sic currit Praxis. Absolutio excommu-

12 nicationis Papalis non reseruatæ potest dari ab Episcopo in cuius territorio reperitur deliquisse excommunicatus, & à proprio Ordinario.

QVAESITVM LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos excommunicatus interdictos, an possit absoluere in articulo mortis, & quid de schysmatico, vel hæretico n. 2.*

3 *Absolutus sub conditione reincidentiæ reincidit statim absque declaratione, in casu non adimpletæ conditionis.*

4 *Absolutio ad cautelam quibus in casibus detur.*

An Sacerdos excommunicatus possit absoluere in articulo mortis, aut suspensus, irregularis, vel interdictus?

1 DIc, quòd sic, in absentia aliorum habilium, licet alij negent, quorum opinio

non

Digitized by Google

non est tenenda reprobata à Nau.c.27.n.272. & ratio est quia huiusmodi pœnæ,& cēsuræ non tollunt facultatem concessam à iure in hoc casu cuilibet Sacerdoti fouere periclitantium,Sot.in 4.dist.27 art.4.Cou.alma ma. §.11.

2 De schysmatico,vel hæretico sacerdote, secundum communem opinionem, dic,non posse,& ratio diuersitatis est, qa excommun. sunt Cattholici, & licet membra abscissa, sunt tamen in gremio Ecclesiæ,secus verò sunt hæretici.

Aliqui dixerunt,posse etiam hæreticos,vel schysmaticos, per verba Conc.Trid.sess.14.c.2. vbi habetur,quod quilibet sacerdos possit absoluere in articulo mortis,& idcò non esse restringendam facultatem, quæ est fauore periclitantiū, sed potius esse faciendam latam interprætationem, tanquam rei fauorabilis. Quam sententiam possumus intelligere procedere, dummodò illi intelligant facere, quod facit Ecclesia,nec inducere errorem.

3 Nota hic absolutum sub conditione reincidentiæ, si infra certum tempus non satisfecerit creditori,eo lapso, si nō satisfecit, reincidit statim absque alia declaratione,Ripa in c.1.de iud.Cou.lo.cit.Idē dic de absoluto cum conditione ad aliquod faciendum, puta ad testificandum in aliqua causa,nam finito actu testificationis, statim reincidit in eandem excommunicationem, Felyn.in c.pastoralis de off.ord.n.13.& in c.ad Apostol.de except.

4 Nota insuper absolutionem ad cautelam,non posse dari, nisi in excommu. ab homine,non autem à iure, nisi fuerit dubium in iure,quia excommu. à iure non potest absolui ad cautelam,nisi ab habente potestatem illam absoluendi in totum. Sed quando fuerit dubium iuris,vel facti, an qs inciderit,vel non in Canonē, tunc datur ab Ordinatio absolutio ad cautelam, Felin.in c. solet,de sent.excomm. Hinc sequitur,Episcopum in excōmunicat. Papalibus reseruat. non posse dare absolutionem ad cautelam,nisi esset dubiū, an quis incidisset,vel non.

De

Digitized by Google

QVAESITVM LXV.

De modo absolutionis ab excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Absoluendo ab excommunicatione est præstandum iuramẽtum de parendo mandatis, &c.*
2 *Mandatus pluribus excommunicationibus indiget pluribus absolutionibus.*
3 *Absolutio data ex falsa causa, an valet.*
4 *Absoluens ab excommun. an teneatur seruare certam formam.*

An in danda absolutione ab excommunicatione sit obseruãdum aliquod?

1 DIc quod sic, primum est vt detur iuramentum de parendo mandatis Sanctæ Matris Ecclesiæ, c. de cœtero c. cum desideres, & c. ex more de sent. excomm. Secundum, vt fiat satisfactio parti læsæ, vel realis, vel fideiussoria, vel pignoratitia, vel detur iuratoria cautio. Tertium, vt detur publicè, vt publica fuit excommunicatio coram Notario, & testibus in facie Ecclesiæ cum percussione virgæ, & Psalmo Miserere, &c. cum denudatione humeri, sed hoc posset omitti in mulieribus, Abb. d. c. cum desideres, Naua. c. 26. nu. 309. Quartum, vt in absolutione non seruetur forma sacramentalis, sed per æquipollentia verba, nam sacramẽtalis forma non datur, nisi circa peccata, Nau. lo. cit. nu. 8. & 9. & hæc forma requiritur in absolutione publ.

Et notandum, quod innodatus pluribus excommun. indiget pluribus absolutionibus, si absoluens non habet omnimodam potestatem absoluendi, c. cum pro causa, & c. officij, de sent. excomm. sed habens omnimodam potestatem, potest vnica absolutione plures absoluere excomm. imò vnico verbo nempè, Absoluote, quæ est forma absolutionis sacramentalis, potest absoluere à peccatis & à censuris, si ita intendit, Naua. c. 25. nu. 8. & 9. Sed absolutio data 3 ex falsa causa, puta, quia satisfeciſti, & non est verum, non

Digitized by Google

valet, quo ad forum exteriorem, si eo deducta erat, sed valet, quo ad forum interiorem, Nau. consil. 23. de pœnit. & remiss. & absolutio ab excommun. potest dari absenti, etiam per literas, & inuito, qa est pœna, quæ potest infligi, vel tolli ab habente potestatem, Abba. in c. Apostolica de cler. excomm. ministr. nu. 3. & in c. ab excommun. de rescri. D. Thom. 4. dist. 18. q. 2. art. vlt. Cagnol. in reg. inuitus de reg. iur. & hoc procedit quò ad spiritualia fauore animæ, nam quò ad temporalia, beneficia non conferuntur in inuitum, l. inuitus ff. de reg. iur. P. M. secus dicendum est in absolutione à peccatis, vt dictum est. Et in absolutione excommunicationis absoluēs
4 licèt non teneatur obseruare certam formam, quia forma absolutionis ab excommun. non habet certa verba, tamen debet vti verbis significantibus absolutionem à censura, & vnionem cum S. M. E. vt Absoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurristi ob talem causam, vel libero te, & simi. & restituo te vnioni Fidelium, & simil. sed absoluens debet se in hoc conformare cum Ritualibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, vel Eccl. Episcopalis, intellige in foro conscientiæ, quia in foro exteriori aliter obseruatur.

QVAESITVM LXVI.

De excommunicatione ob Clerici percussionem, & de praxi in eius absolutione.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur, vt incurratur excommunicatio propter clerici percussionem.*
2 *Qui clericum percusserit iocosè non incurrit excommunicationem.*
3 *Percutiens clericum non ex animi deliberatione, sed subita ira præoccupatus excusatur ab excommun.*
4 *Percutiens clericum ob defensionem proximi excusatur.*
Idem si ex casu fortuito.
5 *Percutiens clericum pro defensione vitæ non incurrit excommunicat. & qui de causa honoris nu. 6.*

7 Per-

Digitized by Google

7 *Percutiens clericum ex causa libidinis, quando excusetur.*

Quomodo incurritur hæc excommunicatio?

1 DIc, quod incurritur ob Clerici percussionem, etiam per alium, concurrentibus quatuor copulatiuè. Primum est, vt sit injectio manus. Secundum, vt sequatur effectus, nam non sufficit affectus. Tertium, vt injectio fiat, Diabolo suadente, idest cum animo malo iniuriandi. Quartum, vt injectio sit talis, quæ constituat peccatū mor. vt videre est, hæc ora in c. si quis suadente 17.q.4.

Hinc colligitur non incurrere

2 hanc excommunicationem, qui iocosè percusserit Clericum, vel Monacum, nam in hoc proposito sub Clerici vocabulo, etiam monacus comprænditur, sed si iocus peruenisset ad iram, & durante ea, fieret percussio, incurreretur. Colligitur etiam percu-

3 tientem, non exanimi deliberatione, sed subita ira præoccupatum, excusari ab excommunicatione, in perfectione actus, Caiet. V. excom. 2. Turrecre. super c. si quis suadente, Nau. idem confirmat, quādo actus fuit repētinus, c. 27. num. 80. Collige etiam, non incurrere, qui percutit Clericum in defensione proximi,

4 retrahendo proximum ab iniuria Clerici, quia tunc non Diabolus, sed charitas suadet etiam si Clericus in terram caderet, Nau. de sent. excom. cons. 36. & 39. nec incurrere, qui percusserit casu fortuito, etiam si interuenisset lata culpa, vt ejiciendo tegulas de domo in viam publicam, quia licet committatur p.m.; non tamen incurritur hæc excom. quia factum hoc non fuit directum iniuriam Clerici, sed forus exterior punit hanc inaduertentiam, nec incurrere percutientem ad correctionē vel ad disciplinam, dummodò nō excedat modum, quia nullum interuenit peccatum, nec iniuria, c. 1. & c. ex tenore de sent. excommun. & c. cum voluntate eod. tit. Colligitur

5 etiam non incurrere percutientem pro defensione vitæ, dummodò sit cum moderamine inculpatæ tutelæ, d. c.

Digitized by Google

ex tenore, & Clem. si furiosus de homic. nec incurrere, qui percusserit causa honoris, puta Clericum turpiter inuentum cum filia, sorore, matre, vel vxore, nam in his tantum quatuor personis non incurritur, c. si verò de sent. excomm. & procedit non solùm si Clericus, vel Monacus fuerit inuentus infraganti crimine, sed etiam in actibus proximis, vt osculis, amplexibus, & simil. aut etiam in colloquo suspecto, & secreto, Nauarr. c. 27. n. 84. pro quo facit lex, quod ait, lex, quem ff. ad l. iu. de adult. imò procedit etiam si Clericus turpiter infestet puerum pro nefanda libidine imò procedit, vt non incurratur in percussione Clerici inuenti cum filiam, etiam illegitima, Nau. lo. ci. & vt non incurratur pro defensione honoris, Cou. 2. p. de sent. excō mu. c. 2. §. 7. & in c. si verò de sent. excom.

Sed aduerte, quod vt non incur-
7 ratur in casu libidinis cum filia, sorore, matre, vxore, & puero, requiritur, vt percussio fiat incontinenti, non aūt ex tractu temporis, l. quod ait lex, §. vltim. de adulter. Nauarr. cap. 25. num. 84.

QVAESITVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Violenta manū iniectio, quid importet.*
2 *Euaginans ensem, vt percutiat clericum, sed impeditus non voluit percutere an sit excommun.*
3 *Manuum iniectio continet omnem iniuriam ab homine, siue per manus, siue per bracchia, siue per pedes, &c.*
4 *Percutiens vnica percussione plures clericos an plures incurrat excomm.*
5 *Percutiens vnum clericum pluribus percussionibus vnam incurrit excommun. nisi diuersis temporibus.*
6 *Mandans, consulens, hortans, &c. percuti clericum, an sit excomm. & nu. 7.*

Quid importet violenta manuū iniectio, diabolo suadente?

1 DIc, importare ex ira, actum completum, ita vt non sufficiat conatus, & malus animus, sed sequatur contactus personæ Clerici,

Digitized by Google vel

vel illi adhærentium, vt vestium, etiam extremum fimbriæ, vel æqui in quo Clericus æquitet, secus si percuteretur æqui propè Clericum, vel si ira non fuerit, diabolo suadente, sed ex primo motu Sil. V. excomm. 6. sed incurreretur, si percuteretur lectica, vel sella gestatoria, vel sella stabilis, vbi ipse Clericus sederet. Hinc sequitur non in-
2 currere, qui euaginato ense vellet percutere Clericum, sed impeditus per interpositas personas, non valet, sed incurreret, vel aliquantulum tetigisset personam Clerici, vel illi adhærentium, ita etiam incurreret, qui ejceret è capite Clerici biretum, vel pileum, quia noluit illum salutare, vel resalutare, arg. tex. in l. etiam ff. ad leg. aquil. Ita ēt incurreret, qui teneret Clericum dicendo, si non esses Clericus, facerem, vel dicerem, comminando, Tabien. V. excomm. 5. num. 21. & per ma-
3 nuum iniectio venit omnis iniuria ab homine, siue per brachcia, siue per manus, siue per pedes, siue per alias partes corporis, siue per spu-

ta, siue immediatè ab ipso homine, siue mediatè, vel imitando in ipsum canes, vel impellendo æquum in ipsum, aut aliud animal, vel ejiciendo eum ex æquo, & simil. & Canon nominauit manum, tanquam organum organorum, Nau. c. 27. n. 77. dicitur injectio manus, incussio cubito, injectio Chyrotecè, vel pilei, vel bireti in personam vel adhærentia Clerici, dummodò tangant adhærentia, vel personam, sic etiam percussio æqui super quo est Clericus, sic etiam immissio aquę vini, vel alterius liquoris in personam Clerici, sic etiam extractio per vim alicuius de manu Clerici inducit excom. Nau. l. c. sic etiam incurreret retinens per habenas æquum Clerici iniuriandi causa.

Et hic notandum, percutientem
4 vnica percussione plures clericos incurrere tot excomm. quot sunt Clerici, Nau. c. 26. nu. 16. & 18. c. 20. num. 212.
Sed qui percussit pluribus
5 ictibus continuatis vnum Clericum, vnam tantùm incurrit excomm. quia iniuria fuit facta in vnico insultu, & vna

cen-

Digitized by Google

censetur manuum iniectio; Sed si insultus, & ictus fuerint diuersis temporibus, tũc tot incurruntur excommun. vel toties, quot fuerunt insultus, & impetus, vt si Clericus euasit è manibus insultantis in vno loco, & ille in alium, vel in alium locum, insequatur, & percutiet, Abb. in cap. contingit, il primo, de sente. excomm. nu. 8. Ioan. Andr. in reg. delictum, de reg. Iu. in 6.

Incurritur etiam hæc excomm. si quis non per se, sed per alium percutit, quia textus ille extenditur ad mandantem
6 consulentem, hortãtem, cooperantem, & quomodolibet authorizantem factum; dum modo tamen fuerit sequutus effectus, aliàs mandans, & mãdatarius consulens, & consultus, & alij non incurrerent, sed sequto effectu, oẽs incurrerent in excommun. & non sequuto effectu, incurrerent in pec. mortal. solùm, & dummodo auxilium, consilium, & mandatum, & alia fuerint causa efficax, ita vt per illa percutiens motus sit, & percussit; & hoc quo ad excom. sed quò ad p.m. sufficit affectus; Nam si sine ipsis adhuc percussisset, non incurritur excõm. licet p.m. Nau. c. 25. n. 52. DD. in c. felicis, de pẽn. in 6. & ibi glo. Nec incurreretur si re integra mandans reuocasset mandatum, & monuerit mandatarium, ne faceret, glo. in c. mulieres de sentent. excommu. & ibi Scribentes, sed incurreretur, si non denunciasset mandatario, ante sequutum effectum, Bartho. in l. si pecuniam, ff. de addict. cãu. da. nu. 5. & habetur in l. si mandatum ff. mand.

Aliter procedit in consulente,
7 quia etsi re integra reuocat consilium, & denuntiat consulto, etiam ante sequutum effectum, si postea sequatur incurritur excommu. & ratio diuersitatis est, quia mandatũ respicit mandantem, & consilium respicit consultum, & sic reuocatio consilij, non sufficit, sed requiritur retractio à malo, Sil. V. excomm. 6. Barthol. in l. consilium, ff. de iniuria, §. si mandabo nu. 21. Scribentes in c. penul. de sen. excomm. in 6. & cautela esset vt consulens, in quantum posset, retraheret cõsultũ à malo.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Habens ratam percussionem clerici an sit excomm.*

An habens ratam percussionem Clerici, incurrat hanc excommunicationem?

1 DIc, quod si percussio fuit facta ratione alterius, etiam nescientis, & dum ille scit per signa exteriora, ratum habet, incurrit. Secus, si tantum interius ratum habuit, & ratio diuersitatis est, quia censuræ Ecclesiasticę, nō incurruntur, nisi per exteriora mala, nam Ecclesia non iudicat de occultis. Sed si percussio non fuit facta ratione, & respectu alterius, & ille adhuc lætatur, etiā per signa exteriora, non incurritur hæc excomm. quia percussio non fuit facta contemplatione ipsius, Nau. c. 17. nu. 133. vide Franc. in c. pen. de senten. excommun. in 6. & ibi Gemin.

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Qui non impediuit percuti clericum cum posset, an incurrat excomm.*

2 *Non dicitur posse fieri, qui commodè fieri non potest.*

An qui non impediunt percussionem Clerici cum possint, incurrant in hanc excommunicationem?

1 DIc, quod non, etiam si ex odio, vel lata culpa non impedirent, licèt p. mor. si ex odio, & si ex negligentia, venialiter. Sed incurrerēt si non impedirent, cùm possent, & tenerentur ex officio, & ita intellige tex. in c. quan. de sent. excomm. Sed, vt hi incurrant, quatuor debet copulatiuè concurrere. Primū, vt teneantur ex officio, vt est Officialis erga subditos, pater erga filios, dominus erga seruos, & simil. Nau. c. 24. n. 12. Secundum, vt possint impedire sine iactura, vel periculo vitæ, honoris, aut bonorum. Tertium, vt possint commo-

dè

Digitized by Google

dè impedire, nam non dicitur
2 posse aliquod fieri, nisi commodè fieri potest, l. nepos, proculo ff. de verbor. signifi. Quartum, vt offensio Clerici sit manifestè iniusta illi superiori, aliàs non teneretur, Nauar. c. 24. nu. 19. Cou. in clemen. 1. de hom. 2. p.

QVAESITVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Faciens peccati consanguineos Clericorum in eorum odium an incurrat excomm.*
2 *Clericorum appellatione in hac materia, qui veniant, & nu. 3*
4 *Clericus excommunicatus, interdictus, vel irregularis an gauderet priuil. c. si quis suadente, & quid in cler. acerrimo nu. 5.*
6 *Percussor Clerici ex permissione ipsius clerici an sit excommunicatus.*
7 *Clericus percutiens seipsum an sit excomm.*
8 *Laicus incedens in habitu clericali ex deuotione, vel clericus, qui à clericatu recessit nõ gaudet priuilegio si quis suadente.*
Idem de clerico, qui ter monitus, vt non se immisceat enormitatibus non abstinet.

An incurrant, qui faciũt percuti consanguineos Clericorum in odium illorum?

1 DIc resolutè, quod non incurrunt, nisi hęc cõcurrant. primum, vt percussio fiat in odium Clericorum in personam laici ipsius consanguinei, vel vexatio bonorum ipsius clerici, vel consanguinei cum max. damno Secundum, vt persecutio fiat causa clerici electi ab aliquod beneficium, & ita intellige c. cuncti, de elect. in 6. nam si fieret ex aliquis causis, non incurreretur excommun. vide Felin. in c. E.S.M. de const. nu. 81. & Nau. c. 27. nu. 122.

Et appellatione clerici in hac ma
2 teria intelligitur largè omnis persona dicata ordini, & eccl. disciplinæ, siue sæcularis clericus, siue regularis, siue monacus, siue clericus sæcularis coniugatus, siue monacus cõuersus, & quia sumus in fauorabilibus fit larga extensio. Ita que omnis clerici, etiam si

sint

Digitized by Google

sint nouitij, & conuersi, gaudent hoc priuilegio, c. religioso de sent. excomm. in 6. n. 1. & c. duo sunt 12. q. 1. & gaudet etiam si sit tantum in prima tonsura initiatus, & non seruiat in diuinis, neque incidit in habitu, & tonsura, nec habet beneficium.

Et notandum, quod Concil. Trident. sess. 23. c. nullus, intelligit de priuilegio fori, & non de priuilegio Canonis, & pro
3 cedit etiam si clericus coniugatus sit Græcus, seu latinus, c. vnico de cler. coniug. in 6. Imò procedit etiam, quando percutitur clericus, si clericus
4 percussus sit excommunicatus interdictus, vel irregularis, nisi tamen esset per sententiam Iudicis priuatus priuilegio Canonis, imo procedit, si clericus siue in minoribus, siue in sacris, immiscuisset se enormitatibus, quia semper gaudet priuilegio Canonis, nisi per sententiam priuatus sit, & communis sentẽtia in contrarium in c. cum non ab homine, de iud. & per de sent. excomm. intelligẽda est post monitionem factam, & priuationem.

Secus esset de clerico assassino,
5 vt c. 1. de homicid. in 6. quia talis non gaudet, sed gauderet clericus, qui aliquando dimiserit habitum clericalem, & incædat personatus, imò si duo clerici ad inuicem se percusserint, ambo sunt excõmun. c. 1. & c. cum per eam de sent. excomm. vel ille est excomm. qui prior percussit,
6 si alter se defendit tantùm nõ excedendo, imò si clericus
7 pateretur se percuti, adhuc percussor esset excommun. & ipsemet clericus, c. contingit de sent. imò si clericus se ipse ex ira percusserit, vel tædio vitæ, vel impatientia, vel doloræ ammissæ pecuniæ, & simil. Felyn. in c. contingit, el primo, de sent. excomm. Imò incurreretur hæc excommu. etiam si clericus renunciasset clericatui, quia hoc est priuilegium concessum ordini, & non personæ, & ideò non potest denuntiare; Nota, quod clericus non præsumitur vim pati, quia defenditur à lege diuina dicente, nolite tãgere Christos meos, ex quo clerici audaces dicuntur, glo. in §. æchonomum, V. den[illegible]are

Digitized by Google

authen.de non alienan. Mascard.concl.2416.nu.6.de prob.

Hoc tamen non procederet, si clericus se percuteret ob dolorem mortis propinquorũ, ẽt si percussio esset talis, quæ in altero non induceret p.m. Nau.c.15.nu.11.

Hoc tamen priuilegio non gau-
8 deret laicus, qui ex voto, vel deuotione incæderet in habitu clericali, nec clericus, qui recessit à clericatu, & effectus laicus exercet exercitia laica, vt militiam, vel duxit vxorem vel alia similia, omninò similia, c.vlt.de cler.coniug. nec clericus realiter degradatus, vel depositus, c. degradatio de pœn.in 6.nec clericus dãnatus ad triremes, Nau.in c. nullus 18. q.2.num.52. nec Clericus ter monitus, qui se immiscuit enormitatibus, nec assassinus, vide Panormi.in c. per de sent.excomm. vide c.1.de homici.in 6.& deniq; non incurrit in excommun. percutiens ex ignorantia facti, quando nullo modo sciebat esse clericum.

QVAESITVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Qui Religiosi veniant in hac materia appellatione clericorum.*

2 *An Aequites S. Ioannis Hierosolym.*

3 *An tertiarij, & tertiariæ mendicantium.*

4 *An hæremita, & an fratres, vel sorores pezoccas nu. 6.*

5 *Habitus non facit monachum.*

An extendatur hoc priuilegium in monachos, seu religiosos quoscunque, cum Canon loquatur de monacis, & monaci, nomine propriæ veniant solitarij, vt Camalduenses, Cistertienses, Benedictini, & similes?

1 DIc, quod sub vocabulo monaci in hoc proposito veniunt omnes Religiosi mendicantes, & omnes monaci, & confunditur hoc vocabulo, Itaque religiosi cuiuscunque Religionis approbatæ, siue professi, siue nouitij, siue conuersi, siue fratres, siue moniales gaudent hoc pri-

priuilegio, & quo ad moniales, siue sint nouitiæ, siue professæ, & conuersæ, cuiuscunq; Ordinis, & Religionis, etiam si ad inuicem se percuterent, imò gaudent hoc priuilegio æquites, milites, vt S. Ioannis
2 Hierosolym. & simil. quia hę sunt Religiones approbatæ, Nau. in apolog. de redd. eccl. q. 1. & habetur in c. 1. de sen.
1 imò extenditur ad tertiarios, & tertiarias mendicantium, dummodò communem vitã agant in monasterio, Naua. c. 22. num. 21. in manual. imò
4 extenditur in hæremitam degentem sub aliquo Prælato, Syl. in V. excomm. 6. Nau. vbi supra, sed non offenditur in hæremitas vagos, dummodò non sint ordinati saltem prima tonsura, nec extenditur in pueros gestantes habitum monacalem causa voti, vel de uotionis, quia habitus non
5 facit monachum, Abba. in c. si verò de sent. excomm. & habetur in c. correptum de reg. Nec extenditur ad famulos conuictitios, & temporaneos, monasterij, seu monachorum Felyn. in c. nuper de sentent.
6 excommu. nec ad fratres, vel sorores pizoccas, quia non sunt Religiosi, nec viuunt in communi in religione approbata, nec profitentur vota, Fælyn. d. c. nuper, Syl. V. excomm. 6. Caiet. V. excommu. c. 20. nec extenditur ad tertiarios, seu tertiarias, quæ viuunt in propriis domibus.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens monacum turpiter inuentum ad pescandum, an incurrat excomm.*

2 *Percutiens clericum credens esse laicum an incurrat excõmun.*

3 *Error an excuset in percussione clerici.*

4 *Rapiens per vim pecuniam a borsa clerici, vel &c. an incidat in excommun. & quid si latenter nu. 8.*

5 *Iudex laicus capiens clericum an incurrat excommunicationem.*

6 *Persequens clericum fugientẽ ex qua fuga cecidit, & se percussit an incidat in excommunicationem.*

7 *Lacerans vestes clerici an in-*

Digitized by Google

currat excommunicationem'.

9 *Percutiens clericum defendendo coniunctum, vt sororem & cæt. an incurrat excommunicationem.*

10 *Defensio est promissa in vtroque foro & qualiter.*

11 *Parentes an incurrant excōmunicationem percutiendo filios clericos, & an prælati subditos.*

12 *Frater percutiens fratrem clericum an incidat in excommunicationem.*

13 *Excedens modum in correctione clerici, an & quando incurrat in excomm.*

An incurrat, qui percutit monacum turpiter inuentum, vel eum occidat, puta inuentum ad peccandum cum aliqua illarum quatuor personarum vt supra?

1 DIc, quod percutiens p. mort. grauissimè, sed non incurrit hanc excomm. c. si vero de sentent. excommun.

Nec incurrit per dictum capitulum percutiens clericum, cre-
2 dens esse laicum, sed non tenet cum glos. dicto capit. Couarr. in c. alma mater §. 10. 13.

Et hic nota pulchrum, quod in percussione Clerici, vel monaci, si interuenit error personæ
3 puta, quia putabam percutere Petrum Clericum, & percussi cum monacum incurro, vel potest interuenire error qualitatis, quia percussi laicum, credens esse clericum, & tunc non incurro, nec est tenendum cum glo. d. c. si verò, quia ab omnibus reprobatur, vt dictum est, vel potest interuenire error vtriusque, vt percussi Petrū Clericum credens esse laicum, idem dic de percutiente Monacum, aut alios quoscunque Religiosos cum tali errore & hæc ignorantia excusat in conscientia, Abb. d. c. si verò, Nau. c. 27. nu. 80. Couarr. vbi supra, sed incurreret, si quis habuisset intentionem percutiendi Petrum, siue laicum, siue clericum, siue religiosum indistinctè, & percussit, secus si non percutisset si scisset esse clericum.

Similiter incurreret, qui rapit pe
4 cuniam per vim a bursa clerici, vel pallium ab eius perso-

na

na, similiter, qui detinet ipsũ, ne progredi possit, vel si includit, vt exire non possit ad libitum, si facit causa iniuriæ, secus si ioci causa, sed si ex illa inclusione sequutum est dedecus clerico, quia fuit inclusus in domo mæretricis, & si per iocum factum est; censura includitur, qui hoc fecit, similiter incurrit Iudex laicꝰ, qui capit clericum, siue de
5 die, siue de nocte, c. nuper de sent. imò incurreret in excommun. Bullæ Cœnæ si incarceraret Iudiciaria iurisdictione, secus, si faceret de licentia Episcopi ordinarij, nisi excederet in exequendo licentiã datam, & interuenirent percussiones c. si clericos de sen. excomm. & ibi glo. in 6. & c. vt famæ. de sent. Similiter in-
6 curreret, qui persequeretur Clericum fugientem, & ille metu mortis se præcipitaret, vel in terram caderet, vnde mors, aut vulnus, aut aliquod malum, vel debilitas membri illi succesſit, & ratio est, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, Ang. V. excomm. nu. 38. Armill. n. 12 Fabien. nu. 42. licet, Syl. Ver. excomm. 6. tenuerit contrarium, cum Nau. c. vlt. nu. 77. Similiter incurrit qui expellit Clericum a choro, vel processione per vim, Nau. de sente. excomm. conſ. 4. Similiter in-
7 currit, qui lacerat vestes in persona clerici, vel eas maculat, vel qui rescindit zonas, vel fibias equi, in quo equitat clericus, si fit animo iniuriandi, sed non incurreret, qui latenter surriperet nummos, vel a-
8 lia bona à persona clerici, siue dormientis, siue non aduertentis, quia non est manuũ injectio, nec incurrit percutiens in defensione propriæ vitæ, sed hoc procedit in defensione pudicitiæ, imò nec esset p. m. tex. in l. 1. ff de sic. Nau. c. vlt. nu. 80. Sot. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 8. Caieta. V. excomm. 6. c. 5. Nec incur-
9 reret, qui defendendo proximum, præsertim coniunctum, vt sororem, vel matrem, vel patrem, cum quibus Clericus rixaretur, & percuteret, si offenderet Clericum, Nau. loc. cit. & Caiet. Nec est tenendã cum Nau. c. 25. nu. 3. dicente licere offenso prosequi Clericum offensorem fugientem,

Digitized by Google

& illum percutere, nã in hoc casu esset vindicta, & non defensio.

Et hic notandum, quod defensio est permissa in vtroque foro cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod tria requirit, primum, vt seruetur modus, ideſt, vt fiat paribus armis, exempli gratia, vt verbis, & verbis, armis, & armis. Hinc benè consuluit Nau. vt in c. vlt. nu. 83. incidisse in hanc excomm. quandam monialem, quæ percussit Clericum alapa appellantem eam formosam. Secundum requiritur, vt defensio fiat eodem tempore, quo quis offendit? & non ex interuallo temporis, argu. tex. in l. quod ait lex, ff. de adult. posset quis, tamen peruenire clericum percutere volentem, & eius arma diuertere. Tertium, vt non fiat ad vindictam, sed ad defensionẽ

Sed non incurrerent parentes si filios proprios clericos, vel prælati subditos, vel Primicerius clericos pro seruitio Eccl. & diuini cultus, vel præsbyteri senes, alios clericos ad correctionem, imò nec incurrunt laici domini percutiendo clericos famulos, c. cum voluntate, & ex tenore de sent. excomm. Nau. c. 27. nu. 82. Sed frater incurreret si percuteret fratrem suum clericum, nisi esset maior, & clericus in minoribus, possunt etiã, & alij propinqui ad correctionem percutere in minoribus constitutos, l. vni, C. de emen. pro.

Sed de constitutis in sacris aliter est dicendum, quia si percutiens est prælatus, vel magister, etiam sæcularis, percutiendo ad correctionem, non incurrit, d. c. ex tenore, de sent. excomm. Abb. in c. vniuersitatis, eod. tit. Nau. c. 27. num. 81. Sed alijs non licet, nisi in minoribus constitutos percutere pro seruitio Eccl. & sic licet in Eccl. Beneuentana procuratori, quem vocant Camerellæ, cuius est, vt debitus numerus missarum celebretur, percutere moderatè clericos ipsius Eccl. si munus suum negligunt adimplex Sotus lib. 5. de iust. & iur. tenet, posse parentes ad correctionem percutere filios in sacris constitutos, & est communis opinio, licèt aliqui negent,

sed

Digitized by Google

sed in hoc est attendendus vsus,& praxis fori ecclesiastici,vide Felyn. in c.cum volũtate de sent. excommun. qui contra sentit,sed non bene Abb.in d.c.

Et si, quibus licet corrigere, vt
13 supra clericos,vel etiam in sacris constitutos, modum notabiliter excesserint, si casu fortuito,& non lata culpa, non incurrunt,vt volens percutere in manu, percussit in capite. Si verò ex lata culpa, quæ dolo æquiparetur,excesserint,non præuidendo ea, quæ sapiens præuideri debebat,incurrunt Syl. excomm. 6.Nau.c.27. num.82. Caiet. V.excomm.c.10. Idem dic,si quis percusserit clericum sub velo correctionis, sed animo vindictæ principaliter,& licet correctio non fiat sine ira, tamen ad euitandum censuram,necesse est, vt hæc ira nõ sit peccatum,idest non contineat vindictam,& corrigentes irascantur,sed nolint peccare. Possunt etiam, vt dictum est, parentes, magistri, prælati, & alij superiores in Ecclesia percutere,vel ad correctionem, vel pro seruitio Ecclesiæ, & hoc etiam per interpositas personas, idest per alios clericos,vel per alios monachos, inter monachos, c.vniuersitatis,de sent.Caiet.V.excomm. c. 10. secus si prælatus vellet corrigere per torturam, quia tunc potest etiam per manus ministrorum sæcularium.

QVAESITVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicat. ex percussione clericorum à quo sit petenda.*
2 *Regulares se inuicem percutientes à superiore eorum absoluuntur,& vide alios casus, vbi absolutio in percussionibus clericorum non est reseruata Papæ in seq. num.*
16 *Læuis percussio,quando dicitur,& nu.*17. *& quæ mediocris nu.*18.
19 *Alapa data in loco publico,an sit læuis, vel grauis percussio.*
20 *Circumstantia diei festi an aggrauat percussione clerici.*
21 *Spuere in faciem clerici an sit læuis iniuria, & casus Papalis.*

A quo

Digitized by Google

A quo est petenda absolutio huius excommunicationis ?

1 Dic, quod regulariter debet obtineri à Summo Pontifice, quia ei reseruata est, exceptis casibus, in quibus est permissa inferioribus, vt Episcopis, vel superioribus Religionum, quo ad eorum subditos, vltra articulum mortis, in quo potest etiam simplex Sacerdos absoluere, & pro not. habeto mente hos versiculos,

Regula, mors, hostis, sexus, puer, officialis.
delitiosus, inops, sociique senesque,
Debilis astrictus, dubius, causa leuis ictus.

Abb. in d.c. de cœtero, & c. ea noscitur, & c. quamuis de sent. excomm.

Regula, intellige, regulares, qđ
2 mutuò se percutientes possunt absolui à superiore, & si religiosus percutit religiosũ alterius religionis, debet absolui ab vtroque superiore c. cum illorum de sent. excõ. vel alter superior poterit cõmittere alteri vices suas. Sed cum religiosus percusserit clericum sæculare, debet absolui ab Episcopo superiore clerico percussi, c. religioso de sent. excomm. in 6. Sed si clericus sæcularis percusserit regularem, debet absolui ab Episcopo, qui tamen non absoluat, nisi satisfacta parte, & superiori percussi, Gemin. d. c. relig.

Mors, intellige probabile peri-
3 culum, seu articulus mortis, quo stante potest etiam quilibet Sacerdos absoluere ab hac excomm.

Hostis, intellige capitales inimi-
4 citias, vel quando adsunt bella, vel pericula, incursus latronum in via, d. cap. de cœtero.

Sexus, intellige mulieres, præser-
5 tim moniales, c. monialibus, & c. mulieres de sen. excommun.

Puer, intellige pueros ante an-
6 nos quatuordecim completos, etiam si percussio fuit ante dictum tempus, & petat absolutionem post pubertatem, quia tempus delicti actẽ ditur in hoc casu, c. quamuis, c. pueris de sent. excom.

Officialis, intellige, quando Offi-
7 cialis ex officio arcet turbam,

& in-

Digitized by Google

& inter illos Clericum, vt fit in torneamentis, vel comediis, vel in frequentia hominum coram Officiali.

Delicioſus, intellige perſonā
8 nimium debilem, & delicatam, & c. mulieres, il ſecondo & ibi Abb. eod. tit.

Inops, intellige paupereſ, qui ex artificio viuunt ipſi cum fama; ſed hoc non procedit in mendico ſolo, ſine familia, quia tenetur adire Summ. Pontificem mendicando, Abb. in c. ea noſcitur de ſent. excomm. extra.

Aeger, intellige infirmos qua-
10 cunque infirmitate impediente iter.

Socii, intellige clericos, qui vi
11 uunt in communi in aliquo collegio c. quoniam de vit. & honeſt. cler. & procedit hoc, quando percuſſio fuit læuis.

Senex, intellige in ſenectute
12 conſtitutos.

Debiles, intellige impotentes
13 ad ambulandum, vt claudi.

Afflictus, intellige ſeruos obli
15 gatos ſeruire dominis c. relatum de ſent. excomm. ſed ſi dominus permitteret, teneretur adire Apoſtolicam ſedem, imo ſi ſeruum percutiet clericum de mandato domini tenetur adire Apoſtolicam ſedem, ſicut & dominus, ſecus ſi ſeruus eſſet infidelis, quia non incurrit excommunicationem, idem dic de filijs familias ſi percuſſerint de ordinatione parentum, quod tenentur adire, ſecus, ſi abſque ordinatione, Nauarr. cap. vlt. n. 88.

Dubius, intellige eum qui ti-
15 met perdere honorem, vel qui timet periculum animarum, vt Curatus, Nauarr. c. vlt. num. 90.

Cauſa læuis ictus, intellige le-
16 uem percuſſionem, vt infra dicetur ad cognoſcendam, quando ſit leuis ita, vt poſſit abſolui ab Epiſcopo. nota, quando percuſsio, vel eſt leuis, vel grauis, vel mediocris, c. cum peruenit de ſen. excomm. & c. cum illorum eod. tit. Et leuitas, aut grauitas, aut mediocritas accenditur ex circumſtantijs, nempe reſpectu perſonæ percuſſæ, reſpectu loci percuſsionis, vt in facie, & reſpectu loci delicti, reſpectu per-

Digitized by Google

cussionis, quando ex ipsa sequitur percussio graue factum, vt mors, mutilatio, debilitatio membri, vel magna deformitas, & hæc est iniuria grauis, vt est etiam grauis expilatio barbæ, excusio dentium cum scandalo, Nauar. c. vlt. num. 91. qui declarat extranag. Rationæ personæ percussæ, vt si fieret iniuria a persona vili viro in dignitate constituto, vel superiore ratione loci vulneris, vt si fuerit in facie, capite, vel oculis, ratione loci delicti, vt si fuerit in ecclesia, vel inter diuina officia, vel in processionibus Nau. vbi supra; ex quibus collige, quod iniuria, & percussio dicetur grauis ex his quatuor circumstantijs, quibus poterit se regulare Episcopus loci delicti in declarando, & in dubio eligenda est via securior, nempe ad eundem esse Summum Pontificem, Lap. all. 76.

Leuis, vero percussio iudicā-
17 ca est, quando desunt hæ circunstantiæ, etiam si percussio esset manu aperta, baculo calcibus, cubitis, vel humeris, & nullum remaneat vestigium cicatricis, vel deformitatis, Nauar. l. c. DD. in c. peruenit de sent. excomm.

Mediocris est, quæ est media
18 inter grauem, & leuem, Abb. in c. quoniam de vit. & honest. cler. & iudicium est Episcopi Ordinarij loci percussionis ad quem pertinet declarare, c. peruenit, & illorum eod. titul. & per Episcopum intellige etiam inferiorem ordinarium alicuius loci, vt est Vicarius S. Sophiæ Beneuenti, & in terris, & locis, vbi exercet Episcopalem iurisd.

Sed an alapa in loco publico
19 data sit censenda percussio leuis, vel grauis? dic, quod quāuis de iure ciuili sit grauissima pœna iuncta, ita percutienti, vt per Cramm. dec. 14. & Viui. dec. 46. & Thes. dec. 224. tamen aliqñ est visa leuis, vt fuit decisū in Cur. Archiep. Neap. etiā in loco publico data decis. 10. illius curiæ. Ego tamen aliquando censui grauissimā. Auditor curiæ Archiep:

Bene-

Digitized by Google

Beneuentanæ ratione loci, & personæ, & sic pluries fuit per me declarata, & iudicata.

Nota circumstantiam dici festi 20 non aggrauare hunc casum percussionis, ita Puteus decis. 291. p. 1. Imo, nec est grauis percussio huiusmodi, si erit facta coram persona in dignitate existente, vt canonico, secus si coram habente iurisdictionē, Put. l.c. dec. 303. p. 1.

Hic nota, quod spuens in faciē 21 clerici est leuis iniuria, nec est Papalis Franc. Marc. in decis. 249. p. 1. Et habe regulam generalem, esse grauem percussionem, consumato facto, animo iniuriādi, & suasione diabolica, Franc. Marc. decision. 820. p. 1.

Nota, quod, si clericum celebrando fuerit percussus, potest dimittere celebrationem, & si se defendendo, occidet aggressorem potest licitè redire ad altare, & proficere Panorm. in cap. cleric. de vit. & honestat. clericor.

Item si quis percusserit clericum incedentem in habitu laicali, quem ignorabat esse clericum cap. si vero de sentent. excommunicat. Sed si percutiendo vidit tonsuram, & tamen non credit esse clericum, tunc incidit, glos. d. cap. si vero, nam probabilis ignorantia excusat in primo casu cum is talis reputatur in quali habitu reperitur, C. de aquæduc. l. decernimus, sed non excusatur in secundo casu cum viderit tonsuram, nisi tamen ignorantia probabilis, & hunc excusaretur ex more patriæ, qui debet attendi, quia mos est deferendi tonsuram, vel habitum clericalem extra locis, tunc tamen dic verius, quod incurrit. Quid si sit percussus aliquis, vt clericus, cum non sit clericus dic, quod incurrit, & hoc conscientiam est excommunicatus, glos. in d. cap. si vero, nisi certus postea efficiatur, cap. quoniam multos 11. quæst. 3. & hoc operatur affectio operæ sequutæ, aliqui dicunt.

Digitized by Google

quod non incurrit, & hæc est verior, glos. in cap. vidi extra de sentent. excommunic. quid si volebas percutere vnum laicum ei percussit clericum, Alanus, quod incurrit, l. eum qui, ff. de fur. c. vlt. Fanc. tenet contrarium per c. si vero.

Nec incurrrit percutiens clericum habitu laicali incedentem, monitum cap. in audiendo de sent. excommunic. Nec incurrit in clerico gerente ad mistratione rerum secularium, cap. sacerdotibus. Hic nota quod qui consulens, seu mandans percuti clericum non incurrit excommunicationem nisi secuto effectu, argument. cap. mulieres de sentent. excommunication. sed qui mandat interfici aliquem per assassinos, statim quauis non sequatur mors, est excommunicatus, cap. 2. de homicid. in 6. Vide Nauarr. c. 27. n. 75.

Nota hic quod non incurreret excommunicationem, qui vi expelleret excommunicatum clericum ab ecclesia glos. in §. prohibentur, V. perturbent, de his qui tempore diuin. off. Abb. in cap. vt Dominicis de parochijs, sequens Innoc.

Hic nota, quod si clericum occiderit aggredientem se pro defensione propriæ vitæ non peccat, nec incurrit irregularitatem, intellige cum moderamine inculpatæ tutelæ Marsil. in l. 1. num. 25. ff. ad l. corneliam, Berran. cons. crim. 135. lib. 1. num. 25. secus si occiderit pro defensione propinqui, quia licet non peccaret, tamen incurret irregularitatem, glos. fin. Card. in clemen. si furiosus de homicid. Abbas in cap. 2. de cler. perc.

Nota hic quod excommunicato, & anathematizato nec eleemosyna danda est, glos. in cap. quenquam pio, 1. qu. 2. Marc. decis. 884. numer. 14. vol. 2. limit. quod filius potest dare eleemosynam patr. excommunicato, sic & alimenta, Surd. de aliment. tit. 7. q. 2. nu. 12.

Nota

Digitized by Google

Nota, quod non potest absolui excommunicatus ob occupationem rei ecclesiasticæ, etiam in articulo mortis, nisi restituat, si potest restituere, antequam absoluatur, c. de verb. significat. vel saltem siue permissione restituendi quam primum, nec potest absolui huiusmodi ad cautelam, vel in reincidentia, si potest exire de contum. obediendo, & non vult exire quia est in peccato, & non est pœnitens verè.

Nota, quod potest etiam absolui hac regula mulier in partu ob periculum mortis, maxime si robusta, couarr. in cap. alma mater de sent. excomm. & Hostien. & alijs.

An ab hac excommunicatione ob clerici percussionem excuseretur etiam alij vltra supra notatos?

Dic quod excusatur etiam percutiens ob sui defensionē honoris, Clarus §. homicidium, quia si clericus aggreditur, ille, quem aggressus est, non tenetur fugere, intellige, quando fuga esset ei ignominiosa, & hoc casu, si offenderet graviter eū mutilando, excusaretur ab hac excommun. & à peccato, non tamen excusaretur ab irregularitate, si mutilaret, vel occideret, quia pro ea vitanda tenetur fugere, etiam cum magno dedecore. Tabien. V. irregularitas §. vltimo, Maio. l. c. lib. 5. cap. 28. Hostien. de homicid. num. 5. vbi allegat exemplum D.N. Iesu Christi, fugientis in ægyptum, & hoc etiā intellige si potest fugere totus; nam si fugiendo facilius percuteretur, non tenetur fugere, vt ibi Hostien. in sua summa.

Excusaretur etiam puella requisita à clerico de re turpi si eum percuteret ab eo apprehensa, & detenta, vel alias vim intulisset, sed si tantum verbis tentasset, tūc percutiendo, incurreret.

Sed aduertendum, quod in omni casu licitæ defensionis, & percussionis, est permissa defensio cum mode-

ram

ramine inculpatæ tutelæ, Carol. de Grassis de effectibus clericatus, effectu 9. num. 310. imo adde, quod pro defentione, est licitum offendere, etiam non offendentem, quando alter, qui se ab aggressore euadere non poterat, Glos. in l. familiæ V. poterat, ff. famil. & est communis opinio, per Dec. in l. vt vim num. 9. de iust. & iure Clar. l. c. Verbo adde.

Et intellige tunc fieri defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, cum vt dictum est, interuenit, modus, tempus, & causa, & modus esset, vt si defensio fiat eodem genere armorũ, quo quis offenditur, vt si ense offendatur, cum ense se potest defendere, imo si cum armis minus offensiuis se defenderet, & occidat aggressorem, ad huc dicetur se defendisse cum moderamine, nec modum accessisse, vide Grammat. cons. 73 num. 3. qui ponit casum de eo, qui se defenderit cum ense contra offendentem cum lancia.

Est etiam considerandа in hoc proposito persona insultãs & persona insultata, nam si insultans sit debilis, & insultatus habeat ensem, vt debilis, ac etiam baculum, & poterit cum baculo solo se defendere quia robustior, vel quia audacior, tunc non licebit cum ense se defendere, vel si poterat ensem ab illius manu auferre, & sic se defendere tunc non licebit offendere aggressorem illum, quia satis se defendit, qui modũ quo offendi potest tollit, & si pugno se tueri potest, tũc non potest se ense defendere, alias modum excedit DD. in l. 1. vn. V. vide, in d. l. num. 4. & Mascard. conc. 1131.

Cum vero vrget necessitas, nõ est attendenda paritas armorum Baldus in repet. d. l. num. 13. vt si quis sit in periculo vitæ nisi scopletũ exoneret, & non possit fugere sine periculo vitæ, & sine dedecore, tunc non dicitur excedere si armis in æqualibus se defenderit etiam occidendo Mascard.

con-

Digitized by Google

concl. 1131. nu. 36.

Sed si potius in discrimine vitę in casu prædicto haberet duo arma ad se liberādum v.g. ensem, & scopletum, & posset se ense solo de illo liberare debet illo solo vti, & non scopleto, alias excederet Mascardus l. c. qui dicit esse communem, vide Cler. S. homicid. quia contrario sensu, hoc idem approbat, de alijs qui excusantur, dictum est loco suo.

De prohibitis clerico.

QVAESISTVM LXVIV.

SVMMARIVM.

1 *Clercis probibitum est regulariter esse aduocatos, vel procuratores.*
2 *Pulchra de aduocatis.*
3 *Clericus nec regulariter potest esse iudex, nec consiliarius.*
4 *Guidus Papa famosissimus author.*
5 *Clerici pro faciliori intelligentia sacrorum canonum possent priuatim vacare legibus ciuilibus.*
6 *Clericus in minoribus constitutus si habeat beneficiū sufficiens, medicus esse non potest.*
8 *Chyrurgiam clericus exercens efficiens irregularis.*

An clericus possit esse aduocatus, aut procurator, aut medicus, vel chyrurgus, aut possit studere legibus ciuilibus?

DIC, quod regulariter est prohibitum clericis
1 esse aduocatos, vel procuratores, vt c. sacerdotibus, ne clerici, vel monaci, & ibi scribentes, fallit tamen regula infrascriptis capitibus, nempe si esset in vna causa tantum, vt Innoc. & Abb. in d. c. sacerdotibus, & alii canonistæ, si esset minori-

bus

bus constitutus, canonistæ communiter in c.1 nu. 24. si esset in causa ecclesiæ c. final. extra de postulan. & ibi scribentes, vide Rodua. l.c. qui dicit, quod modis causa dicatur ecclesiæ, & quando adsit vtilitas ecclesiæ, & quot modis consideretur vtilitas ecclesiæ, fallit etiam regula si esset causa propria, c.fin. cit. cum glos. si esset causa coram iudice ecclesiastico coram quo, non prohibetur clericus comparere ad procurandum, vel aduocandum, c. final. & ita se habet vsus vbi tamen non potest petere salarium, sed sponte oblatum, bene potest recipere, vide Rodual. de spolio q.2.n.21.& seqq. si esset procurator pro miserabilibus personis d.c.fin. pro coniunctis, vt ibidem cum glos. Hoc tamen intellige quando aduersarij sunt potentes, & coniuncti non possunt habere aduocatū valentem resistere, si esset aduocatus, vel procurator in aliqua causa pro amico suæ ecclesiæ; nā tunc causa illa diceretur respicere vtilitatem suæ ecclesiæ, vt per Innoc. in cap.1. de re iudic. Roman. singul. 274. & esse communem testatur Nau. c.non dicatis 11.q.1. num. 99. & deniq; si esset aduocatus causa charitatis, tātum, & non causa lucri, Cepoll. cons. ciuil. 21. num. 4 vel causa necessitatis, vt seipsum substentaret Rolan. l.c.

Nota hic pulchra de aduocatis, q̄ imperatores Leo, & Amthemius C. de aduoc. diuers. iudic. vocant eos milites, militant (inquiunt) namque causarum patroni qui glorioſæ vocis confisi numine laborantium spem vitam, & posteros defendunt. 2

Nec regulariter clericus potest esse iudex, nec consiliarius principis secularis, nec iustitiarius, nec ciuilib. nec in criminalibus causis cap. clericus, ne clerici, vel monaci extra, Roduan. d. spol. q.2.nu.22. vide como do intelligatur hæc conclusio, nec potest clericus audire leges ciuiles, vel ritia 3

& si

& si audierit in quatuor pœnas Incurrit, de quibus in c. magnopere nè clerici, vel monaci quas videas in praxi crimin. Canon. Dyaz c. 59. videas etiam doct. in c. super specula eodem tit. nec medicinæ vacare possunt per ibi notata, possent tamen cum dispensatione apostolica quam solus summus Pontifex concedere potest Archid. in c. uon dicatis cit. quæst. 1.

4 Nota hic quod hic est ille autor famosissimus, cui tãtũ tribuit Rota Romana, vt diximus in principio tract. nostri de Voce in Cap. edito, vt in conflictu doctorum sola eius opinio prævaleat alijs, Hic vocabatur nomine proprio Guidus de Baisio, & fuit Archidiaconus Bononiæ sicut Abbas Panormitanus celebris canonista vocatus est Nicolaus de Todeschis pro curiosis.

5 Posset tamen priuatim legibus ciuilibus pro facilliori intelligentia sacrorum canonũ, nam sacri canones magna ex parte coniuncti sunt ciuilibus legibus c. 2. de priuilegijs in 6. & ius canonicum est medulla iuris ciuilis, vt Barb. in c. conquest' de for. compet. imo Bald. ait in c. cum causam de probat. non posse quẽ practicam iudiciorum perfecta nosse, nisi sacros canones cum legibus sciat, si tamen ante clericatum studuerit potest post clericatum doctoratus gradum sumere Nauar. c. non dicatis cit. nu. 35. quæst. 1. Calderinus de magistris con. 2.

6 Et licet clericus etiam in minoribus constitutus si habeat beneficium sufficiens ad victum non potest esse medicus, tamen potest pro pauperibus, aut pro consanguineis, sed nec in his posset cum ex hoc aliquod esultare dãnũ, aut aliquod periculum immineret; hic bene notent clerici exercẽtes medicinam, quod acquisita per eos in tali exercitio dicuntur illicite acquisita, Platha epithome delictorum lib. 1. c. 26. num. 6. & multo minus potest esse chyrurgus, si incisionem

vel aduſtionem facere habeat cap. ſententiam, nec clerici, vel monaci, & id intellige non ſolum de clericis in minoribus, ſed etiam in ſacris, ſi ſint ſufficienter beneficiati, Abbas in c. ſententiam citata.

Clericus exercens chyrurgiam efficitur irregularis Reduan. l.c.num.93. Platha vbi ſup. c.26. num. 5. & ampliatur etiam ſi non ſit ſequuta mors, aut mutilatio, etiam ſi clericus in nulla fuerit culpa, imo aliqui dicunt, quod clericus chyrurgus pro culpis commiſſis in artæ chyrurgię poteſt conueniri coram iudice ſeculari, Farinacc. in tit. de inquiſit. q.8.num. 94. ſed alij tenẽt contrarium ideo debent clerici abſtinere.

(s)

(s)

De Interdicto.

QVAESIT. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, quod modis ſumitur.*

2 *Interdictum eccleſiaſticum quid ſit.*

3 *Interdicere quis poſſit.*

4 *Pro peccato vnius poſſunt alij interdici.*

5 *Facultas interdicendi vnum pro alio conceſſa Eccleſiæ ex quibus fundetur.*

6 *Interdictum in quos ferri poteſt.*

7 *Interdictum debet fieri inſcriptis, & præuia monitione.*

8 *Interdictum debet fieri ad bonum finem non ad odium.*

9 *Interdictum Eccleſiaſticum quotuplex eſt, & numer.* II.

10 *Ciuitas quando interdicitur, & non ciues poſſunt ciues extra audire diuina, & ſepelliri Eccleſia.*

Quot

Digitized by Google

Quot modis sumitur hæc vox interdictum?

1 DIc, quod † in iure ciuili sumitur duobus modis, & duobus alijs modis in iure canonico. In iure ciuili, vel sumitur pro decreto Prætoris prohibentis aliquod fieri, vel aliquod præcipientis, vt aliquid fiat, vt titul. de institution. de inten. §. in summ. vel pro pœna quadam criminali, qua quis prohibet in re grauii l. pœna ff. de indict. & relegat. de iure canonico, accipitur vel pro prohibitione iudicis, & habetur in titul. de matrim. contrahen. intra interd. Ecclesiæ, vel accipitur pro censura ecclesiastica, idest, pro denegatione sepulturæ diuinorum officiorum, & sacrorum, sacramento-rum.

2 Et interdictum ecclesiasticum est censura ecclesiastica, qua quis prohibetur sepultura ecclesiastica, diuinis officijs, & quibus dare sacramentum, cap. quod ante, de pœniten. & remiss. &c. non est sponsal. Nauar. cap. 27 n. 164.

3 Interdicere † autem potest omnis, qui potest excommunicare, & suspendere, & causa qua quis potest interdici debet esse peccatum grauissimum, licet aliquando, ob peccatum vnius fiat interdictum contra alios etiam innocentes, quia interdictum est pœna corporalis, quæ non tangit animam, & ideo homine est spirituale in interdicto glos. 1. q. 1.

4 Hinc sequitur pro peccato vnius posse interdici alios. imo totam Ciuitatem, ad hoc vt delinquens emendetur, Alexan. & Bart. in addi. in l. iure prouisum, C. de fabri. lib. 10. Sot. 4. sent. dis. 22. quæst. 3. artic. 1. Nauar. cap. 27. num. 164. & summ. in v. interdictum.

5 Et facultas † interdicendi concessa Ecclesiæ, etiam vt vnus in pœnam alterius interdici possit fundatur in illis verbis, Patres comederunt vuas acerbas, & den-

Digitized by Google

tes filiorum obstupescunt, & ratio est, vt vel ex hoc delinquens, vt dictum est, moueatur, & resipiscat.

6 Interdictum † potest ferri in omnes, in quos potest ferri excommunic. sed hac additione, quod excommunic. & suspensio non potest ferri sine peccatum mortal. uel saltem veniali in suspensione, sed interdici, quis potest etiam ob culpam alterius. Praterea Ciuitas, Prouincia, Regnum, Collegium, Capitulum, Congregatio possunt interdici, quæ tamen non possunt excommunicari, nec suspendi, cap. Romana de sent. excomm. in 6.

7 Et hoc interdictum debet fieri in scriptis, & præuia monitione, vt in excommunicatione, & suspensione alias esset nullum cap. 1. de sent. excommunicat. in 6.

8 Et debet fieri ad bonum finem, & non ad odium, alias interdicens peccat mortal. & finis debet esse, vt peccatores, qui dederunt causam interdicto maximè vniuersalem, emendentur & ad cor redeant.

9 Interdictum † triplex, aut personale, quando fertur in personam, aut locale quando fertur in locum, aut mixtum, quando fertur in personas, & locum ideſt quando interdicuntur Ciuitas, & ciues.

10 Et hic sciatur † quòd quando interdiceretur Ciuitas, & non Ciues, possent illi Ciues extra audire diuina, & sepelliri in Ecclesia cap. si Ciuitas, & c. si sententia de sentent. excom. in 6.

11 Nota etiam † quod interdictum, siue locale, siue personale, est duplex, vel locale, generale, , quando interdicitur totum Regnum tota prouincia, vel Ciuitas totum oppidum, aut castrum, aut villa, Nauarr. cap. 27. num. 160. Vel personale generale, quando interdicuntur omnes homines alicuius regni, prouinciæ, ciuitatis, oppidi, vel villæ, & simil. & tunc deri-

ci pe-

Digitized by Google

ci peregrini possunt celebrare in locis horum ciuium quia ecclesiæ non sunt interdictæ, sed personæ.

Vel est locale particulare, quando interdicitur vna ecclesia, aut plures alicuius ciuitatis, & loci, vel si omnes Ecclesiæ vnius prouinciæ, vel ciuitatis, aut loci incerdicuntur adhuc dicetur hoc inlerdictum particulare locale, Sil. in V. interdictum 1. §. 7. Et ratio ipsius est, quia interdictis omnibus ecclesijs vniùs prouincię, aut loci potest celebrari extra ecclesias in alijs locis dictæ prouinciæ ex dispositione Apostolica, vt esset in oratorijs priuatis sine consensu Episcopi exctuatis, vel intentorijs tempore belli, sed quando esset interdictum totum Regnum, vel Ciuitas, tunc non possit celebrari, nec in ecclesijs, nec in alijs locis ipsius Regni, quia interdicto regno, intelliguntur interdictæ omnes eccles. monast. & quæcunque loca ecclesiastica, vel non ecclesiastica.

Vel est personale speciale, vt quando interdicitur aliqua persona particularis, vel aliqua ciuitas, aut clerus, aut pars istorum, vel quando interdicuntur aliquæ personæ incertæ, vt qui fecerint tale delictum subijciantur interdicto, Silu. V. interdi. 1. numer. 7.

QVAESITVM. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto collegio, vel clero nõ intelligitur interdictus populus.*

2 *Clerus licet sit pars populi est tamen alterius professionis.*

3 *Interdicto populo intelliguntur interdicti omnes etiam mulieres, impuberes, &c.*

4 *Quando interdicitur ciuitas, aut regnum, qui intelliguntur interdicti, & qui non.*

5 *Interdicta aliqua ecclesia particulari clerici illius possunt in alia celebrare.*

6 *Interdicta ciuitate, seu ca-*

Digitized by Google

stro an intelligitur interdicta suburbia.

7 *Suburbia quæ sint, & quæ includuntur sub eis.*

8 *Interdicta ecclesia consetur interdictum cimiterium, & omnes cappellæ contiguæ ecclesiæ.*

9 *Quando interdictum locale apponitur propter peccatum Principis an habitatores, qui non fuerunt in culpa possint audire diuina extra ciuitatem, &c.*

10 *Interdicto populo, an incolæ, & peregrini possint audire diuina.*

11 *Interdicto clero collegio, vel capitulo ecclesiæ non intelligitur interdicta ecclesia.*

12 *Migrantes de populo interdicto alio an ibi etiam sit interdicti.*

13 *Banniti de populo interdicto desinunt esse interdicti, & quare.*

14 *Interdictum apponitur etiam contra inculpabiles.*

Quomodo extenditur interdictum locale ad alia loca, & personale ad alias personas?

1 Dic, quod interdicto † collegio, vel clero alicuius loci non intelligitur interdictus populus,

2 quia clerus, licet sit pars populi, est tamen alterius professionis, & sic non includitur in odiosis, sed interdicto † populo, intelliguntur interdictæ omnes personæ de populo, imo mulieres impuberes doli incapaces, infantes, ac etiam dementes, & omnes alij, etiam innocentes, quia potest inferri pro culpa alterius, sed non comprehenditur clerus, nisi de eo expresse facta fuerit mentio, cap. si in sententia de excom. in 6.

4 Quando vero † interdicitur ciuitas, vel regnum, non intelliguntur interdicti habitatores, & ciues itaque poterunt ij ciues loci in-

ter-

Digitized by Google

terdicti audire diuina extra locum interdictum.

5 Et sic † quando esset interdicta aliqua ecclesia particularis, possent Clerici illius in ecclesia non interdicta celebrare.

6 Et notandum, quod † interdicta Ciuitate, seu castro intelligntur interdicta etiam suburbia, cap. si ciuitas de interdict.

7 Quæ † suburbia incipiunt à porta ciuitatis iuxta viam publicam, & per continentia extra ipsam ciuitatem, imo includuntur omnia ædificia prope mœnia ciuitatis extra ipsam, licet non sint contigua, & quæ distantia requiratur, vt includantur; vel non includantur vicina loca, arbitriũ boni iud. distinguet iu. gl. in d. cap.

8 Sicut † etiam interdicta ecclesia censetur interdictum cimiterium, & omnes cappellæ contigue dictæ ecclesiæ, secus, si essent separatæ, cap. si Ciuitas, vt supra.

9 Et hic sciendum, quod quando † interdictum locale apponitur propter peccatum Principis, tunc habitatores, qui non fuerunt in culpa, possunt audire diuina extra Ciuitatem, & continentia, & ibi etiam eligere sepulturam; Sed culpabiles, ut Princeps, qui dedit causam interdicto, nullibi audire possunt, d. c. si Ciuitas.

10 Sed quando esset interdictus populus alicuius loci tunc incolæ, & peregrini, qui non sunt de populo, possunt ibi audire diuina, secus si esset interdictus locus.

11 Et quando † est interdictus clerus, vel collegium, vel Capitulum alicuius Ecclesiæ non intelligitur interdicta ecclesia, & sic in ea, possent clerici peregrini nõ interdicti officiare, Sed si tota aliqua familia interdiceretur, nisi excipiantur clerici, si in illa essent comprehenderentur, Sil. V. interdictum 3.

12 Et si aliqui de † populo interdicto alio migrarent dummodo essent ex illorum numero, qui dederunt

causam

causam interdicto, ibi etiam sunt interdicti, & quocunque ierint, secus, si essent ex eorum numero, qui non fuerunt culpabiles, quia si desinunt esse de illo populo, & alio se transferrent cessarent quoad eos interdictum. Siluestr. V. interdictum §. 10.

13 Imo, qui bandiuntur de populo interdicto, desinunt esse interdicti, quia fiunt non de populo, secus si religarentur ad tempus, & qui vel fuerint absens, quãdo appositum est interdictum in aliquem populum vel contradixerunt interdicto causa, idest delicto, propter quod fuit appositum, adhuc comprehenduntur, Sil. loc. cit. Io. Andr. in cap. alma mat. & alij de senten. excommunicat. in 6. Et

14 ratio est, quia † interdictum, vt dictum est apponitur contra inculpabiles, cap. si sententia de sentent. excommunic. in 6. Imo fuit commissum delictum, & iudex præparabat apponere interdictum, & interim aliqui peregrini sunt effecti de illo populo, adhuc comprehenduntur etiam si innocentes, glos. d. c. si Ciuitas.

QVAESITVM LXXVI

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia remanet interdicta, per iniuriosam effusionem sanguinis humani, aut per effusionem seminis humani polluta.*

2 *Celebrans in Ecclesia polluta & interdicta an efficiatur irregularis.*

3 *Clericus interdictus, quæ possit exercere, & quæ non.*

4 *Letanias dicere in ecclesia interdicta an sit licitum.*

5 *Clericus pugnans ex necessitate vrgente non efficitur irregularis.*

6 *Clericus rixans cum aliquo, qui occiditur a suis consanguineis an ipse sit irregularis.*

7 *Interdictus an possit aquam benedicere, aut illam populo aspergeret.*

Quo-

Digitized by Google

Quomodo Ecclesia aliquando remaneat interdicta ipso facto, vel ipso iure?

1 DIc, quod † remanet interdicta per iniuriosam effusionem sanguinis humani, aut per effusionem seminis humani, aut pro effusionem seminis humani polluta, & remanet interdicta, quousque Episcopus reconciliet illam. Vbi aduerte, quod requiritur magna sanguinis effusio cum iniuria, nec sufficerent aliquæ guttæ ad faciendam Ecclesiam interdictam, Nec sufficeret etiam magna effusio, si fieret sine iniuria, vt casu. aut per ludum, aut in defensionem, vel si vulnus esset datum extra Ecclesiam & effusio fieret in Ecclesia, quia ictus iniuriosus fuit extra Ecclesiam. Nec sufficeret, si ictus fuit supra tectum Ecclesiæ, vel infra Ecclesiam subter in aliqua caverna, quia ille locus non dicitur intra ecclesiam sicut etiam non sufficeret ictus in campanili, & quo ad seminis effusionem, si est furnicaria, vel etiam matrimonialis facit ecclesiam interdictam, si non fuit tempore belli, vel aliqua alias necessitate, per longum tempus habitandi in ecclesia coniuges, & in omnibus dictis casibus requiritur, vt res sit publica alias ecclesia non esset interdicta.

2 Vbi nota, quod † si quis celebraret in ecclesia in prædictis casibus polluta, & interdicta, non efficeretur irregularis, sed posset puniri arbitrio ordinarij, c. h s, qui de sentent. excom mun. in 6. & tunc violans interdictum celebrando, non fit irregularis, quando interdictum, siue ab homine, siue à iure non est circa, ea quæ sunt exercitia ordinum, puta celebrare, canere Euangelium, vel Epistolam, vel alia, quę sunt dictorum ordinum; sed quando est circa exercitia ordinum, tunc effici-

Digitized by Google

tur irregularis. Quæ autem non essent de exercitijs ordinum, vt musica, in organo, & simil. qui exerceret in interdicto, & violaret interdictum, celebrando, non efficeretur irregularis, quia hoc interdictum non est censura, & impropriè dicitur interdictum.

3 Hinc clericus † interdictus, licet non possit exercere, quæ sunt propriè deputata ordinibus, possit tamen exercere alia, quæ non sunt specialiter deputata ordinibus, vt benedicere mensam, canere mottecta sacra in ecclesia, responsoria mortuorum, commendare animas agonizantibus, quia hæc non sunt diuina officia, Calderin. d.c.alma mater.

4 Similiter dicere † litanias sine cantu, & cum cantu non tamen processionaliter cum cantu, cruce, & cocis, quia esset canere solemniter, quod est prohibitum clericis interdictis, sed sine sollemnitate, possunt facere huiusmodi, acsi essent laici. Nauarr.cap.vigesimo septimo numer. 168. imo præsbiter interdictus, non potest celebrare, nec missam, quam vocant siccam, licet hodie hæc sit interdicta omnino etiam non interdictis.

5 Nota hic, quòd † clericus non efficitur irregularis, si actualiter pugnet, necessitate vrgente, dummodo ipse actualiter non occidat licet vulneret, cap. peruenit de immun.eccl.

6 Hic nota etiam † quod Clericus rixans cum aliquo, cuius causa consanguinei ipsius occidunt cum eo rixantem, si iustè, & licitè rixabatur, quia se defendebat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ob iustam causam, non fit irregularis, secus si illicitè dando operam rei illicitæ, quia tunc incurrit irregularitatem, salua meliori sententia.

7 Nec potest † interdictus benedicere aquam, nec aspergere illam populum, sed vbi præsbiter non est interdictus, sed populus

tan-

Digitized by Google

tantummodo posset præsbiter, ianuis clausis submissa voce, benedicere aquam in fontem aquæ benedictæ, qua populus interdictus se aspergeret, imo posset in Ecclesia populus interdictus orare priuatim non tamen dum diuina officia celebrantur; Posset tamen transire per ecclesiam, ad alium locum Nauarr. cap. vigesimoseptimo numer. 263.

QVAESIT. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ prohibentur tempore interdicti.*
2 *Non interessentes tempore interdicti recitationi diuini officij an lucrantur distributiones quotidianas.*
3 *Interdicti tempore licet non pulsentur campanæ tamen pulsari potest signum salutationis Angelicæ.*
4 *Quando tempore interdicti generalis licet celebrare.*
5 *Tempore interdicti generalis an & quando licet ministrare sacramentum baptismi.*
6 *Interdicti tempore semel in hebdomada potest celebrare missã, pro communicandis infirmis.*
7 *Interdicti tempore an possit ministrare sacramentum pœnitentiæ.*
8 *Interdicti generalis tempore quibus denegatur ecclesiastica sepultura.*
9 *In quibus plus afficit interdictum quam excommunicatio.*
10 *Sepeliri in loco sacro est maioris momenti, & quare.*

Quæ prohibetur tempore interdicti.

1 DIc, quod quando est interdicta aliqua ecclesia particularis, non licet in ea, nec celebrari missam, nec diuina officia etiã ianuis clausis, & submissa voce. Quando vero interdictum esset generale in

Digitized by Google

omnibus Ecclesijs, posset clerus in eis diuina officia celebrare, ianuis clausis, & submissa voce, ita vt à transeũtibus non audiantur, exclusis inde excommunicat. & interdictis non tamen priuilegiatis, nec possunt pulsari campanæ. Et nota, quod tempore interdicti non interessentes recitationi diuini officij, non lucrãtur distributiones quotidianas. c. alma mat. pluries cit. Et licet tempore † interdicti non pulsentur campanę, tamen non prohibetur pulsari signum salutationis Angelicæ & horar. glos. in cap. alma ma.

Tempore tamen † interdicti generalis aliquando licet celebrare, ac si non esset interdictum, vt in quatuor, vel quinque festiuitatibus sollemnibus anni, in quibus interdictum suspenditur, vt consulatur fidelibus animabus, nempe in die Dominicæ Resurrectionis, Pentecostes, Natalis Domini, Assumptionis B.M. & Sãctissimi Corporis Christi, in quibus diebus, licet in Ecclesijs celebrari alta voce, ianuis apertis, pulsatis campanis, & omnia alia, fieri, ac si non esset interdictum ad missis interdictis, exceptis tamen qui fuerunt causa interdicti, quia hi debent remotius manere, nec debẽt admitti ad offertorium, & exclusis excommunicatis c. alma mat.

Et hæ festiuitates in hoc proposito incipiunt à vesperis diei præcedentis, & finiunt ad completorium festi secundum veriorem opinionem, quia in fauorabilibus est facienda larga interpetratio contra illos, qui sentiunt terminari etiam ad vesperas, Nauar. cap. vigesimoseptimo num. 263.

Sed in alia suspensione interdicti, quæ fieret à Iudice, sunt attendenda verba ad euitandas pœnas, nunc sonent generalem suspensionem, vel particularem quò ad aliqua.

5 Et sciatur tempore † interdicti generalis potest administrari Sacramentum Baptismi paruulis, ac etiam

adultis

Digitized by Google

adultis, nec non potest conferri sacramentum confirmationis ab Episcopo, & potest etiam infirmis dari sacramentum; & viaticum.

6 Potest etiam semel † in hebdomada celebrari missa pro communicandis infirmis, ac etiam pro renouatione particularum in pisside conseruatarum, cap. responsio, cap. non est vobis, &c. quod in te, de pœnitent. & remiss. & hæc tamen clausis, campanis non pulsatis, & excluſis interdictis, & excommunicatis cap. alma ma. nu. 2. & cap. permittimus de sententia excommunicationis in 6.

7 Imò potest etiam † sanis ministrari sacramentum pœnitentiæ, sed non est danda Eucharistia, & in hoc est moderata illa decretalis; cum odo illi sani non sint excommunicati, vel de illis, qui dederunt causam interdicto, quoquo modo, siue culpa, & delicto, siue fraudem, siue dolo, siue auxilio, siue fauore, vel quauis occasione efficaci, quia tunc non possunt admitti ad sacramentum pœnitentiæ, nisi priùs satisfecerint, vel cautionem dederint de satisfaciendo, & tempore interdicti potest celebrare matrimonium priuatè, sine benedictione nuptionem, sed non potest dari extrema vnctione etiam clericis, sint interdicti.

8 Adde, quòd tempore generalis interdicti denegatur Ecclesiastica sepultura, omnibus exceptis clericis, qui seruauerunt interdictum, qui tamen in casu mortis possunt sepelliri in Ecclesijs interdictis, sub qua sunt, & non in aliis, sine sollemnitate, & sine quod campanarum sonitu cap. inter de pœnit. & remiss. Sed si non seruauerunt interdictum, licèt sint clerici, & alij quicunque, debent sepeliri extra loca sacra sine diuino officio, etiam si decesserint contriti, & pœnitentes, & fuerint absoluti à peccatis. Sed hi qui sic contriti de-

cel-

cesserunt poterunt sepelliri in loco sacro, sublato interdicto.

9 Et hic notetur † in duobus plus quòda nodo efficere interdictum, quam excommunicationem, quò ad corpus. Primo, quia excommunicato non infertur sine peccato, vel contumacia alicuius. Interdictum verò infertur contra innocentem pro culpa alterius. Secundo. quia si excommunicat. in articulo mortis fuerit absolutus à peccatis, & decesserit sepelietur in loco sacro, secus de interdicto, quia si morietur, etiam absolutus à peccatis, sepellietur extra locum sacrum.

10 Et sepelliri † in loco sacro est maioris momenti, nam, & viui de illis recordantur orando, cum sepulturas respiciunt, ita pro eis præcentur c. cum grauia 13. quæst. 2. & Sancti quibus Ecclesia illa est dedicata, pro eis patrocinantur cap. non existimamus, loc. citat. & tempore interdicti Parochi non sunt priuati iuribus Parochialibus, & funeralibus, & oblationibus defunctorum, etiam si mortui interdicti sepelientur extra numer. 9. Silvest. V. interdictum V. sacra.

QVAESITVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti particularis tempore an possit prædicari Verbũ Dei. &c.*

2 *Interdicti generalis localis habitantes si moriantur an possunt sepeliri in ecclesia, & num. 13.*

4 *Cui communicamus in vita etiam in morte communicari debemus.*

An tempore interdicti particularis possit prædicari verbum Dei?

1 DIC, quod Potest etiam † tempore interdicti particularis prædicari Verbum Dei, haberi sermones, & lectiones ad Populum, etiam in

ec-

ecclesiis interdictis, & hoc ianuis apertis, & pulsatis campanis. Sed ista non licerent, quando lectiones, sermones, prædicationes huiusmodi essent pars officii, quia diuina officia sunt prohibita tempore huius interdicti.

2 Et notandum, quod tempore interdicti generalis localis, habitantes, si moriantur non possunt sepelliri in ecclesia, qui non sunt interdicti, sed debent sepelliri in Ecclesia non interdicta; ita etiam quando interdictum esset personale, si personæ interdictæ morientur, non possunt sepelliri in Ecclesia non interdicta.

3 Et hic nota, & tene mente, quod si personæ aliquæ particulares interdictæ morerentur cum signo contritionis, & multo magis, si accepissent sacramentum communionis, & extremę vntionis essent sepeliendi in Ecclesia,

4 Quia cui † communicamus viuo, etiam & mortuo comunicare debemus, cap. ex parte. de sepultur. Secus tempore interdicti generalis, & secundum hanc regulam sunt intelligenda, quæ supra responsa sunt.

QVAESITVM LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Moniales an interdictis, earũ monasterijs, possunt confiteri, & absolui.*

2 *Interdicti tenor si est interdicimus omnes religiosas, &c. intelligitur in communi quo casu decedens cum signo contritionis potest admitti ad sacramenta, & ad sepulturam.*

An interdictis monasteriis monialium, possit administrari sacramentum pœnitentiæ ipsis monialibus?

1 Dic, quod † moniales possunt confiteri, & absolui, dum modo pro-

mit-

mittant respicere, imò si confessor nollet eas absoluere, & morirentur, essent sepelienda in Ecclesia monasterii si non est interdicta, vel in alia non interdicta,

2 Est notandum, † quòd quando interdictis tenor est talis, interdicimus, & interdicto supponimus omnes religiosas, vel religiosas talis monasterii, tunc interdicto monasterio, vt supra non intelliguntur interdicta moniales vel religiosi, nominatim, sed in communi, in quo casu decedentes cum signo contritionis possunt admitti ad sacramenta, & ad sepultura, Nauar. cons. 15. de sepult.

De celebrante coram interdicto, &c.

QVAESITVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi quicunque etiam exempti non seruantes interdicta generale quod seruat matrix Ecclesia si admittit laicos ad diuina officia incedunt in sententiam excommunicationis.*

2 *Seculares in quibus casibus non peccant audientes diuina in Ecclesia interdicta.*

3 *Priuilegiatorum tempore interdicti priuilegium extenditur etiam ad eorum familiam.*

Quid dicendum de celebrante scienter coram interdicto in Ecclesia interdicta, vel de eo, qui reciperet interdictos publicè ad officia diuina, & ad sacramenta, quæ prohibentur interdictis?

DIc. quod non efficitur irregularis, si non est ipse interdictus, sed intelligitur ei ingressus Ecclesiæ quousque satisfecerit iudi-

ci,

Digitized by Google

ci, qui interdictum apposuit, & si interim exerceat ea, que sunt suorum ordinum incurrit irregularitatem, c. Episcoporum de priuileg. in 6.

1 Hic nota, quod † religiosi quicumque etiam exempti, qui non seruant interdictum generalem, quod seruat Ecclesia Matrix, puta si admittunt laicos in eorum Ecclesijs ad diuina officia, vel ad videndum Corpus Christi per fenestras, vel foramina, etiam si illi extra Ecclesiam essent incidunt in sententiam excommunicationis, cap, frequentibus de sentent. excommunic.

2 Nota etiam, † seculares non interdictos in tribus casibus solummodo peccare, si audiunt missam, vel diuina officia in Ecclesia interdicta. Primo quando ipsi seculares sunt causa, vt videtur interdictum, & hoc siue tacitè, siue expresse rogando, præcipiendo, aut consentiendo, aut authorizando. Secundo si dum dicuntur diuina officia, ianuis clausis, ipsi, vt intrarent, mentirentur se esse priuilegiatos, vel esse clericos in minoribus, & quod propria possent admitti. Tertio quando dicerent officia qualia pertinēt ad clericos, tunc enim interdictum violarent, & peccarent mortal. Nauarr. loc. citat. numer. 187. In alijs vero casibus seculares non interdicti audiēdo missam, vel diuina officia in Ecclesia interdicta non peccant.

Et quia facta est mentio de priuilegiatis, qui tempore interdicti possunt intromitti ad diuina sine violatione interdicti.

3 Dic etiam eorum † priuilegium extendi etiam ad eorum familiares ordinarios, qui non fuerunt causa interdicti, dando auxilium, vel fauorem, &c. licet, de priuileg. in 6. §. cum conceditur, & limita, nisi ipsi familiares non comitētur eorum dominos in fraudem interdicti alioquin, priuilegium dominorum ipsis non suffrageretur.

QVEASITVM LXXXI

SVMMARIVM.

De malis, quæ affert interdictum.

Diuina officia celebrari non possunt in loco interdicto.

Quæ intelliguntur per diuina officia.

Quæ mala affert interdictum?

DIc. quod non possunt † celebrari diuina officia in loco interdicto, quando interdictum est locale, neque à persona interdicta, quando est personale.

Et per diuina officia intellige celebrari missam, sepelliri mortuos, & cãtari officium in choro &c.

QVAESITVM LXXXII.

SVMMAR.

Celebrans diuina officia in loco interdicto incurrit irregularitatem.

2 *in loco interdicto, quæ sacramenta non possunt ministrari.*

An celebrans diuina officia in loco interdicto incurrit irregularitatem?

1 DIc quod, qui † celebraret diuina officia in loco interdicto, vel ipse interdictus incurreret irregularitatem c. his qui, de sentent. excommunic. in 6. nisi eum ignorantia excusaret, Nauarr. cap. vigesimo tertio numer. 47. & hæc mala proueniunt ab interdicto siue a iure, siue ab homine.

2 Præterea in loco interdicto † non possunt ministrari, nec sacramentum ordinis, extrema vnctionis, nec sanctissimæ communionis, quando datur sanis, sed quando datur viaticum infirmis, seu damnatis ad mortem, vel peregrinantibus. potest administrari præterea interdictum pri-

vat

uat Ecclesiastica sepultura, vt supradictum est, etiam absolutos in articulo mortis à peccatis.

QVAESITVM LXXXIII.

SVMMAR.

1 *Decedentibus in duellis formati denegatur sepultura ecclesiastica.*
2 *Occidentibus seipsos denegatur sepultura eccle.*
3 *mortuis in peccato notorio denegatur sepultura ecclesiastica, & n. 5.*
4 *mortuis in puteo vel repertis suspensis denegatur sepultura eccl.*
6 *Notori etas iuris, quæ dicitur, & quæ facti.*
7 *Non confessio semel in anno quem non constat communicasse in Paschate denegatur eccles. sepultura.*

An Ecclesiastica sepultura denegetur alijs etiam quam interdictis?

1 Dic, quod sic, qui nempe, decedentibus † in duellis formatis, & torneamentis, etiam, si ostenderint signa contrictionis, & receperint omnia sacramenta Concil. Trident. sess. 25. cap. detestab. & cap. 1. de torneam. Nauarr. cap. 27. numer. 151. ubi nota, non esse duellum formalē, ita ut incurrantur censuræ, & aliæ pœnæ, uulgo le disfide, ex incontinentia factæ, sed requiritur temporis interuallus, sed prouocantes ut supra ex improuiso, pec. mort. & appellatur rixa, & occidens etiam in duello, teneretur restituere etiam damna naturalia, ac etiam gratuita ex usu fac. pæniten.

2 Ita etiam † qui seipsum occidit, vel qui occisi sunt in rixa subita, vel qui mortui in peccato notorio, secus qui non est mortuus in
3 peccato notorio, quia † in dubio quisque præsumitur bonus cap. sancimus 1. qu. 7. & cap. placuit 23. quæst. 5. Romanus singul. 228. & hic si ostendisset signa contrictionis posset sepelliri in Ecclesia.

Digitized by Google

4 Ita etiam denegatur in puteo mortuis repertis, vel ſuſpenſis, vel in alio loco ignoto, quia neſciatur, an per ſe id fecerint, vel ab alijs paſſi ſint mortem huiuſmodi, & in dubio præſumendum eſt in bonam partem, maximè ſi dum ſeruerent, erant bonæ mentis, & pij, & tunc extimandum eſt ab iniquis, ad in eos fuiſſe patratum, & non per ſe ipſos, ſed ſi ipſi, dum viuerent, erant furioſi, vel mente capti, tunc etiam eſſent excuſandi, & in Eccleſia ſepelliendi. Abb. in cap. ex parte de ſepult. il 2. & ibi Couar. & var. cap. 1. in fine, & in cap. alma mater.

5 Similiter † denegatur morientibus in pecca. notorio cap. quibus, & cap. quæſitum 13. quæſt. 2. & Abb. d. cap. ex parte, ſiue notorietas fuerint iuris, ſiue facti, & iuris † notorietas dicitur, quando decreto Iudicis, apparet aliquem eſſe in peccato, in quo moritur Couar. d. cap. alma mater. Notorietas vero facti eſt, quando quis moritur in fragranti crimine ideſt in ipſo peccati actu, ſiue occiſus, ſiue alio modo, vt ſolet eſſe in adulterio.

Sed hoc non procedit in notorietate vtriuſque modi, quando huiuſmodi notorij antequam expirent, oſtenderent ſigna contrictionis, vt eſſet percuſſio pectoris, inuocatio nominis IESV, vel Beatiſſimæ Virginis, vel alicuius Sancti, vel ſi oſtenderit alia ſigna deuotionis, vt eſſet amplexari crucem, inclinare caput, eleuare oculos ad cœlum, & ſimil. & hæc ſigna contrictionis ſufficiunt, vt hi ſepelliantur in Eccleſia, quæ ſigna poteſt Parochus admittere, ſi vidit, vel ſi ſaltem per vnum teſtem ei conſtabit. Tabien. V. ſepultur. Nauar. cap. 26. num. 33. Sot. in 4. diſtint. 42. quæſt. 7. articul. tertio.

7 Similiter non † denegatur Eccleſiaſtica ſepultura ei, qui non fuit confeſſus ſemel in anno, nec conſtat cõmunicaſſe in Paſchate, & obijt repentina (quod

ab-

Digitized by Google

absit a nobis) morte oppressus, & quod peius sine vllo signo contritionis, nec obstat dispositio cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss. & ratio est quia non constat eum perijsse peccatorem, potuit enim alibi adimpleuisse præceptum Ecclesiæ, & text. præallegat. omnis, debet intelligi, quando aliquis mortuus esset, ex decreto Iudicis esset declaratum decessisse sine confessione, & communione in tempore debito.

QVAESIT. LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum an relaxetur cum cautela.*
2 *interdicti tempore, quæ sacramenta conferri possunt.*
3 *Quid de sacramento matrimonij.*
4 *Quid de ordinum collatione.*
5 *Quæ sit differentia inter cessationem à diuinis.*

An interdictum relaxetur ad cautelam?

1 DIc, quod in interdicto generaliter promulgato in ciuitate, loca, &c. non habet locum relaxatio interdicti ad cautelam, secus in interdicto speciali, Calderin. in suo tract. de interdicto, el 4. & alij.

2 Nota, quod † tempore interdicti possunt conferri hæc sacramenta baptismus, & chrysma, & sacramentum pœnitentiæ, cap. alma mat. de pœnitent. & remiss. sed illa duo sacramenta non possunt conferri alta voce, cap. quoniam de pœniten. & remiss. & ibi Francis. & Io. Andreas, itaq; in quouis Ecclesia interdicta potest Baptizari, & chrismari, quia hæc sacramenta sunt excepta, cap. non est nobis de sponsal. cap. quoniam de sentent. excommunicat. in sexto, & tempore interdicti potest confici chrisma ob necessitatem.

3 De matrimon. tempore interdicti, dicunt communiter DD. quod potest con-

trahi

trahi, licet aliqui dubitent, sed non sollemniter, secundum Panormit. in c. non est de sent. excomm.

4 De ordinar. collatione, tempore interdicti, aliqui idem dubitantur, sed dic, secundum Innoc. in d. cap. non est, quod non possint conferri laicis, sed bene in clericis vt ad vlteriores ordin. perueniant, cum ipsi sunt interdicti, sed dictum Innocentium debet bene intelligi, non loco interdicto, nec laici, nec clerici sũt interdicti, & bene poterant alibi recipere ordin. sed Innoc. videtur loqui de cessatione à diuinis, non de interdicto formali, sed cessatio a diuinis generalis habet vim interdicti, specialis autem non, cap. dilectis de appell. & c. canonici de off. ord. in 6.

5 Hic nota quod est differentia inter cessationem a diuinis quia hæc est, quod fuit, & suspenduntur organa ministrorum, vt ibi non celebrent sed sententia interdicti est quod iuris, & supponitur locus interdicto eccles. vt qui in eo celebret efficiatur irregularis cap. is qui de sentent. excomm. in 6. secus est in cessatione, quia celebrans non incurrit irregularitatem DD. in c. dilect. de appellat.

Sed si cessatio esset generalis in tota ciuitate, celebrans secundum Io. Andream efficitur irregularis, c. canonic. de offic. ord. lib. 9. & ratio ipsius est, quia talis cessatio generalis, æquiparatur interdicto per Clement. primam de senten. excommu. aliqui dicunt contrarium, & verius quia non est in iure expressa hæc irregularitas, & æquiparatio clementinæ, quia est pænalis non delet interd.

De monitorijs ad finem reuelationis.

QVAESITVM. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *monitorium vsus est antiquissimus.*

2 *Papa potest concedere monitoria in toto orbe Episcopus, & eius Vicarius in sua diœcesi & cuius hominibus nullius diœcesis num. 3.*

4 *Visitator epis. an possit concedere monitoria.*

5 *An Abbas, & vicarius foraneus. nu. 6.*

An vsus monitorium sit in Ecclesia antiquitus?

1 Dic. quod est † antiquissimus, & meminit D. Augustinus in epist. 54. ap Macedonianum, & sit continuatus vsq; ad præsens concil. Trident. sess. 21 cap. 3. de reform. & Pius V. in Bulla 88. licet aliter sentiat Sotus in hoc errans, alioquin vir doctissimus, 4. sentent. dist. 22. q. 1. artic. 2. & etiam alij.

2 Potest concedere † Papa monitoria in toto orbe, sed Episcopus, & eius Vicarius generalis in eius diœcesi, sed non posset Vicarius cõcedere excõmunicato eius Episcopo, vel suspenso, quia suspenditur potestas, cap. 1. de offic. ordin. in 6. & scribentes in cap. vltimo de procur.

3 Non tamen potest episcopus concedere huiusmodi monitoria hominibus nullius diœcesis, nec possunt concedi a prælato inferiori, qui esset præsul diœcesi dictæ exemptæ, & locorum exemptorum per declarationem S. Congregationis, vt ex praxi Archiepiscopal. Cur. Neapol. in fine not. p. c. p.

4 Nec potest concedere regulariter † Visitator Episcopi, nisi id habeat specialiter in commissis, vt ego visitator generalis colẽdiss. memor. Maximiliani de Palumbaria Domicelli Romani Arciepisc. Beneuentani in ampliss. diœcesi Beneuẽtana per annos circiter viginti concessi, quia habui ampliss. potestatem non solum quo ad monitoria huiusmodi, sed etiam quo ad concedendas dimissorias ad ordines: imo ad cognoscendum omnes causas criminales. & ciuiles, & matrimoniales, ac etiam iurisparronatus, vt etiam

nunc

nunc exerceo, vt Visitator Illustrissimi, ac reuerendissimi D. Alexandri de Sangro Patriarchæ Alexandrini Archiepiscopi Beneuentani. Qua amplissima facultate nulli alij Visitatori hucusq; concessa, nunquam tamen, iuuante Domino abussus sum.

5 Potest etiam concedere † Abbas regularis in suos subditos, sed non posset aliquis Vicarius qui non esset
9 generalis, vt foranei † Vicarii, quia non talem facultatem; sed Vicarius substitutus in Vicar. generalem potest concedere, vt pluries ego substitutus de mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Arigonij Archiepiscopi Beneuentani concessi. Maran. part. 4. numer. 22. & similiter concessi, cum fui substitutus ab ipso Illustrissimo & Reuerendissimo D. Alexandro Patriarcha Alexandriæ Archiepiscopo Beneuentano.

QVAESITVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *monitoria huiusmodi non conceduntur materiæ criminosis, nec in familias numer. 2.*
3 *Speciale mandatum requiritur ad obtinenda monitoria nomine alterius.*
4 *monitoria pro quibus rebus conced. & nu. 5.*
6 *monitorium non est concedendum quando est infamatorium.*
7 *Iudex quando ex reuelationibus captis aliqua persona est læsa in fama non concedit copia.*
8 *Stylus curiæ Archiep. Beneuentanæ circa hoc.*

An supradicti possunt omnibus indifferenter concedere huius monitoriæ?

1 DIc vt infra, quod notorię † criminosis nō sunt concedendæ Abbas in cap. Noui de iud. num. 32. & alij, S. Carolus in auth. eccl. Mediolanen. p. 1. lib. 5. num. 7.

Sed in

Digitized by Google

Sed in hoc casu debet Iudex of-
cio carere, vt resarciantur
damno criminoso, nec exclu-
datur spe recuperandi, quod
suum est. Nec sunt conce-
dēda Iudeis, Felin. in c. Iudei,
& 2. de Iudeis, nec sunt con-
cedenda illis, de quorum inte-
resse non agitur, imò con-
cessa essent reuocanda Panor.
2 cons. 7. de sent. excom Ita † ēt
non conceduntur infamibus,
vide Synodum Prouincialem
Beneuentanam sub Maximia-
no Domicillo Romano Ar-
chiepiscopo, cuiùs Synodi fui
ego Secretarius, & compositor, nam hæc ipsa materia tan-
gitur.

Nota hic, † quòd ad obtinenda
3 huiusmodi monitoria nomini
alterius requiritur speciale mā
datum, Speculator. tit. de pro
curatoribus, & ita seruari in
praxi in Archiepiscopali Cu-
ria Neapolitana tenet Reue-
rendiss. Montis Marani,
nunc Iserniæ illius author.

No ta hoc † etiam, quòd monito
4 ria conceduntur pro rebus
subtractis, & de perditis, vt in
Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de
reformat. ac etiam pro scien-
dis occultis, pro scripturis in-
ueniendis, & simil. fac. Con.
declarat posse concedi per re
bus subtractis, & credo etiam
ad detentum id dicentem.

Sed non pro re † pauci momen
5 ti, non pro re omnino occul-
ta, vel incerta, vel iam diù am-
missa, cuius vel similiter me-
moria non habeatur, vt nota-
ui in Synodo Beneuentana,
vel non sit publica omnino,
quia pro notis non est con-
cedendum monitorium, ita
Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2.

Nec etiam est concedendum
6 quando est infamatorium,
hinc vsum habui ego, dum
eram Auditor Generalis Cu-
riæ Archiepiscopalis Beneuen
ti, delere capita, in quibus no-
mina habetur persona contra
quam erat suspetio pro in-
stante, quod rem detinuerit,
quia poterat lædi eius fama.

Hic notet etiam Iudex, † quòd
7 quando in reuelationibus cap-
tis, aliqua persona est læsa in
eius fama non est concedenda copia, sed tantum dari no-
mina, & ætatem, & vt Iudex
secularis possit eos cogere ad
deponendum super articulis,
non tamen super crimine, &
hæc est bona praxis, vt videre

est à Praxi Curiæ Archiep. Neap. vide etiam Nauar. 22. in silua Nap. lib. 3. nu. 50.

Est stilus Curiæ † Archiepiscopa
8 lis Beneuentanæ etiam si monitoria non continent, additur, vt illis Iudices, vel partes laici non possent vti criminaliter, sed in alijs Tribunalibus vidi ego additam etiam pœnam excõmunicationis, quod laudarem etiam in hac Curia Archiepiscopali, vt stylo antiquo, & formulæ horum monitorioriorũ adderetur pœna excommunicationis pro maiori obseruantia, nec etiam concedendum, quando res, per quam conceditur, non est satisfactibilis, si cõtra aliquẽ veniat, qui non est soluendo omnino, quia sententia excõmunicationis lata contra inopem est nulla. Dur. & Pet. in c. P. de offic. delegati Abb. in cap. de solut. & alij.

QVAESITVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vt in Summario.*

Quid faciendum Vicar. Episcopi, si ex huiusmodi monitorijs habet reuelationes, quæ continent criminalitatem, si concedantur parti, quia eis vtentur apud Iudices laicos.

1 DIc, quòd potest retinere reuelatione, † & non concedere partibus, & interim cogere illos, qui detinent, vel occupant res alienas, etiã excõmunicando, vt restituãt, quod debent. Prax. Archiep. Neap. c. 1. num. 6. iux. cap. nouit. de Iudicijs, vel potest etiã declarare illos incidisse in generalem excõmunicationem contra detinentes talia bona.

QVAESITVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria regulariter debent concedi pro re magni valoris.*
2 *Monitoria concessa pro re parui valoris an ligant.*
3 *Excommunicatio si feratur ob furtu de quo furto intelligitur.*
4 *Iudex habens iurisdictionem excommunicandi an possit excommunicare pro peccato præterito.*

An

Digitized by Google

An monitoria huiusmodi debeant concedi pro qualibet re parui valoris.

1 DIc, quòd † regulariter debet concedi pro re magni valoris, nec habeatur ratio materiæ furti, sed materiæ excommunicationis nam furti materia potest esse valor duorum carolenorum ex Nauar. c. 17. nu. 2. in manuali, vel secundum alios valor quatuor carolenorum, vt est sententia eruditissimi Patris Hyeronimi Pecorarij Iesuitæ Curiæ Archiepiscopalis Theologi, tamen materia excommunicationis debet esse grauis, & in hoc modo potest certa regula, sed poterit discretus Vicarius se regulare secundū qualitatem personarum, si sunt diuites, vel pauperes, atque ita ille concedere à Curia Romana non expediuntur nisi interfit ducatis quinquaginta.

Sed nota hic, † quòd monito-
2 ria concessa pro re parui valoris ex legitima excommunicatione non parentes, aliqui dicunt, quod non ligant, etiam ratio horum est, quia excommunicatio pro leui, est ipso iure nulla ex errore Iuris c. pertuas de sent. excom. in 6. quia parua res nō inducit culpam mortalem, quę est subiectum, & materia excommunicationis, & hoc etiam si ex furto rei leuis sit sequtum magnum damnum, quia attenditur furtum quidem veniale, quando paruum, non autem inde sequitur damnum in hac materia excommunicationis vtrāq; non incurreret excommunicationem, nec tenebitur restituere.

Hic etiam nota, quòd si excom-
3 municatio † feratur ob furtum, intelligitur de furto in materiam peccati mortalis, non autem ex furti peccati venialis, itaque qui furatus est acum, aut rem paruam, peccatum est veniale, sed si inde esset sequtum magnum damnum sutori, fur peccat. mortal. ob damnum, non tamen incurreret excommunicationem, si lata est ob huiusmodi furtum, nec teneretur restituere.

Et hoc intellige etiam de excommuuicatione lata à iure, vel statuto, quòd ligat furan-

Digitized by Google

rem parui valoris.

Alij dicunt, quòd excommunicatio pro leui furto ligat, & ratio est, quia excomunicans videtur habere intentionem ligandi, dato quod excommunicat, quia alias non concederet, sed malefacit, sic excommunicando scienter, vel explicitè habendo hanc intentionem; sed nota quod sic concedens monitoria, & excommunicans peccat mortal. & iniustè facit, etiam si absq; dolo fieret, quia facit contra Sac. Concil. Trid. & Sac. Can. vide Lazarium sect. 1. q. 22. nu. 1. & seq.

Ratio potest esse, quia etiam si res pro qua feratur, leuis sit contumacię, vel inobedientię, quia non restituitur, est peccatum mortale, imò eo maior contumacia, qui ex minori causa, & videtur inesse maior contemptus.

Nota hic, † quod Iudex habet
4 iurisditionem excommunicandi, non potest excommunicari pro peccato præterito, nisi in futurum scandalum, vel debeatur satisfatio, & hæc est communis opinio, & etiam ratio potest esse, quia hæc censura fertur inobedientem, vnde qui furatus est non comisit inobedientiam, sed in futuro committeret, quia non restituet.

QVAESITVM LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vt in Summario.*

An habens rem furto sublatam, scit vbi sit, & nouit ab ipso fure, teneatur reuelare, virtute horum monitoriorum?

1 Dic, quòd † non tenetur reuelare, quia maximũ esset sibi damnum reuelare rem furtiuam, maximè si mala fide accepit, quia esset particeps furti, & ita in hoc casu non tenetur renuntiare, & si bona fide accepit, nec tenetur reuelare, quia non potest probare, vel etiam non tenetur reuelare, quia maximum sibi esset damnum, quia non posset probare suam bonam fidem in iuditio, vbi contra ipsum ageretur.

Sed sciendo aliunde tenetur reuelare metu excommunicationis, quia tunc ipse esset liber,

Digitized by Google

& Iudex possit exquirere ex officio Sair. cap. 14. nu. 25.

Sed quando fur retulisset sibi, & alijs, vel coram alijs, tunc teneretur reuelare, imò si res non posset recuperare, nisi reueletur fur; tunc etiam tenetur reuelare furem (si sine damno suo fiat) Abb. in cap. qui cum in fure de furtis, alias non reuelans incurreret excommunicationem, & tenetur restituere damnificato.

QVAESITVM LXXXX.

SVMMARIVM.

1 *Vt in Summario.*
2 *Testes nolentes deponere coram Iudice laico potest compelli per Censuras Ecclesiasticas.*

An si laicus lateat, vel absens sit, & sit in aliquo crimine, & Iudex secularis procedere non posset, etiam si quid sit persona certa, potest Iudex Ecclesiasticus per censur. Eccl. cõpellere, vt inde exeatur.

1 Dic, quod † sic, maximè quando delictum est publicum, imò potest etiam cogere, vt restituat. Abb. in cap. ad nostram de iureiurando, el secondo Suarez disp. 20. sec. 1. & 10. quia Iudices populorum debent se adinuicem coadiuuare.

Hinc esset bona praxis, vt te-
2 stes † nolentes deponere coram Iudice laico, Iudex Ecclesiasticus per censuras ad deponendum compelleret ad hoc, vt veritas sciatur, ex patientibus damnum, Consulatur, vide Abb. in c. ad nostram, el secondo de iureiurando.

QVAESITVM LXXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium contra testes simulati contractus, an concedantur.*
2 *Pactum nudũ ratione peccati debet obseruari.*
3 *Monitoria super facto proprio an concedantur.*
4 *Monitoria post conclusum in causa an concedantur, & quid in secunda instantia nu. 5.*
6 *Obligatus restituere, vel reuelare ex vi monitorij claphis decem dies inducitur excom.*

An

An possit expediri monitorium contra testes simulati contractus, & consciosin graue damnum proximi, vt solet fieri in donationibus factis clericis, vt bona donata sint immunia à collectis Fiscalibus, & similibus.

1 Dic; quòd sic. † Vide praxim Curiæ Archiep. Neapolit. c. .nu. 5. & ita etiã sentit Ioannes Baptista Consta in tract. de por. rara. Ita etiam possunt concedi contra testes nolentes deponere veritatem, etiam illos impedientes. Abb. in c, Constit. & c. de test. nu. 1. Nauar. in consil. 14. de donat. inter virum, & vxorem. Ita etiam expediri contra scientes nudam, & simplicem promissionem de futuro, vt de faciendo scripturam, & simil. quia facta etiam nuda sunt seruanda c. qualiter de pactis, idem Dor. in c. 1. eod. tit. & 10. canonistarum est, quia pactum nudã parit actionem; & per canonist. c. 7. de pactis vide Decium Consil. 107. num. 1. & si in pacto hoc procedet eo fortius cum pactis iuratis.

Nota hic, quod procedit in terris Ecclesiæ, vbi obseruatur Ius Canonicum, & in foro conscientiæ debet obseruari † nudum pactum ratione peccanti; Intellige quando vnam partem pœniteat peccati, quia de iure ciuili pactum nudum non inducunt actionem, sed exceptionem. conclude, quòd monitoria possunt etiam concedi, quando competat actio, non competat in foro exteriori. argum. l. fin. de fide.

3 In vno casu † monitoria non essent concedenda, quando peterentur super facto proprio, vt quia mutuaui, & volò probare per testes, quia debet meminisse testes, & eos cogere, authoritate Prætore. Secus esset, si esset factum antiquum, vel si homo esset obliuiosus, & similiter, vel testes nollent deponere, nisi metu excommunicationis, sic etiam quando sumus in diu positis in infirmitate, vel in casibus subitis, vel quando per alios, qui nesciuntur, vel quorum memoria non habetur.

Curia Metropolitana Beneuentana, solebam ego concedere

dere contra scientes, vbi esset res, de qua quærebatur, ac de pignore, vel decem subtractum, vbi reperiretur illa res subtracta; Nota quòd monitorium concedendum est, & esset bona praxis, vt pars iuret se nõ habere aliun de probationes, & confugisse ad hoc refugium, & dicunt seruari in Hispania.

Nota hic, quòd post † conclu-
4 sum in causa regulariter monitoria non conceduntur, nisi Ecclesijs, mulieribus, & alijs personis priuilegiatis, quibus conceditur gratia restitutionis integrum aduersus omissas probationes.

Et in secunda instantia † dato
5 termino ad non posita ponendum conceduntur etiam huiusmodi monitorio, dummodo super nouis articulis, quod obseruaui, dum fui Auditor, & Iudex appellationum ordinar. Ciuitatis Beneuenti Archiepiscopo colendissimæ memoriæ Pompeyo Cardinali Arigonio, & hæc pro causidicis.

Hic nota, quòd qui est obligatus
6 restituere, vel reuelare † ex vi monitorij, elapsis decem diebus includitur excõmunicantio, sed nõ tollitur obligatio' & per decem dies intelliguntur dies naturales 24. horarũ, & incipiunt ab eodem die, & hora, qua monitorium profertur, vel ab ea hora, qua reuelaturus habuerit notitia monitorij, si moriatur intra terminum decem dierum datum ad reuelandum, vel restituendum non erit excommunicatus, quia viuus non fuit in mora, nec cõtumax. Lap. sect. 2. constit. 1. in tract. de monitorijs, nu. 19.

QVAESITVM LXXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria an expirent morte concedentis.*

2 *Delegans si moriatur postquã delegatus ceperit vti sua iurisdictione non expirat iurisdictio delegati.*

3 *Delegatus Papæ, vel alterius Principis an possit subdelegare.*

An monitoria expirent morte concedentis.

Digitized by Google

1 Dic, quòd † expirant à Iudice, aut parte cum eis, & mandatum huiusmodi monitorij expiret. Praxis Curiæ Archiepiscopalis cap. 1.nu. 27.quia hæc non dicuntur statuta, sed mandata specialia, vel generalia ab homine, secus est in statutis per Episcopum, quia statuta *Episcopi* semper durant. Abb.in c. 1. à nobis, & cap.fi. de officio delegato.

Nota etiam hic, quod si delegans † moriatur,& delegatus
2 inceperit vti sua iurisdictione, non expirat iurisdictio delegati, & dicetur vsum fuisse per solam citationem, pro qua iurisdictio perpetuatur glos. in cap.penult.de foro competenti,dummodò monitorium publicatum fuerit, vel citatio ad partes peruenerit; Ita etiã quihabuerit auctoritatem aliquos excommunicandi,vel absoluendi mortuo delegante, si in eius vita aliquos excommunicauerit, vel absoluerit, poterit,& reliquos,si fuerit negotiũ connexũ absoluere, vel excõmunicare, Hugo de censibus Tab. 1. cap.7. §.1. nu. 5. argum.cap.licet,vt supra.

Nota etiam hic, † quòd delega-
3 tus Papæ, vel alterius Principis potest subdelegare cap. Pastoris, & ibi Abbas de officio delegati,ita etiam ordinarius potest delegare. Thesaurus fori Ecclesiastici parte 2. cap.17. nu.58. hoc tamen non procedit,quando est cõmissum nudum ministerium, vel quando est electa iniustitia personæ,vel si est ex causa meri, & mixti Imperij videatur Felin. in cap. super quæstionem de officio delegati §. Porrò, & ibi Abbas, & glosa, sed delegatus Iudicis inferioris non potest subdelegare, scribentes in cap.Quamuis de officio delegati.

QVAESITVM LXXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Concedens monitoria an possit principalẽ, vel alios eximere.*
2 *Casus vbi quis non reuelando excusatur.*

An concedens monitoria possit eximere, vel principalem, vel alios ex aliqua iusta causa?

Dic,

Digitized by Google

1 Dic. quod †sic Nauar.lib. 5. conſ.7.& alij ex iuſta cauſa poſſet eſſe, quia concedens, vel principalis ſcit illos contra ad cuius inſtantiam petitur monitorium nullum habere ius, & ſimil. ſic etiam pars petens poteſt eximere quos, comprehendi non vult, & hoc vel expreſſe, vel etiam tacitè facere poſſet, ſed excepti, ſi neſciuit eorum exceptionem, tenentur obedire alias incurrunt ob contemptū cenſuræ, vel ſaltem pec.mort. Adde, quod quando excommu. fertur ad inſtantiam partis requiritur illius intentio ad eximendum aliquem, ne cōprehendatur, Tolet. & Armil. 1. cap. 10. ſub n. 7. de ſent. excō. ſed in excomm. generali non requiritur intentio partis, ſed ſufficit intentio iudicis.

Nota hic, † quod abſq; iudicis, 2 vel partis exceptione non tenetur reuelare, nec incurrit, qui alicuius doctoris auctoritate fultus tenet ſe non debere reuelare, quia credit petentem non habere ius ſuper illū vel alio modo non tenere Nauar. conſ. 7. de ſentent. excommun. loc. cit.

QVAESITVM XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Vt in ſummario.*

An ordinarius poſſit eximere aliquos à reuelatione per monitoria etiam in monitorijs Papalibus, quorum exequutio ſit ei commiſſa?

1 Dic. quod ſic, vt deducitur ex ipſius verbis monitorij Papalis nempe in illis Quo circa fraternitati veſtræ, &c. vide adducta per D. Marc. Antonin. lib. 1. Var. reſol. vlt. caſu 27. Sai. um c. 20. nu. 13. lib. 2. de cenſuris.

QVAESITVM XCV.

SVMMARIVM.

1 *Vt in ſummario.*

An qui aliqua ratione, vel alicuius doctoris autoritate freetns ſine iudicis, vel partis exē ptione expreſſa nō reuelat quia confidit, quod pars aduerſa nullum habet ius ſuper id, ad quod petit monitoria,

Digitized by Google

& aliàs publicari facit, incurrat excomm.non obediendo monitorijs?

DIc. quod non concurrentibus antedictis, scilicet. quia credit probabiliter non teneri aliqua probabili ratione, vel autoritate alicuius probati doctoris, secus si dubitet, vel leuiter crederet nullum sibi ius competere vide Nauar.lib.consil.de sent.excomm.consil.7.& praxim cur. Archiep. Neap. c.7. Rot.Rom.d.decis.383.

QVAESITVM XCVI.

SVMMARIVM.

Nemo tenetur cum sui iactura exequi, quod ei competit ex aliqua lege positiua apostolica, vt num. 2.
Expensæ in casu præfato debentur, &c.

n teneatur obligatus ad reuelandum proficisci aliò suis expensis?

DIc.quod non, quia† nemo tenetur cum sui iactura, quod ei competit ex aliqua lege positiua exequi, vide Sil.nuptial.lib.3. V.monitor. num.46.cum Rosella.V. reuelatio, quamuis Siluester sentiat contrarium, conclude, quod nisi soluantur expensæ debitæ pro amissione temporis, non teneretur reuelare, tenet Alexander in l.recusare §.si quis, ff.ad tribel.Felin.de testib. cap. 1. & stantibus antedictis, expenses debentur tam in eundo, quam in stando, quam in regrediendo. c. si testes omnes §. venturis 4. q. 3. Sayr.& Clau.reg.lib.12 c. 19. imo dic quod debetur test.reuel. etiam interesse.

Imo si iudex † decerneret, quod
2 testis teneatur reuelare in prædicto casu, & alio accedere, suis expensis, tunc monitoria non ligarent Franc.Mar. p.2. decis.875.secus esset quando monitorium esset Apostolicũ & de re valde graui, & notabili vtile Ecclesiæ, quia tunc priuatum damnum debet cedere publicæ vtilitati, vt colligitur ex eod.Franc.Marc.loc. cit.Vide extrauag.PP.Ioannis 22.de furtis.

3 Et expensæ † in casu præfato

debentur

debentur ab illo ad cuius instantiam, vel fauorem, quis cogitur reuelare, & iuxta proprios lares exire; Quod intelligere exceptis expensis, quas reuelans huiusmodi feciſſet ſi domi ſuæ permanſiſſet, vide Roman. in l. ſed & ſi lege, §. autem de petit. hered. ff.

QVAESITVM XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Fraus ſua nemini debet ſuffragari.*
2 *Infirmus, aut abſens nec contumax eſt, nec inobediens.*
3 *Excommunicatus ob non reuelationem, ſi reuelet, qualiter ſit abſoluendus.*
4 *Peccatum, quod eſt occultũ, regulariter non tenetur quis reuelare ob monitionem gener.*
5 *Occultum, quod dicitur in materia noſtra.*

An qui non reuelauit, quia erat infirmus, vel quia impotens, vel quia erat abſens tempore publicationis, teneatur, vt ſcit vel vt poteſt reuelare, aut reſtituere, aut ſatisfacere?

DIſtingue, aut ſumus in fure, qui poſt furtum aufugit, & excommunicatur quia tunc hic talis non excuſatur, & ratio eſt, quia ipſe tenetur quærere, ſi excommunicatio publicè ſuper furto lata eſſet, vide Armill. in V. excõmunic. vide gloſ. in c. à nobis 1. de ſent. excomm. licet alij tenent contrarium in hoc caſu, ſed ratio meæ deciſionis eſt, quia † nulli debet ſua fraus ſuffragari. 1

Aliqui dicunt, quod hic talis, vt ſciuit, vel potuit reſtituere, & non reuelat, vel reſtituit. non incurrat Tabien. V. excommu: 4. §. 4. Armill. V. excommun. num. 34. quod extendunt etiam in infirmo, vel in impotente obedire, aut ſimili impedimento.

Et qui defendunt ſententiam Tabienſis, & Armill. vtuntur hoc argumento, aliquis non reuelauit, quia ingnorans, vel impotens tempore reuelationum faciendarum, elapſo termino præfiſſo videtur monitorium nullum amplius habere vigorem terminum ſtatuẽtis, & ratio rationis eſt, quia excommunicatio fuit lata cõ-

tra contumaces ; Impotens autem Infirmus † aut absens,
2 nec contumax est, nec inobediens c. nullus, & c. nemo. ij. q 3. Hinc dicerem, quod esset opus noua excommunicatione contra nouum nunc contumacem, quia sententia excõmunicationis non habet tractum successiuum, si feratur ab homine, secus si per statutum, quia tunc comprænhenduntur etiam futuri contumaces, vide Abbatem in c. à nobis el primo de sent. excom.

Secus esset, si excommunicans habuisset intentionem etiam excommunicandi futuros cõtumaces à die notitiæ, non solum præsentes, aut præteritos.

Sed in dubio intellige, quia pars interessata non habuit intentionem extinguendi suam actionem, sed potius differendi vnde sequitur, quod à die notitiæ quis teneatur reuelare, & restituere, vel alios satisfacere, id videtur sentire Nauar. in summ. c. 25. nu. 46.

Nota hic quod † si quis ob non
3 reuelationem sit excommunicatus, vt reuelet, legitimè, debet absolui à tali excommunicatione cum reincidentia, statim postquam fuerit excommunicatus Sayrus de censuris lib. 2. Decius in c. intelleximus de iudicij num. 15.

Nota etiam quod † quando peccatum est occultum, regulariter non tenetur aliquis reuelare ob monitorium generale & ratio est, quia iudex in hoc casu nullũ habet ius, neq; interrogãdi neq; precipiendi, inde nec testis tenetur aut reuelare aut respõdere vide c. qualiter, & quãdo de accusationibus el primo, Sayr. in Cla. Reg. lib. 12. c. 27. Et in hoc proposito occultum dicitur, pro vt opponitur † probabili alicuius,
5 cuius non sunt testes, nisi aliqui pauci, quia inde nulla oritur fama, Vide Nauar. c. 27. n. 255. in manu.

QVAESITVM XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Reuelare an quis teneatur in monitorij quando peccator se emendauit, vel spes est se emendandi.*

2 *Denunciatio absq; monitorio in quibus casibus peti possit.*

An

Digitized by Google

An quis teneatur reuelare aliquod peccatum vi monitorij, vbi peccator se emendauit, vel speratur, quod se emendabit fraterna correptione?

1 Dic, quod regulariter † non tenetur reuelare, si speratur eius emendatio ante fraternam correctionem sed post teneretur, Nauar. c. 25. nu. 46. & Petrus Nauar. lib. 2. de restit. c. 4. p. 2. dub. 9. nu. 217. Tolet. in summ. lib: 1. c. 18. num. 7. Intellige in casu in quo debet fieri fraterna correctio, & vrgeret monitorium.

Hic nota, quod † denunciatio
2 absque monitorio in tribus casibus debet fieri, primo quãdo delictum est publicum, secũdo qñ periculũ esset in mora tertio, & cum delictum est veniale, quod non infamat. Nauar. in c. inter verba ij. q. 3. conc. u. 6. nu. 776.

Sed hoc non procedit, quando Prælatus exigeret denunciationem ad emendationem peccati mortalis alicuius, vel ad præcauendum aliquod rei publicæ, vel proximo imminẽs malũ, vel ad satisfaciẽdũ.

QVAESITVM XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Reuelare an teneatur metu excommunicationis male ablatũ, quod putat posse retinere ui cõpensatem alterius tanti.*
2 *Compensatio in hac materia, vt sit iusta qua concurrere debent, & num. 3.*
4 *Concedens monitoria si vellet comprehendi etiam tenentes pro compensatione an tenentes teneantur reuelare.*
5 *Conscij huius compensationis si dubitent de iusta compensatione an teneantur reuelare.*

An possit quis licitè non reuelare metu excommunicationis aliquod male oblatum, quia putat posse retinere in compensationem alterius tanti?

1 Dic. quod per regulam † generalem in omnibus casibus in quibus permittitur compensatio, amittitur non reuelare, & consequenter scientem aliquem sic tenere, non esse obligatum ad reuelandum, sed hæc regula multas patitur limitationes,

pri-

Digitized by Google

2 prima vt compensatio † sit iusta cum his conpensationibus scilicet vt debitum non sit ex sola charitate, sed ex iustitia, vt sit liquidum, vt non teneatur plus debito, vt non possit alia via iuris recuperare, aut extra ius sine damno notabili, vt si perierit à debitore debitum, verisimiliter nihil proficiet, vt ob talem cōpensationem nullum sequatur scandalum, aut damnum sibi, vel alteri, vt sciat debitor, vel eius hæredes, debitum iā esse solutum, & hæ condictiones requiruntur in compensationibus, vide Nauar. in manua. cap. 17. nu. 112. Sayr. lo. cit. c. 14. n. 6.

Conclude igitur, quod concurrentibus numeratis conditionibus, potest quis accipere occultè rem suam, & sciens nō tenetur reuelere, nec ipse principalis restituere, quia iniustam compensationem retinet, Sil. V. furtum. §. 41. Tabien. V. inquisitio, q. 7. Nau. in manu. c. 17. n. 215.

Idde, quod si prædictis condictionibus † non concurrētibus aliquis accipiet quantū consequi debebat à debitore, licet peccet, non tamen tenetur restituere, & ratio, quod peccat, est quia est iudex in causa propria, hoc videtur sētire D. Thom. 2. 2. q. 66. artic. 5. ad 3. Teneretur tamen hic restituere, seu resarcire damnum, quod forte passus esset custos, sed hæc solo scandalo non teneretur restituere.

Debet tamen quis abstinere ab huiusmodi subtractione ob pœnas fori exterioris.

Hic tamen nota, quod † si con-
4 cedens monitoria vellet comprehendi etiam retinentes p compensatione, dicunt aliqui quod sic retinens tenetur reuelare, & restituere aliqui tenent negatiuè vide Nauar. in c. 27. nu. 115. sui manual. Rosel. in V. familia.

Nota etiam † quod conscij huius cōpensationis si dubitarent de
5 iusta compensatione tenerentur reuelare, & denunciare, etiam si principalis dicat, sibi accepisse pro rei suæ recuperatione Nauarr. in manu. cap. 23. n. 37.

Sed aduerte, quod non potest sic accipiens accipere rem, quæ esset alterius, non autē sui debitoris, tunc & ipse

tene-

Digitized by Google

tenetur restituere, & scientes reuelare.

QVAESITVM C.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria huiusmodi an possint concedi pro peccatis præteritis.*

An excommunicatio huiusmodi per monitoria possit fieri pro peccatis præteritis?

1 DIc, quod regulariter † non potest, & est communis opinio, nisi pendeat scandalum in futuro, aut satisfatio. Abb. in c. 1. & g. de off. delegati nu. 7. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 2. & habetur in c. Romana de sente. excomm. in 6.

Alij, vt Caietanus 2. 2. q. 69. art. 1. ad 2. & Corduba in quæstionario lib. 2. q. 37. tenent, quod huiusmodi excommu. pro peccatis præteritis potest fieri saltem à Papa, vide Lazarium de monitorijs sect. 1. quæst. 13. vbi latè hanc quæstionem disputat.

QVAESITVM CI.

SVMMARIVM.

1 *Reuelans tenetur reuelare iuxta mandatum Episcopi, & qualiter.*

2 *Habens rem acceptam à fure an teneatur reuelare.*

An reuelans tenetur reuelare rem vbi est, & qui eam detinet, & furem, qui furtum fecit?

1 DIc, vt infra, quod † tenetur reuelare iuxta mandatum episcopi, vt illi satisfaciat, præuia tamen monitione facta furi, vt restituat, intellige, dūmodo aliquod graue damnum propter hoc ipsi furi non succedat.

Sayrus dicit, quod qui † habet

2 rem acceptam à fure, quæ furto sublata est, vel si ab ipso fure tantum nouerit, vbi res illa sit, non tenetur reuelare ob malum, quod sibi immineret ob talem reuelationem, sed si aliunde sciret, posset, & teneretur manifestare in Cla. Reg. c. 14. n. 25. Imo, & si res ipsa recuperari tali modo nō posset, teneretur etiam, & furem

Digitized by Google

rem reuelare, si probari potest. Abb. in cap. qui cum fure de furtis.

Sed si ipse solus sciret à fure, vel v disset, non tenetur reuelare, sed tantum more delinquentem, vt satisfaciat, Vide Soccin. Sen. cons. 102. lib. 4. & Franc. Marc. dicis. 859.

QVAESITVM CII.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium an possit expediri contra omnes impediētes testes produci in causa mota.*
2 *Tacere veritatem vbi quis requiritur iuridice est pec. mort.*
3 *Monitorium contra corscios simulati contractus in præiudicium tertij an possit expediri.*

An possit expediri monitorium huiusmodi contra omnes impedientes testes produci in causa mota?

1 DIc, quod sic Abb. in c. constitutis el primo de testibus, & attesta. Vbi nota etiam, quod quando ignorātur personæ, qui testificari possent, potest fieri monitorium generale sub pęna excommu. vt compareant ad testificandū veritatem, quia † tacere veri-
2 tatem, vbi quis requiritur iuridicè, est peccatum mortale, cap. quisquis ij. q. 3.

Nota hic, quod potest † expedi-
3 ri monitorium cōtra conscios simulati contractus in graue præiudicium tertij, vt habetur in libro praxis Cuiiæ Archiep. Neapol. c. 1. notab. 5. Sed an probet hanc simulationem vnus testis de visu, vide Masc. de prob. volum. 1. conc. 448.

QVAESITVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Terminus in his monitorijs currit à tempore scientiæ.*
2 *Terminus monitorij non extinguit, sed differt obligationem.*
3 *Excusatur quis à reuelatione si mandans fieri monitorium moriatur.*
4 *Mandata generalia, vel specialia expirant morte concedentis.*
5 *Sententiæ excommunicationis*

latè

Digitized by Google

late per Statuta Episcoporum non expirant morte episcopi, & quid de Statutis Vicar.

6 *Reuelare non tenetur quod probare non potest, & ad quid teneatur.*

7 *Reuelare non tenetur, quod audiuit à personis leuibus, & non fide dignis.*

8 *Reuelare non tenetur, qui scit quod iudex factus est certus ex reuelatione alterius.*

9 *Reuelare non tenetur, qui scit debitorem ob impotentiam excusari.*

10 *Reuelare, aut restituere non tenetur quis arma sciens repetentem velle uti ad malum finem.*

A quo tempore qui post monitionem obligetur reuelare, vel restituere?

DIc. quod dies dati ad reuelandum numerantur ab eadem hora, qua monitorium profertur, dummodo notitia habita sit, nam cur-
1 rit † terminus in his monitorijs a die sententiæ, & hæc est communis opinio, & dies numerantur naturales, scilicet viginti quatuor horarum, & incipit currere ab hora publicationis.

Sed elapso termino præfixo, si non adsit excusatio incurritur excommun. sed ad huc tenetur reuelaturus obedire edicto monitorij, quia terminus
2 † non extinguit, sed differt obligationem, nec potest absolui.

Aliqui tamen dicunt, quod qui sciunt aliquam rem, pro qua fuit monitorium iam publicatum, post publicationem monitorij, non ligatur excommunic. si non reuelet.

Hic nota, quod † posset excusa-
3 ri quis à reuelatione si mandans fieri monitorium, moriatur, nam excommun. extinguitur, quando fert ab homine, nec ligat contrafacientes, post finitam iurisdictionem Syl. V. excommunicatio, 2. §. 2. qui multas cumulat. Item si pars moriatur, Nam mandata † ge-
† generalia, vel specialia expirant morte concedentis, quia non sunt statuta, Vide c. 1. notab. 17. Praxis cur. Archiep.

Sed sententiæ † excommun. late
5 per statuta episcoporum non expirant morte episcopi, Abbas in c. a nobis de offic. legat

Digitized by Google

Sed ſtatuta Vicariorum morte eorum, vel remotione ab officio non durant, niſi durãte eorum officio Affl. dec. 290. Bart. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.

Nota quod † quis non tenetur
6 reuelare, quod nõ poteſt probare, ſed bene tenetur monere deliquentem, vt ſatisfaciat parti læſę, fallit in crimine hæreſis, vel quando vergeret in grauem perniciem ſpiritualem, vel temporalem alicuius Regni, aut communitatis.

Notandum, quod non † tenetur
7 reuelare, qui audiuit a perſonis leuibus, & non fide dignis Nauarrus in manua. c. 25. nu. 46. & ſic etiam quando non bene recordatur, ſi audiuit, vel non audiuit, & a quo audiuit.

Sic etiam non tenetur † quis reuelare, quando ſcit alium denunciaſſe delictum, ex quo iudex eſt factus certus Coſta de facti ſcientia, & ignorantia in ſpec. 76. hum. 1. quod præcipuè procedit, ſi denuncians ſit is, a quo audiuit, vel ſciuit Nauarr. loc. cit.

Sic etiam non tenetur † quis re
9 uelare, quando debitorem ob impotentiam excuſari a reddendo Suarez diſput. 20. nu. 12. tom. 5. ad S. Thom.

Sic etiam non tenetur quis reuelare, vel reſtituere † arma, ſeu pecuniã quando ſcit pro certo repetentem velle vti ad malum finem, & eſt communis ſentent. Sed ſi ad alium finem ego tenerer reuelare, & reſtituere, quia ceſſat ratio. Vide Nauarr. in c. inter verba ij. q. 3. D. Anton. 3. p. tit. 2. c. 8. §. 1. Imo peccaret qui reſtitueret, aut daret arma, aut pecuniam vſuro ad malam finem in caſu propoſito, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3.

Sed ſi iudex præcipit omnino dari, & reſtitui arma, vel pecuniam, tunc non peccat ſic dãs quia incumbit ei ex officio vitare, & obuiare damna proximo.

QVAESITVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Reuelare non tenentur illi qui ſciunt aliquid per conſultationem, ſiue per remedium animæ ſiue corporis, quod amplia, & limitata, vt nu. 2. & 3.*

Digitized by Google

An teneatur reuelare, qui scit aliquod sub sigillo ex ui monitorialium?

1 DIc, vt infra, quod non † tenentur reuelare illi, qui per consultationem sciũt aliquod, scire per remedium animæ sit, siue corporis, siue honoris, siue per defensionẽ bonorum, alias reuelãdo tenetur restituere damnum illi contra quem reuelent, & peccant mort. Sed si sciunt alia via, possunt reuelare Silu. V. confess. 3. q. 20. Nau. c. 18. n. 21. & 25. n. 42. & 46. in man. & hoc procedit, q nõ tenẽtur reuelare etiam si veritas aliter haberi non possit.

Intellige, quando † attenditur
2 solum pœna delinquentis, quia tunc fides naturaliter debita est, Secus vbi agitur de aliqua iusta, & vrgenti causa, vt pro conseruatione reipublicæ, vel alicuius tertiæ personæ, quod aliter impediri non potest. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.

Secus esset † si quis audierit in confessione sacramentali, sed quando iudex prælatus non procederet ad pœnam delinquentis, sed pro interesse aliorum scilicet, vt delinquens satisfaciat dãnificato, tunc omnes personæ, vt medicus, aduocatus consultans, procurator tenentur reuelare, dummodo res illa non sit omninõ occulta, maximè si aliter veritas haberi non potest, & aliunde resciuerunt, Sayrus d. c. 20. in Cla. Reg. lib. 12. num. 8.

QVAESITVM XCV.

SVMMARIVM.

1 *Reuelare quis non tenetur de licitum quod scit in confessione nisi de licentia pœnitentis.*
2 *Licentia reuelandi confessionẽ, quando potest dari per pœnitentem.*
3 *Sacerdos in confessione scit, nõ vt homo, sed vt Dei minister.*
4 *Reuelanti confessionẽ in iudicio etiam cum iuramento non est habenda fides.*
5 *Confessor, qui vouit in confessione matrimonium nullum an debeat tacere.*

An qui scit aliquod per confessionem, teneatur ex vi monitorij reuelare.

Digitized by Google

1 Dic. reuelare, quod non tenetur † reuelare dictum, quod in confessione quis nouit, non solum in vita pœnitentis, sed etiam eo mortuo, nisi de licentia pœnitentis, c. significasti, de adult. Et
2 hoc intellige, quod tunc potest dare licentiam confessus reuelandi confessionem suam quando ipsius maximum bonum spirituale, vel corporale scire etiam publicum inde sequeretur, aliàs non teneretur reuelare, etiam habita licentia confitentis, quia esset maximũ sacrilegium, Martin. del Rio tom. 3. lib. 6. c. 1. sect. 2. disc. magic.

Imo si Episcopus vellet scire etiã in confessione adhuc confitens, non tenetur reuelare
3 quia † sacerdos in confessione non scit, vt homo, sed vt Dei minister, nec potest cogi ab vllo ad reuelandam confessionem. Nauar. c. 8. suæ
4 sum. Imo si quis †aliter reuelaret, etiam cum iuramento in iudicio non esset ei adhibenda fides Bald. & Castr. in l. Archigerontes, C. de epsco. aud.

Limita, si sacerdos fide dignus asserret, se habuisse licentiã a morìente de reuelanda confessione, tunc ei iurato, & probanti in iudicio dictum, creditur, Lapus alleg. 94. Nauarr. c. 8.

Et ad hoc sigillum tenetur non solum sacerdos, sed etiam interpres confessoris, siue pœnitentis, imo, & consultor, & quouis modo conscij, Nauar. c. 18. nu. 51.

Hic nota, quod † cofessor, qui
5 nouis in confessione aliquod matrimonium esse nullum ob impedimentum dirimens debet tacere hoc impedimentũ, nisi coniuges interrogent, nã tunc tenetur respondere veritatem, & secretè dispẽsatione obtenta iterum inter se consentire, sin aliter, nullo modo debet reuelare, sed eos permanere in bona fide.

Sacri DD. Theologi tenẽt, quod in vllo casu potest confessor reuelare peccatum auditum in confessione sacramentali. Vide Lazarium sectio. 2. q 17 Canonic. & pract. quæst.

QVAESITVM CVI.

SVMMARIVM.

1 *Qui tenentur ui monitorij reuelare scripturas.*
2 *Reus non tenetur exibere scripturas, sed tantum reuelare esse apud talem, &c.*
3 *Arma non sunt sumenda de domo rei pro aduersario.*

Quis teneatur ex vi monitorij reuelare scripturas?

EDIc. † quod tenetur reus & scientes reuelare instrumenta, seù scripturas, quæ deseruiunt ad publicum iudicium exercendum, & per scripturas publicas intellige illas, quæ continent acta causarum in iudicio coram iudice, etiam de manu publica conscriptas, Alex. in l. acta, & in lege actorum, ff. de re iud.

Non tamen † tenetur reus exhi-
2 bire, sed tantum reuelare esse apud talem notarium, itaque qui habet talem scripturam transumptatam, non tenetur reuelare, nec prodere, sed tãtum dicere personam, penes quem reperitur, & hoc intelligere de scripturis publicis, sed instrumenta, quæ habet reus pro se, siue publicas scripturas non tenetur, nec ipsi prodere, nec testis reuelare, quia
3 non sunt † sumenda arma de domo rei pro aduersario. Fallit, quando esset pro iusta causa boni communis, & publicæ necessitatis, vel grauissimi interesse. Abb. in c. 1. de probationibus.

QVAESITVM CVII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio comprehendit regulariter auferentes in materia peccati mortal. non veni.*
2 *Fallit quando sunt multi singuli paruam quantitatem auferentes.*
3 *Prælatus quando non debet concedere monitoria.*
4 *Si quis interpellate pluribus vicibus surripuerit aliquid modicum eidem tenetur metu excommunic. reuelare.*
5 *Aliqui particulares casus in hac materia.*
6 *Bona fides excusat a pœna à pecc. & à dolo non a restitut.*

7 Ha-

7 *habens rem alicuius donatam ab aliquo, sed non potest probare, & aliquod scit illum teneatur reuelare.*

8 *Accipiens bona ab aliquo siue per donationem, siue per legatum vt spurio continget an vi monitorij tenentur reuelare.*

9 *Obtinens aliquid ex donatione nulla propter defectum insinuationis an potest tuta conscientia retinere.*

10 *Filij & vxores an teneantur reuelare in monitorijs ad instantiam parentum.*

11 *Vxores in donatione eis factas causa mortis a maritis an teneantur restituere.*

12 *Occultans bona in præiudiciũ executionis secus sequestri faciendi an teneatur restituere metu excomm.*

13 *Vxor non tenetur testificari contra maritum.*

14 *Vxor non tenetur reuelare occultando compensatio iusta debiti dotalis, &c.*

15 *Vxor pro satisfactione dotis vel bonorum paraphrenalium, de quibus non constat an teneatur reuelare si quid de bonis mariti accepit.*

16 *Informari de aliquo facto ex necessitate an teneantur reuelare.*

17 *Filij spirituales an includantur in prohibitione testificandi contra patres spirituales.*

18 *trnetur quis vlro se offerre in testem in duobus casibus.*

19 *Sciens alium delinquentem, alium vero condemnari an teneatur reuelare delinquentem pro liberatione innocentis,*

20 *Veritas quando aliter haberi non potest teneantur reuelare etiam personæ priuilegiatæ.*

An teneatur reuelare vi huiusmodi monitorij, qui surripuit aliquam paruam quantitatem fructuum, aut pomorum, sic etiam scientes?

1 Dic. † quod regulariter excommun. huiusmodi comprehendit auferentes in materia peccati mortalis, non autem peccati venial. vt in casu proposito, Nauarr. c. 17. n. 4 & nu. 130. sic etiam scien. non reuelantes,

2 Sed dic melius † quod quamuis acceptio sit in se venialis ob paruam quantitatem, tamen, quãdo sunt multi singuli paruam quantitatem accipientes

quia

Digitized by Google

quia simul graue damnum inferunt, si vnus scit de alio, tenentur in solidum restituere, & non restituendo peccant mort. & in tali casu incorrunt excommun. si excommunicãtur, secus in omnino paruula quantitate, vel in eo, qui partem suam prius restituisset, Tolet. in summa l. 1. c. 9. nu. 5 Sayr. de censuris li. 1. c. 9. n. 9. Limita, quando vnus damnificãs in tali parua quantitate non scit de alio sublimita, quod & si seorsum damnificauerint omnes pecc. m. & tenentur restituere, etiam si parua quantitas sit ob malum animum.

Sed nota † quod prælatus non
3 debet concedere sic monitoria in casu proposito, nisi, quãdo pars interessata, sciret tali modo fuisse sibi illatum damnum.

Nota hic † quod si quis interpel
4 latè pluribus vicibus surripuerit aliquod modicum eidem personæ, & sic successu temporis peruenitur ad summam notabilem, tenetur metu excommun. restituere, & reuelare, quia licet pro parua materia posset quis non peccare mor. Posset tamen peccare mor. retinendo, & non restituendo, & sic incurrere excõmun. quia etiam, licet furtum tum pauci valoris sic continuatum per se videatur non esse mortale, tamen ob complacentiam faciendi damnum proximo ob complacentiam peccat mort. & tenetur restituere, & reuelare ratione mali animi. Quod procedit etiam si a principio non præuiderit velle sic successiue accipere quo ad restitutiõnem intellige, Suarez. disput. 20. tom. 5. sect. 2. dub. 1. Imo etiam procedit, si quis tali animo furatus sit paruas res multorum ad faciendum cumulum, Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. Et hæc habent locum, etiam in paupere, sic accipiente, nõ tamen si sit in extrema necessitate.

Nota particulares † casus in
5 huiusmodi materia.

Qui emit aliquam rem bona fide furto alteri sublatam, & qui scit illum scit tenere ex vi monitorij tenetur reuelare, & restituere non obstante, quod videtur non indebitè retinere

quia

quia bona fide emit, nec etiã obstante, quod amittit pretiũ glos. in c. a nobis de sententia excommun. il 1. Imo si conscius non reuelat, nisi excusetur obuitandum aliquod graue damnũ incurrit excomm. & tenetur ipse restituere, Nauarr. c. 17. n. 134. Sayr. in cla. Reg. lib. 10. c. 15. tract. 2.

Et nota, quod bona fides excusat a pæna, & peccato, & dolo, & non a restitutione. Sed vbi non adest monitorium conscius non tenetur ex iustitia reuelare D. Tho. in 2. 2. q. 62. ar. 7. licet simpliciter tutius esset reuelare.

Quod qui habet aliquam rem alicuius donatam ab aliquo, sed non potest probare, & aliquis scit illum tenere illam rẽ ex vi monitorij, non tenetur reuelare hæredibus, nec restituere, neque scientes, quia bona fide possidet, & in conscientia est tutus, & hoc esset verum etiam interuenisset scriptura, quæ non probaret, Nauarr. con. 7. de sent. excomm. nu. 3. Innoc. & alij in c. quia plerique de immunitate eccl. sed posset obijci, quomodo credatur ab hæredibus donantis quod ille donauerit sine scriptura. sed dic, quod quando persona illa est fide digna excludit dubium, sic etiam quando interuenit aliqua scriptura etiam non authentica.

Quod si quis bona accepit † ab
8 aliquo, siue per donationem, siue per legatum, vt consignet spurio illius, & fidem dedit, ita exequi ex vi monitorij, tenetur publicare veritatem huius confidentiæ, Bar. in l. vltima, ff. de his quibus, vt indig. potest tamen retinere aliquod pro necessarijs alimentis, Ita etiam hic talis tenetur propalare iudici legitimè interroganti, nam ipse nec dare spurio potest, nec pro se retinere, sed debet consignare fisco, vel hæredibus succedentibus ab intestato, & hæc est sententia Theologorum, sed Canonistæ primam opinionem sequuntur. At verò secundam sententiam Theologorum ante sententiam iudicis debet ille talis probare, & restituere ex vi monitorij.

Alij tenent, quod hic talis ante iudicis sententiam potest sibi retinere, nec tenetur succedẽtibus restituere, nec reuelare.

Digitized by Google

Nauar.conſ.8.de teſtamentis, nu.5.& ratio eſt,quia hic talis iam fuit factus hæres cum illa conditione,quæ cõditio, quia eſt turpis, non eſt obſeruanda,& hanc dicunt eſſe comunem opinionem.

Alij temperant horum diuerſas ſententias,quod de iure naturali teneretur hic talis dare ſpurio,vt filio,& ille poſſet recipere, & retinere non vt ſpurius, ſed vt extraneus. Vide Lazarium ſect.3. q. 5. per totum.

Quod qui † obtinuit aliquod bo
9 num donatione inter viuos,& eam non inſinuauit ſecundũ leges,ſeu ſtatuta, licet ſit nulla donatio,poteſt tuta conſcientia retinere,& poſsidere, quia abeſt dolus, Say. in cla. Reg. lib 3. cap.7.nu. 8. Sil. in V.hæredit.3.q 7. & ſic non tenetur reuelare ex vi monitorij, alij tenent contrarium, Couar.lib. 2.in reg.peccatum, p.2.§.3.num. 10. de reg. iur. in 6.& in cap. cum eſſes de teſtam.

Quod qui dono aliquod accepit, vt debitor ſuper debito à creditore,tenetur poſtea reuelare,& reſtituere creditori anteriori,& potiora ius habenti, ſeruatis circumſtantijs iuris, Vide Nauarr.c.17. num.47. Sil.V.reſtit 6 q.5. D.Ant.p. 2.tit.2.c.7.§.3.

Quod in monitorijs ad inſtantiã
10 parentum tenentur reuelare etiam filij,& vxores. & ſimil. niſi veriſimiliter excludantur, exceptis caſibus licitis, & hoc quando in monitorio includuntur omnes.

Quod vxores in donatione facta
11 eis cauſa mortis à maritis dũmodo non excedat quantitatem, in qua eſt neceſſaria inſinuatio, non tenentur reuelare ex vi monitorij, licet alij ſentiant contrarium, vide Lazarium loc.cit. q 9. vbi habetur, quod vxor tenens bona ſibi relicta à marito,cõtra formam ſtatuti,tenetur reſtituere & reuelare,etiam ante ſententiam,& hæc eſt verior opinio, Cauale.deciſ 21.p.3.nu. 75. Nauarr.conſ. 8 de teſtam.

Quod qui † occultauit bona in
12 præiudicium executionis,ſeù ſequeſtri faciendi tenetur reuelare metu excommun.ſic ẽt cooperantes in ſeruis,ſeu alijs qui fecerunt iuſſu aliorum idẽ dic. Sed vxor conſcia, quod

marius occultauit bona sequestranda, tenetur reuelare post condemnationem, & ra-
13 tio est, quia † vxor in hoc est priuilegiata, & non tenetur testificari contra maritum, l. iulia, ff. de test. Et sunt vna caro.

Sic etiam † non tenetur vxor re-
14 uelare occultando oro compẽsatione iusta debiti dotalis vel alterius legitimi cõtractus Nauarr. c. 17. nu. 125. ita nõ tenetur vxor reuelare, nec restituere, quando occultauit tãtummodo mobilia domus, & necessaria supellectilia, sine quibus vitam non posset transigere, fallit tamen in dõnatione facta in fraudem creditorum, vel post commissum delictum.

Nota quod † si vxor pro satisfa-
15 ctione suæ dotis, vel bonorũ paraphrenalium, & similia, de quorum acceptione non cõstat, & ea posse recuperare comode, dubitat, & aliquid hac occasione de bonis mariti acceperit, non tenetur reuelare, dummodo non excedat debitum, & caueat, ne exigere posset in futurum. Nauar. c. 17. num. 153. & seqq. vbi addit peccare maritum mort. & vxotem è contra, qui aliquid notabile, vel aliquid notabile præter dotem male accipit, & tenetur restituere, si bene, vel male impendit, vide decis. Capicij 183. poterit tamen vxor occulte soluere debitum ipsius mariti de bonis mariti, etiam contra voluntatem ipsius, Nauar. c. 17. nu. 117. dũmodo efficiat vxor, vt maritus sentiat se à solutione illa liberatum.

Nota quod † licet informati de
16 aliquo facto ex necessitate non teneantur reuelare ex vi monit. vt sunt procuratores, & aduocati, vt dictum est, tamen informati ex voluntate vt maritus, vxor, & consanguinei regulariter tenentur restituere maximè quando aliter veritas haberi non possit, & ciuiliter agitur, nisi tamen factum omnino occultum, Borgogn. decis. 21. p. 3. numer. 76.

Nota etiam † quod filij spiritua-
17 les non includuntur in prohibitione testificandi contra patres spirituales. Felin. in c. cum nuncius de testibus.

Nota etiam, antequam dis-
ceda-

mus.

18 mus ab hac materia, quod † quis tenetur vltro se offerre in testem pro condemnatione delinquentis contra bonum publicum, ita etiam pro liberatione innocentis, Naú. cap. 15. nu. 16. & prius eo, D. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1.

Sed si aliquis condemnatur pro 19 delicto, quod ego scio factũ ab alio non teneor manifestari delinquentem per liberatione innocentis, qui tale homicidium non perpetrauit, licet possim facere, Sayr. lib. 12 c. 20. num. 23. in sua cla. Reg. Neque si pro crimine, quod Frãciscus commisit, ipse Franciscus tenetur alterum de illo crimine falsò accusatum ex iustitia liberare, nec damna resarcire, Nau. l. c. n. 17. Sot. lib. 4. de iust. & iu. q. 6. ar. 3. Secus tamen dicas, si Franciscus quãdo occidit, credidit verisimiliter, quòd de illo homicidio, propter aliquas suspitiones alter castigaretur, quia sunt contra illum aliqua indicia, quia teneretur ipse Franciscus ad omnia damna, vt probat in addit. Conrad. q. 128. p. 1.

Adde dictis, quod quando veri- 20 tas † aliter habere nõ possit, & verisimiliter desunt alij testes tenentur etiam reuelare, & testificari personæ priuilegiatæ, & quæ sunt Clerici Religiosi, Episcopi ob honorem dignitatis, & ordinis, & alię ob vinculum sanguinis, vt parentes contra eorum filios, & filij contra parentes, & omnes ascendentes in recta linea, & vir contra vxorem, & è contra, & consanguinei in linea transuersali intra quartum gradum, & alijs ob decentiam, vt serui, & libertini contra eorum patrones, Vide in l. nec honorem C. de Episcop. s, & cler. Vide in l. parentis de test. Vide in l. Iulia ff. de test, Vide in c. finali p. 14. q. 2. Vide cap. si testes 4. q. 3. Vide l. libertinorum C. de test.

QVAESITVM CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur seipsum prodere.*
2 *Arma non sunt sumenda de domo ret.*
3 *Ecclesiæ intentio est in monitorijs, vt quis exeat à peccato.*
4 *Principalis an teneatur reuelare*

Digitized by Google

mota lite de iuribus facientibus per parte aduersa.

5 *Monitoria qualiter impediri possunt.*

6 *Restituere non solum rem subtractam sed et expensas quis teneatur virtute monitorij.*

7 *Fur nõ tenetur restituere lucrũ ex negotiatione super re subtracta facta.*

8 *Fur an teneatur restituere fructus, & melioramenta.*

9 *Excommunicatus debet absolui partis satisfacta.*

10 *Absolutio excommunicationis iudiciali an possit dare per procuratorem.*

11 *Excommunicatus per furto virtute iubilei an possit absolui si non est soluendo.*

An teneatur quis reuelare, vel restituere aliquam rem, quam detinet?

1 DIc, quod alij dicunt, † quòd non, quia nemo tenetur seipsum prodere, vt habetur in c. quidam maligni 5.q.1.& in c. quis aliquando de pœnit. dist.c.siue etiam, 2 quod non sunt † sumenda arma de domo rei, vt in l. de minore ff. de quæst. §. tormenta, Imo Felin. affirmat, quod non est peccatum etiam si esset vsurarius tacere veritatem, quando quis cogi non potest in foro contentioso in c. si duobus de appell. nu. 13.

Alij tenent, quòd debeat reue-
3 lare, vel restituere; quia † intẽtio Ecclesiæ per monitoria est, vt quis exeat à peccato, est eum medicinalis in 6. de sent. excommun. & in c. nouit de iudicijs, & horum sententia præcipuè locum habet, quando contra talem adsunt aliqua inditia, vel diffamatio. Sil. nuptial. lib. 3. vers. monit. nu. 42. Tolet. lib. 5. c. 27. nu. 11.

Sed quando reus esset omnino occultus, nõ tenetur seipsũ prodere reuelãdo tenetur restituere, Nau. c. 17. nu. 100. nec in tali casu, quo ipse curat, restituere, scientes tenentur reuelare, nam facerent contra legẽ naturæ, Tol. d. lo nu. 10.

Sed quia regulariter monitoria conceduntur pro sciendis occultis, si quibus etiam teneantur rei occulti reuelare, vel restituere. Hinc ego ad tollendam omnem dubitationẽ, an Curia Metropolitana Beneuentana addidi in monitorijs, vt etiã principales teneré-

tur

tur restituere, sic etiam scientes dum fui Auditor, aut Visitator Generalis, aut Vicarius Generalis substitutus.

4 Sed nota, quòd † principales non tenetur reuelare mota lite de iuribus facientibus ℔ parte aduersa Nau. cons. 3. de censibus num. 3. Sed alij tenent contrarium nempe, quod in tali casu teneretur, ℔ aduersio deponere, quæ nouerit, alias incurreret excõmunicationem, Tolet. l. 5. cap. 27. num. 10. maximè si dicetur in monitorijs, vt qui scit talẽ, vel talem rem, vel tale pactum teneatur reuelare, & deponere testimonium veritatis.

Sed quando litigans huiusmodi putat se iusta causa fouere nõ tenetur reuelare imo non tenetur etiam in causa dubia, c. ex literis de probat. sed potest expectare exitũ causæ, dũmodo quærat peritos ad sciendã veritatem, sed vbi ipse nouit iniustè litigare statim debet desistere, & reuelare, & restituere, Nau. cap. 25. num. 28 aliter si obtineat causæ sententiam amittet animæ salutem cum onere restituendi, & cap. Imo, & pecc. mor. aduocat⁹ & alij instruentes tales iniustè litigantes.

5 Quomodo verò huiusmodi monitoria impediri possunt, (licèt qui se opponit pub. eo um) vt notat Rot. Roman. dec 383. semper est suspectus foueri malam causam, & quomodo facienda sit restitutio, & quomodo cogendi sint ad faciendam talem restitutionẽ, qui excommunicati fuerint, & quomodo absoluendi, & alia circa hanc materiam videant lectores in tract. de monitorijs Niuizani, Lazarij, & aliorum, hic tantùm adde, quod si quis emit rem bona fide, & postea, scit esse furtiuam, potest ante quam fulminetur excõmunicatio; restituere fieri. & recuperare suam pecuniam & rescindere contractum cum latrone, nec teneri restituere rem d omino, & hæc est bona Epiſcopo, Nau. c. 17. num. 9. & 84, Sil. v. restit. 3. q. 7. §. 1 & alij multi pro alia opinione sunt Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 2. Caiet. in summ. v. restitutio c. 1. vtraque opinio probabilis est, teneas quã[illegible] manis.

6 Nota denique, quod † vir-

tute

tute monitorij tenetur quis non solùm restituere rem furto sublatam, sed etiam expensas factas à domino per recuperatione, dummodo sint tantæ, quantæ vir prudens fecisset, nisi verisimiliter credatur dominos contentos restitutione rei principalis.

on tamen tenetur fur restituere lucrum ex negotiatione sua super re aliena factum, & est communis opinio, Nau. cap. 17. nu. 5. imò nec vsurarius, qui pecunia vsuraria lucratus est licita negotiatione, tenetur restituere.

Sed teneretur † restituere, fructus, si res erat fructuosa, melioramenta verò facta in re furto sublata, fur amittit, sed fidei bonæ possessor recuperat, glos. in l. emptor ff. de rei vendicatione si verò res esset deteriorata, teneretur fur, sic etiam, si perijsset, esset si res eodem modo apud dominũ peritura fuisset Bald. in l subtracto C. de furt. Bart. in l de vi, & viam. ff. de condit. furt. Cæteros casus videant curiosi in supra nominatis scriptoribus.

